










ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

ANTONII SCHULTINGII

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-
BATAVA JURIS ANTECESSORIS
CELEBERRIMI,

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

Edidit atque animadversiones suas adjecit

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. CIV. PROF. ORD.

TOMUS PRIMUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCIV.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

VIRIS

AMPLISSIMIS. GRAVISSIMIS

ACADEMIAE. LUGDUNO - BATAVAE

CURATORIBUS

PETRO. LEONARDO. VAN. DE. KASTEELE

HIERONYMO. DE. BOSCH

JANO. DE. KRUYFF

EORUMQUE. COLLEGIS

VIRIS

NOBILISSIMIS. AMPLISSIMIS

E. MAGISTRATU. URBANO. LEYDENSI

DELEGATIS

IOHANNI. ALBERTO. VAN. CLEEF

YSBRANDO. VAN. DAM


HOS. ERUDITIONIS. SCHULTINGIANAE

THESAUROS

HONORIS. ERGO. ATQUE. EXISTIMATIONIS

DEDICAT. CONSECRAT

NICOLAUS. SMALLENBURG



PRAEFATIO.

Etsi forte non deërunt, quibus mirum videatur, me in tanto Juris Romani contemtu, quo multorum hominum animos hodie inscitia implevit, has *notas Schultingianas* in lucem emittere; ingenue tamen fateor, hunc ipsum contemtum non minimam fuisse rationum, quae, ut manus operi admoverem, me impulerunt.

Juris Romani laudes atque virtutes multis verbis celebrare, neque in animo habeo, neque, si haberem, necesse foret. Praeterquam enim quod jam multi ante me hoc stadium decurrerunt, sunt illae quoque adeo perspicuae & in oculos incurrentes, ut vix demonstrationis egeant. Quapropter, quotquot hujus Juris intelligentes sunt, praestantiam ejus prae ceterarum quarumvis Gentium Jure Civili agnoscunt omnes, atque uno ore fatentur, haud facile dictu esse, quid magis in Veterum Legibus admirari debeas, divinam, quam spirant, sapientiam, an summam, qua conspicuae sunt, aequitatem.

Cum

Cum igitur istius contemtus caussa in ipso Jure Romano nulla, omnis in hominum inscitia versetur; unica profecto & efficacissima est ratio, qua contemtui occurramus, si Juris Romani studium, quocunque fieri possit modo, augeamus, atque homines ad ejus discendi laborem impellamus.

Quae cum animo reputarem, atque cogitarem, quantae turpi Juris Romani neglectu redundaturae sint calamitates, cum in societatem civilem, quae sine recta justitiae administratione nulla est, tum etiam in bonas literas, quae ut Juris Romani cultu suum honorem & gloriam magnam partem tutatae sunt, ita vicissim Juri Romano tantum & roboris & ornamenti impertiunt, ut in eo sine illis nihil praeclari a quoquam praestari possit; haec igitur quum mecum reputarem, factum est, ut porro quaerere coeperim, an forte & ego illorum Virorum conatibus, qui Juri Romano consultum cupiunt, adferre aliquid adjumenti pro viribus possem.

Qua in cogitatione nihil mihi aptius huic consilio visum est, quam has *notas Schultingianas* in lucem proferre. Si quid enim est, quod possit hominum animos movere, hoc sane est SCHULTINGII nomen, Viri illius praeclari, quem, si Cujacium excipias, omnium JCtorum principem merito dixeris: cujusque adeo notis, nondum editis, edendis, inque usum omnium evulgandis, non modo mihi videbar magnam apud Juris Romani fautores atque patronos gratiam initurus, sed etiam reliquos, quorum in pectore hujus Juris studium frigescere coepit, excitaturus, ut aliquantum temporis illi rursus impendant.

Sed

Sed quid opus pluribus exponere, quae ad has notas edendas me impulerint. Quae commemoravi sufficiunt, ut quilibet intelligat, non nisi honesta ratione motum, hunc me laborem suscepisse.

Verum quod sciri magis interest, quodque adeo paulo plenius explicandum, naturam spectat indolemque harum notarum, & quam ego rationem in iis edendis tenuerim. Atque haec duo mihi praecipua hujus Praefationis capita erunt.

Nimirum Schultingius, merito existimans, Juris Romani intelligentiam ex ipsis praecipue Romanorum Legibus petendam esse, quemadmodum harum maxime studio oblectabatur, sic quoque, ut erat laboris longe patientissimus, nihil omittebat, quod videretur ad eas exornandas illustrandasque conferre aliquid posse. Hinc non modo optima quaeque suae aetatis de Jure Civili Scripta perscrutabatur, sed, quod utinam in usu omnium versaretur! exteros quoque auctores veteres cum Graecos tum Latinos accuratissime legebat, ne Patribus quidem, qui vocantur, Ecclesiasticis neglectis (*), eorumque lucubrationes in usum inque rem suam diligenter convertebat.

Hoc autem pacto quotidie eum insignes collegisse opes, nemo, nisi fungus sit, non intelligit. Sed, ne forte illae memoria exciderent, eas usui, ad quem destinatae erant, sedulo accommodabat, unumquodque, qua

(*) Vid. Orat. J. J. Vitriarii *in obitum Clar. Schultingii*, adjectam ejus *Thesibus Controv. p. 597. & p. 604. in fin. & seq.*

qua erat ingenii acie, ad eum Juris locum referens, & in margine adnotans, ad quem exornandum illustrandumque videbatur spectare, suasque subinde, si res id postularet, animadversiones adjiciens.

Hinc jam natae sunt illae *notae Schultingianae*. In quibus colligendis a quo tempore initium fecerit Vir. Clar., mihi non apparuit, licet nullus dubitem, quin mature jam id factitare consueverit: profecto, longo satis tempore opus esse ad tam immensas divitias ex omni antiquitate sibi comparandas, quis ibit inficias?

Videtur autem Schultingius primum notas suas adposuisse ad editionem Corporis Juris Dion. Gothofredi in 4to. a. 1652. Sed, cum illud exemplar continuo usu fere esset contritum, adeo ut notata sine difficultate legi amplius non possent, in animo habuisse videtur, illa omnia ad aliud exemplar transcribere: quin & transcripsit ad editionem Corporis Juris, quam procuravit Sim. van Leeuwen a. 1663. in fol. Attamen hanc operam non perduxit ultra Institutiones, ad quas pauca tantum notavit, & Digesta; sive quod tempus ipsum defecit, sive forte, quod minus necessarium existimavit eandem reliquis diligentiam adhibere, quippe quae minore etiamnum difficultate legi possint.

Mortuo autem Schultingio, ex testamento ejus omnia, quae reliquit, Mss. & observationes ineditae (*), adeoque & duo illa Corporis Juris exemplaria,

(*) Vid. *laud. orat.* p. 611. Ipse quoque Clar. Rucker. ad exemplar in fol. haec adscripsit:

Hos

ris, pervenerunt ad Virum egregium, quem merito multum semper dilexit Schultingius, JOH. CONR. RUCKERUM: quo item mortuo, emta sunt satis grandi pretio a Curatoribus Academiae Lugduno-Batavae, & in Bibliothecam publicam illata: ubi adhuc servantur. Cujus aditus, quo fruor, copiam mihi fecit, has notas in usum omnium evulgandi.

Quae breviter a me exposita sunt, sufficere arbitror, ut, quanti pretii illae notae aestimandae sint, quodammodo judicari possit. Continent enim illae, ut jam intelligitur, veluti summam lectionum cogitationumque, quas per totam fere vitam de Jure Civili instituit Vir eruditionis, sapientiae, ingeniique fama praeclarissimus. In quibus adeo merito exspectamus multa reperiri exquisitioris doctrinae, quaeque apud alios Juris Interpretes frustra quaesiveris: multa, quae Ju-

Hos stupendae eruditionis thesauros collegit, suaque manu huc congessit V. C. Antonius Schultingius, Joh. filius, JCtorum post Cujacium princeps, Antecessor Leidensis: Ex Ejusdem Summi Viri ultima voluntate hos Schultingianae Jurisprudentiae gazas possideo Joannes Conradus Rucker, JCtus, Leidae d. 24. April. 1734. Vid. V. C. J. J. Vitriarii Oratio funebris in obitum Schultingii.

Et ad alterum exemplar in 4to. sequentia:

Huic Corpori Juris Civilis notas perpetuas manu sua adscripsit JCtorum post Cujacium princeps, V. C. Antonius Schultingius, Joh. Filius, Antecessor Leidensis: Ex summi hujus Viri ultima voluntate hos Schultingianae eruditionis thesauros possideo Joannes Conradus Rucker, JCtus, Leidae d. 24. April. 1734. Vid. Viri Cl. J. J. Vitriarii oratio funebris in obitum Ant. Schultingii.

Juris nostri locis obscuris novam lucem adfundant; multa item, quae aliis locis, haud dubiam licet interpretationem habentibus, majorem addant auctoritatem & elegantiam.

Ut adeo mirum sit, has divitiarum Schultingianarum copias tamdiu latuisse, neminemque adhuc fuisse repertum, qui iis in usum omnium evulgandis operam dederit; nisi forte molestiae, quae hic quamplurimae oboriuntur, alios, quo minus opus aggrederentur, deterruerint; quaeque etiam me deterruissent, nisi uberrimi, quos inde elegantiori Jurisprudentiae Romanae sperabam, fructus, & aetas laborum patiens, has maximam partem dispulissent.

Venio ad alteram hujus Praefationis partem, qua via atque ratio, quam in hisce notis edendis tenuerim, paucis mihi exponenda est.

Primo itaque, notas illas edendas curavi, quemadmodum eas adscripsit Schultingius ad editionem Corporis Juris Sim. van Leeuwen in fol.; non tantum quod annotata possunt ibi melius & facilius legi, quam in altero exemplari; sed imprimis hanc ob caussam, quod Vir Clar., quando notas suas transcripsit, subinde eas castigavit, nonnunquam etiam emendavit & auxit; ut adeo has posteriores merito *curas secundas* dixeris. Quod tamen non ita accipi velim, quasi priores plane neglexerim: immo vero est apud me tanta Schultingii auctoritas, ut nihil quicquam ab eo scriptum proditumque ullo mihi unquam modo negligen-

gendum putem. Igitur & has quoque continuo contuli, & si quando in iis varietas alicujus momenti appareret, illud indicavi.

Deinde, cum memoriae Schultingii deberi videretur, ut ejus annotationes, quantum fieri posset, accurate castigateque in lucem proferrentur; non tantum singula loca e Jure Civili, quae allegavit, sedulo perlegi, sed unumquemque adeo ab illo memoratum, & ad partes vocatum; vel Juris Interpretem, vel alium auctorem, sive Graecum, sive Latinum, diligenter contuli. Quae res, molesta saepe licet, nec sine magno temporis dispendio peracta, hunc tamen mihi fructum attulit, ut non modo complura loca accuratius & plenius edere potuerim, quam quidem a Schultingio erant notata; sed etiam nonnullos errores animadverterim, quos Vir Clar. in Legum locis, auctoribusque allegandis, hic illic commisit: qui tamen, cum haud raro, ut fit, ex illa quam dixi transcriptione orti sint, saepe facili negotio collatione alterius exemplaris corrigi potuerunt. Ceterum, haec a me navata opera non solum fructuosa mihi multis nominibus, sed aliquando etiam prorsus necessaria fuit. Etenim, cum Schultingius annotationes illas non in aliorum, sed in suum maxime (*) usum conscripserit, non necesse habuit, sin-

(*) Profecto, aliud consilium adnotationibus suis habuisse Virum Optimum, mihi non adparuit, quamvis, si proprium unice commodum spectaverit, vix probabilis reddi posse ratio videatur, quare in his adnotationibus transcribendis tantum temporis & operis impenderit. Hoc etiam notae suae manifestum faciunt, veram il-

singula tam accurate & tam plene notare, quam quidem alioquin haud dubie fecisset: hinc autem factum, ut non raro admodum difficile sit discernere, ad quae verba, aut ad quam Legis periodum nota adscripta pertineat, praesertim si plures diversas annotationes ad eandem Legem adposuit, eaeque in sola fere consistunt locorum auctorumve allegatione: quo in negotio summa non tantum attentione opus esse, ut mentem Viri Clar. recte adsequaris, sed omnem etiam laborem saepe frustra esse, nisi ipsa loca auctoresque allegatos inspicias consulasque, unusquisque facile percipit.

Sic fere praefatus eram, quum notas Schultingii ad Titulos Digestorum *de verborum significatione* & *regulis juris* in lucem emitterem. Adjeceram, si justus esset emtorum numerus, me etiam reliquas Summi illius Viri ad Corpus Juris adnotationes editurum.

Haec felicitas quum Manibus Schultingii contigerit, promissa jam exsolvere instituo, & notas ejus ad primam Pandectarum partem in lucem profero. Quod dum facio, nihil ego, brevitatis semper amans, novae Praefationis addidissem, nisi consilium, quod in addendis animadversionibus ad Schultingii notas antea secutus sum, quodammodo mutassem, hortatu etiam & sua-

illam se ad Jurisprudentiae culmen ingressum esse viam, quam adeo eleganter depinxit in *Oratione de Jurisprudentia M. Tullii Ciceronis*, adject. ej. *Dissertationibus, de Recusatione Judicis*, &c. *p.* 256. *seq.*

ſuaſione quorumdum Virorum, quorum auctoritas apud me plurimum valet. Hujus adeo mutati conſilii rationes paucis exponendae ſunt.

Scripta de Jure Civili tam multa & varia ſunt, ut fere eorum mole laboremus, & vix quisquam reperiatur, qui eorum, quae ad ſingularum Legum intellectum a variis Viris Doctis notata ſunt, & hic illic ſparſa leguntur, notitiam habeat, niſi Juris Civilis ſtudio & longo ſatis tempore, & unice fere fuerit deditus.

Hinc illi, qui Juri Civili operam navant, ſaepe conqueſti ſunt, neminem huc usque repertum eſſe, qui *Corpus Juris cum notis Variorum* Orbi Literato donaret.

Nullam, quam habemus, ſive Pandectarum, ſive Corporis Juris editionem huic deſiderio ſatisfacere, vix demonſtrationis eget.

Unica profecto, quae poſſit in cenſum venire, editio eſt Corporis Juris cum notis Dionyſii Gothofredi, quibus deinde Lectiones varias, & notas ſelectas Auguſtini aliorumque adiecit Simon van Leeuwen.

Sed, quamvis neque Gothofredi, neque Leeuwenii laudibus quidquam detrahere cupiam, non tamen has notas noſtra aetate ſufficere, & quisque intelligit, & ipſos illos Viros, ſi viverent, adfirmaturos, nullus dubito.

Propius ad id, quod intendimus, accedit conſilium Caroli Ferdinandi Hommelii, qui *Corpus Juris Civilis cum notis Variorum* edidit, Lipſiae 1768. 8.

Sed

Sed citavit tantum Hommelius ad unamquamque Legem loca ex variis auctoribus, quorum catalogum exhibuit, excerpta. Quae res hoc habet incommodi, quod, quum nescias, quid singulis his locis reperturus sis, num v. gr. totius Legis, ejusve particulae expositionem, an vocis cujusdam interpretationem, an emendationem, cet. saepe multum temporis perdere necesse habeas locis illis evolvendis, nec tamen, quod quaeris, invenias.

Deinde plura loca vitiose indicata sunt, & saepe ad longe aliam Legem pertinent, quam ad quam sunt adscripta. Frequenter etiam continent Legis allegationem, & nihil ulterius. Nonnunquam nihil ad rem, de qua agitur, faciunt.

Quae dixi, exemplis probare, quamvis proclive sit, me supersedere posse confido, cum mihi sit persuasissimum, fore neminem, qui hoc Hommelii Opusculo aliquando usus sit, nec, quod adserui, frequenter sit expertus. Immo, ut hoc Opusculum plurimis inquinatum non sit vitiis, vix fieri potuit, cum non ex diligenti & accurata ipsorum auctorum lectione compilatum sit, sed ex Indicibus, & Librorum Capitumve Summariis maximam partem conflatum. Praeterquam quod ne ipse quidem Hommelius hoc opus absolverit, sed coeptum perficiendum commiserit Ammanuensibus, ut in Praefatione ait, sollicitis & accuratis.

Denique aliquot excerpta dedit Hommelius ex talibus Scriptis, e quibus ad Juris Romani intellectum fere nihil potest peti, veluti ex Groenewegii Opere *de Legibus abrogatis*, Cypriani Regneri ab Oosterga *Dissertationibus*

bus Juridicis, & nonnullis aliis ejusdem generis Opus-culis. Contra plures ab Hommelio omissi sunt optimae notae Interpretes, e quibus vel unum Schultingium memorare sat est: e cujus de Jure Operibus nihil prorsus excerptum reperitur. Fortasse, quoniam Schultingius prae sua modestia, quae forte in Viro illo vere erudito nimia erat, Opusculis suis addere non solebat Indicem Legum explicatarum, vel emendatarum. Ut nihil nunc dicam de variis variorum auctorum Scriptis, quae demum post Hommelii obitum in lucem prodiere, & quae adeo compilare non potuit.

Sed, quid plura de hoc Hommelii Opusculo, quod, si ea, qua decebat, diligentia & accuratione esset compositum, insignis fuisset usus, nunc vero parvi momenti Libellus & est, & habetur.

Meliora sperabam a consilio Seidenstickeri, Professoris Goettingensis, qui, notante Stockmanno, *ad Bachii Histor. Jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 5. binnium in Pandectas Observationum, & Emendationum excerpta promisit sub titulo: *Codex Pandectarum Criticus*. Sed hoc consilium, quod Vir Clarissimus jam indicaverat anno 1796. quo tempore Stockmannus suam Bachii Editionem publici juris fecit, in hunc usque diem, quod sciam, exsecutus non est, & an unquam exsecuturus sit, mihi plane est incognitum.

Hunc itaque defectum, si fieri possit, non dicam, supplere, sed quodammodo minuere, cum animo meo cogitavi. Ipsae notae Schultingianae jam magnam partem desiderio satisfaciunt. Has igitur si ederem, iisque parte

majore, quam quidem antea factitaveram, diligentia ex antiquioribus, qui quidem aliquo loco ac numero sunt, Interpretibus adjicerem, quae Schultingium fugerant, & ex recentioribus praesertim Scriptoribus, qui post Schultingium floruerunt, excerptis notas Schultingianas augerem, videbar, si non omnino, aliqua saltem ex parte, proposito satisfecisse.

Hoc autem consilium, ut facile intelligitur, sine magno labore & temporis dispendio exsequi non potui: quae ratio est, quare post notas Schultingii *ad Titulos de verborum significatione & regulis Juris*, anno 1799. a me editas, nunc demum ejusdem Viri notae ad quatuor priores Pandectarum Libros in lucem prodeant.

Nam, quamvis adhuc juvenis jam coeperim ad meum Corporis Juris exemplar annotare, quae apud Juris Scriptores, vel etiam alios auctores, invenissem, & ad Legum intellectum aliquid conferre videbantur, eumque laborem deinceps, quantum per tempus & negotia licuerit, in hunc usque diem, jam enim quadragesimum, & quod excurrit, annum ago, continuaverim; multa tamen Scripta, si aliquid operae pretii proferre vellem, vel rursus a me perlegenda fuisse, vel saltem paulo majore cura examinanda & perlustranda, facile quisque, etiam me tacente, intelligit.

En igitur primam Pandectarum partem, notis Variorum, a Viro Summo, Schultingio, quondam adscriptis, & a me nunc primum editis, & auctis, illustratam. An libellus exspectationi aliorum responsurus sit, ignoro. Hoc scio, multum me temporis & laboris in

eo

eo conficiendo consumsisse, adeo ut, nisi spes uberrimi, inde elegantiori Jurisprudentiae Romanae obventuri, fructus me cohibuisset, saepius ab opere incepto destitissem.

In adjiciendis autem animadversionibus meis, quantum facultas tulit, eandem tenui rationem, quam Schultingium comperii secutum: nimirum, ut in Legibus et verborum et rerum rationem ducerem, & quae ad illorum & harum intelligentiam apud alios Scriptores observata invenissem, annotarem, interjectis hic illic etiam nonnullis observatiunculis, de mea penu depromtis.

Non tamen necessarium duxi, variantes Codicum & Editionum Lectiones sedulo investigare, & adscribere. Editio Corporis Juris Gebaueri & Spangenbergii possit huic rei sufficere videri. Praecipuas igitur duntaxat, & quae alicujus momenti esse videbantur, selegi, & indicavi. Profecto, quum in ea verser opinione, MS. Pand. Florentinum non tantum omnium Pand. MSS. quae supersunt, antiquissimum esse, quod omnes agnoscunt, sed etiam ex hoc uno MS. reliqua omnia manasse, varians aliorum Codicum, vel Editionum, ad illud MS. non expressarum, lectio non potest apud me plus auctoritatis habere, quam Interpretis cujusdam conjectura, vel emendatio, quaeque adeo, si Legem quodammodo illustrare possit videri, exploranda sit, atque examinanda, sin minus, haud dubie negligenda.

Similiter, si idem argumentum a pluribus Viris Doctis pertractatum sit, non semper eos omnes laudavi, sed duntaxat unum & alterum, praesertim si apud

 eos,

eos, quos laudassem, etiam reliquorum mentio esset facta.

Quamvis autem profitear, summa me diligentia, & qua potui accuratione hoc opus concinnasse, vix tamen in tanta rerum varietate ac copia sperare audeo, nusquam a me aliquid, quod annotari merebatur, esse omissum, immo vero id hic & illic accidisse, persuasum mihi habeo, hanc etiam ob caussam, quod multa, praesertim in Germania, superiore saeculo prodiere Scripta, Programmata puta, Prolusiones, Dissertationes cet. quae vix in nostram notitiam pervenerunt, & si vel pervenerint, non nisi difficillime comparantur. Quod nuper etiam expertus sum in Joh. Theoph. Segeri *Variis Observationibus Juris Civilis*, Lipsiae 1797. 4. Quod Opusculum quamvis Bibliopolae Germano emendum mandassem, et emtum non ultra quinque vel sex Stuveros mihi constiterit, tamen per duos, & quod excurrit, annos frustra quaesivi. Quapropter etiam frequentius laudavi C. F. Gluckii, Viri Clar. Commentarium ad Pand., Germanice conscriptum, *Ausfuhrliche Erlauterung der Pand. nach Hellfeld*: quum Vir Clar. admodum diligenter recensere soleat cum antiquiores, tum etiam recentiores Interpretes, qui de singulis Juris locis scripserunt.

Ceterum, gratissimum mihi faciet, si quis, quae me fugerint, velit mihi indicare: uti gratum publice testor animum Viris Clarissimis, Collegis mihi & amicis honoratissimis, Keesselio, Luzacio, Wyttenbachio, M. Tydemanno, quod tantum mihi tribuerint, ut annotationes Schultingii measque examinarent, & quae animad-

madvertenda haberent, mecum humanissime communicarent. Quod auxilium ut etiam in posterum mihi praestent, eos vehementer rogo. Quemadmodum omnes, qui Juri Romano consultum cupiunt, rogatos esse velim, ut, si quae habeant subsidia, quae mihi in reliquis Pandectarum Libris edendis usui esse possint, ea mecum in commune bonum communicent. Profiteor, grato me animo fructum, quem possint praestare, inde percepturum. Veluti non nihil utilitatis mihi attulerunt adnotationes, quas Antonius Matthaeus, JCtus, quondam adscripsit ad exemplar Corporis Juris Dion. Gothofredi in 4to. quodque auctionis lege sibi comparavit, quem modo nominavi, Keesselius, qui pro sua erga me benevolentia, & in Juris Romani studium amore, illud mihi in usum meum concessit. Nam, quamvis Matthaeus vix ex uno Juris Interprete excerpta adnotaverit, quem non ipse quoque jam antea perlegissem, hunc tamen inde fructum tuli, ut adnotationibus nostris inter se collatis experiri potuerim, an aliquid ex Interprete ab utroque nostrum consulto, a me esset omissum, ab ipso notatum: quod si comperirem, ut aliquando contigit, meas adnotationes inde supplerem, sin minus, hoc diligentiae meae quodammodo documentum censerem.

Quum autem, quam adhibere debui operam in edenda prima Pand. parte, eadem, ut facile quisque intelligit, mihi quoque in ceteris partibus edendis profutura sit, spero fore, ut reliquas partes singulas subinde, breviore tempore interjecto, in lucem proferre possim. Quibus absolutis, si Deus mihi vires largiatur, Indi-

cem adjiciam Auctorum, e quorum Scriptis notae Schultingianae meaeque excerptae sunt, & alterum Indicem praecipuarum rerum & verborum, quae in hoc opere illustrantur & explicantur.

Ceterum, repeto, quae initio dixi. Unicum mihi in hoc opere edendo fuit propositum, ut aliquid, si fieri posset, mea quoque opera conferrem ad Jus Romanum exornandum, ejusque studium, quod magni facio, apud alios quoque in communem utilitatem excitandum & augendum. Cui proposito si aliqua saltem ex parte satisfacere potuerim, satis magnum me pretium pro labore praestito tulisse arbitrabor.

Scripsi Lugduni - Batavorum d. xxiv. Septembris, MDCCCIV.

AN-

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD DIGESTA SEU PANDECTAS.

S*ancta Digesta* apud Tertullian. *Apologet. Cap.* 47. pro *SS. Scripturis*, & *Adv. Marcion.* IV. 3. De *Digestis* & *digerere* Salmasius, *ad Tertullian. de Pallio*, *Cap.* 3. (1).

(1) Et *ad Spartian. in Vero*, *Cap.* 5. add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1. & Schroder. *Obs.* I. 9. Quid *Digesta* à *Pandectis* differant, docet Otto, *in Alfen. Var. Cap.* 9. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1682.

Pandectas recte feminino genere dici, censet Casaubon. *ad Strabon. Lib.* V. *p.* 218. per locum Prisciani, *Lib.* VII. Sed contra Augustinus (1). Pro quo stant MSS., teste Laur. Theod. Gronovio, *Emend. Pand. Cap.* 21.

(1) Loca citavit Brencman. *Hist. Pand.* III. 6. ubi pluribus de hac quaestione egit.

Codex Florentinus distinctionibus caret (1). Politian. *Miscellan. Cap.* 41. Adeoque vulgatas sequi non cogimur. Augustin. *Emendat.* I. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1434.] (2).

(1) Saltem *raro* interpunctiones in hoc Codice apparent. Vid. Brencman. *d. l. loc.* II. 4. & Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 2. §. 72. ibique Walchium.

(2) Sine fraude esse Legi laboranti ope novae interpunctionis succurrere, exemplo suo probarunt optimi quique Interpretes. Vid. Cujac. *Obs.* I. 14. VI. 1. XX. 24. Bynkersh. *Obs.* II. 8. Rucker. *Obs. Cap.* 1. *seq.* aliosque.

Laudat Cujacius, *Obs.* VI. 7. (1).

(1) Et alibi. Vid. Brencm. *d. loc. p.* 403. *seq.* Qui & aliorum de Pandectis Florentinis judicia collegit.

Ex eo exemplaria reliqua manasse, negat Cujacius, *Obs.* II. 1. (1) & sane quaedam in Vulg. sunt, quae absunt a Florent. Vid. *L.* 14. *de transact. L.* 3. *de reb. dub.* add. Merillium, *Obs.* VIII. 5. Immo Graeca quaedam exstare in *L.* 41. §. 7. *de fideic. libert.* ait Gloss. *ibid.* quae tamen non sunt in Florent. Inscriptio quoque *Legis* 47. *de oblig. & act.* recte in Vulg., male in Florent. se habet, & *L.* 7. *ut in possess. legat. L.* 4. *de donation.* (2). Pandectas Justiniani citat Ivo Carnotensis, *Epist.* 138. (3).

(1) Etiam Schulting. *in not. ad Vit. Jul. Pauli a Guil. Grotio conscriptam*, in *Jurispr. Antejustin. p.* 208. & *in Prolegom. ad Enarr. part. prim. Pand.* §. 13. Sed contrariam sententiam tuetur Anton. Augustinus, *Emendat.* I. 1. & III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1429. *seqq.* & *p.* 1495. Quem sequitur Breneman. *Hist. Pand.* III. 2. item Walchius, *ad Eckhard.*

Herm.

Herm. Jur. I. 2. §. 74. ubi & praecipuos ab utraque parte auctores citavit: Augustinum sequi cogimur, saltem donec quis justam reddiderit rationem, qui factum sit, ut turbatus ultimorum foliorum ordo, qui in Cod. Flor. conspicitur, in reliquis omnibus, quae supersunt, Pandectarum MSS. reperiatur; nisi haec ex illo, omnium, ut omnes consentiunt, Codicum Pand. antiquissimo, manarint. Quae Grandus, Schwartzius, & post eos Wieling. *in Praefat. Lection. Jur. Civ. praemissa*, attulerunt, haud sufficiunt.

(2) Nullius fere momenti has similesque rationes esse, docuit Brenchman. *d. loc. p.* 232. *seq.* Praeterquam quod in *L.* 14. *cit.*, uti Florentiae exstat, nihil desit, sed particulae *si si* accipiendae sint pro *sive sive*. Vid. Jac. Voorda, *Elector. Cap.* I: *Lex* autem 3. *de reb. dub.* sive rectius, Fragmentum Pauli, quod d. Legi vulgo subjicitur, spurium est. Vid. Augustin. *Emend.* III. 1. & Brencman. *in not. ad d. l.* in Corp. Jur. Gebaueri & Spangenbergii. Quod vero ad *L.* 41. §. 7. *cit.* attinet, credidit quidem Glossa, post verba *si rationes sic dederit* sequi formulam Graecam, sed credidit tantum. Haloander τὸ *sic* transponit. Vid. Brencman. *in not. ad d. l.* Denique inscriptio *Legis* 47. *cit.* eadem est in Florent., quae in Vulg. Sed forte scribendum *L.* 10. *de oblig. & action.* quam citavit Schulting. *in not. ad Vit. Paul.* modo laud.

(3) Immo *Epistol.* 134. & 99. Ceterum argumentum, quod inde quoque petere solent dissentientes, examinavit Brencman. *Histor. Pand. p.* 234. *seq.*

In MS. Florent. *ablativus* pro *accusativo*. Vid. Salmas. *ad Jus Rom. & Attic. Cap.* 5. *p.* 174. & frequens illa casuum enallage, vitio & imperitia Librariorum in morem tunc loquendi vulgatum, & jam Italicum, deflexa. Vid. Idem, *ibid. p.* 176. (1).

(1) Sed Salmasio contradixit Reinold. *Varior. Cap.* 10. Hoc verum, post *in* a Nostris saepe *ablativum* poni pro *accusativo*, & contra. Vid. Forster. *Obs.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 906. Brisson. *Parerg.* §. 71. *seq.* in *ej. Oper. minor. p.* 401. Bynkersh. *Obs.* VI. 15. Noordkerk. *Obs. p.* 72. Westenberg. *in*

Divo Marco, p. 262. Jo. Cannegieter. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 1. §. 8. Quod & apud alios auctores Latinos reperire est. Vid. Caspar. Barthium, *Adversar.* XXV. 14. Drakenborch. *ad Livium*, II. 14. C. V. Vonck. *Specim. critic. in var. auctor. p.* 37. & 40. Similiter in Pand. Florent. aliquando *ablativus* ponitur pro *dativo*. Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 25. *circa fin.* Marckart. *Interpr. recept. lection. Jur. Civ.* p. 10. Van Dorp, *Obs. p.* 56. *seq.* add. Casaubon. *ad Sueton. in Jul. Caesar. Cap.* 3. Sed haec similiaque potius infra suis quaeque locis, ubi occasio erit, monebimus.

Mirum, Criticos laborare fere de literarum mutatione ex vicinitate formae, cum tamen multi Libri descripti sint ad vocem dictantis; inde plurimi errores ex voce male intellecta, & vitiosa scriptura. Vid. Lamb. Bos, *Vet. Testam. ex Version.* LXX. *interpp.* in *Prolegom.* [*pag.* si numeres, 12.] (1).

(1) Ubi agens de Codice Alexandrino, deque diversitate scripturae ejus Codicis, ait: *Ortam esse maxime hanc diversitatem conjicio ex pronunciatione dictantis, & imperitia scribentis. Non enim scriba ille Alexandrinus, sive vir fuerit, sive femina, ipse suis oculis exemplar, e quo descripsit, inspexisse mihi quidem videtur, sed ex ore dictantis alicujus excepisse.* Quod quamvis haud dubie adfirmari in universum nequeat de iis, qui Codicem Pand. Florent. exararunt, ut satis demonstrant, quae de Librariis ejus Codicis monuit Brencman. *Histor. Pand.* II. 5. non tamen haec observatio prorsus negligenda est; eoque minus, quoniam, licet de Codice Florent. id nullo modo adfirmari posset, tamen ille Codex, vel illi Codices (vid. Brencman. *d. loc.* I. 3. *p.* 16.) ex quo, vel ex quibus noster Codex descriptus est, ad vocem dictantis in totum, vel pro parte exarari potuerunt. Exemplum vitii, a dictante forte profecti, adtulit Brencman. *in not. ad L.* 4. *qui satisd. cog.* in Corp. Jur. Geb. & Spangenb.

Si

Si conferantur, inscriptiones bonorum saeculorum, plurimum distabit illa orthographia a Florentini Codicis scriptura (1).

(1) De orthographia Pand. Florent. nonnulla collegit Brisson. *Parerg. Lib. Singul.* in *ej. Oper. minor. p.* 391. *seqq.* & ex eo aliisque Calvinus, *ad calcem Lexic. sui Juridic.* Peculiarem *de Orthographia Codicis Florentini* tractatum conscribere in animo habuit Brencman. Vid. *ej. Hist. Pand. p.* 400. Quod opus a Viro Doctissimo absolutum esse, patet ex Gebaueri *Narratione de Brencmanno, ejusd. MSS. p.* 86. Nunquam tamen, quod sciam, editum est. Sed specimina ejus Operis, quae ad nomina propria pertinent, dedit idem Gebauer. in *ej. Exercitat. Academic. ab J. J. Weissmantel. editis, Vol.* II. *p.* 707. *seqq.* Illud Brencman. *Histor. Pand. p.* 390. in universum notat: *Non per omnia in Cod. Flor. servatam esse veterem scribendi rationem, atque adeo non tam Juris auctorum, quam Justiniani saeculi orthographiam in Pand. nobis superesse.*

Jus vetus multis locis in Digestis mutatum, multis non. Balduin. *in Justiniano,* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1051. & alibi].

In Digestis voces quaedam barbarae, & inusitatae. Forner. *Rer. Quotid.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 211. *seq.*] (1). Multa etiam antiquae elegantiae, hodie temere suspecta. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306. *seq.*] (2).

(1) Add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 3. §. 108. ibique Walchium.

(2) Vid. & Augustin. *Emendat.* II. 2. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1468. *seqq.*

Multae etiam Graecae constructiones. Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 6. (1).

(1) Et Anton. Augustin. *d. loc. Cap.* 1. Plura exempla collegit quoque Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 352. & Eckhard. *loc. modo cit.* §. 107. ibique Walch. Imprimis autem hoc egit Jo. Jensius, *in Strictur. ad Pand.* adeo ut adfirmare ausus sit, Pandectas, qui hodie Latine exstent, esse tantum versionem aliquam latinam veterem, ex Graeca Justinianeorum Digestorum interpretatione factam. Sed temere. Vid. Bach. *Histor. Jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 9. & auctores *ibid.* ab eo & Stockmanno citt.

Inscriptiones Legum saepe vitiosae, de quibus opus peculiare promisit Cujacius, *ad Paul. Sentent.* IV. 7. *in fin.* (1).

(1) Errores quarumdam inscriptionum notarunt, quos citat Eckhard. *loc. laud.* §. 214. *in not.* Ceterum de Legum inscriptionibus, earumque usu in Legibus interpretandis, vid. Brencmannum & Reinoldum, in *Jurispr. restitut. Wielingii*, aliosque quos laudat Bach. *Histor. Jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 5. *in not.* Idem argumentum quoque pertractavit Jan. Just. Clotterbooke, *Spec. de Inscript. Legum Pand. earumque magna in Legibus interpretandis utilitate*, Lugd. Batav. 1766.

Fugitivas Leges quasdam habet Pithoeus, *ad Collat. Legum Mosaic. & Rom. Tit.* 2. *in fin.* & Cujac. *Obs.* III. 37. (1).

(1) Add. Brencman. *de Legum inscript.* §. 6. *seq.* & Reinold. *Orat. de Legum inscript.* §. 5. *seqq.* in *Jurispr. restitut. Wielingii.* Vid. & Schulting. *ad Paul. Sentent.* IV. 4. *not.* 2. Eckhard. *d. loc.* §. 169. Jan. Valckenaer, *Dissert. de Duplici Legum quarumd. in Pand. interpretatione*, *Cap.* 10. Lugd. Batav. 1781.

Variae Leges in Jure eorumdem, & diversorum auctorum, etiam iisdem verbis scriptae. Augustin. *Emendat.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1450. *seqq.*] (1).

(1)

(1) Et Panciról. *Thes. variar. lection.* I. 78.) in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1078. *seqq.* Vid. & *Opuscul. de Latinit. Vett. JCtor. a Duker. edit. p.* 448. *seqq.* Quo nomine in Tribonianum ejusque socios imprimis invehitur Pard. Pratejus, *in Jurisprud. Med. Lib.* 1. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 511. *seqq.* Qui etiam multa exempla collegit Legum, temere, ut ajebat, repetitarum. Sed Triboniani partes suscepit Lopez. *Animadv. Cap. ult.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 500. *seqq.* Nec omnes, quas *Leges geminatas* dixit Pratejus, vere tales esse, ostenderunt Guil. Pauw. *Dissert. ad Varia Juris Civ. Capita, Cap.* 1. in Thes. Dissert. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 110. *seqq.* & Nic. Guil. Hartman. *Disput. de Geminationibus, sive earumd. Legum repetitionibus in Libris Juris Civ.* Lugd. Batav. 1768. Ceterum, rarius quidem, aliquando tamen occurrunt etiam exempla Legum in eodem titulo repetitarum. Vid. v. gr. *L.* 80. & 83. *de Jur. dot.* Alia exempla habet Muretus, *Obs. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 135.

Inanes αἰτιολογίαι a JCtis redditae (1). Forner. *Rer. Quotid.* III. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 218.] Quae tamen ex parte videntur posse defendi, ut *L.* 3. *de offic. Procurat. Caes.* & *L.* 47. *de usurpat. & usucap.*

(1) Haec etiam aliorum querela est. Sed vid. Houck. *Dissert. de Rationib. Vett. JCtor. falso suspectis*, in Thes. Dissert. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 320. *seqq.* Quocum jungendus est P. J. de Fremery, Dissert. eleganter & erudite conscripta *de Rationib. Vett. JCtor.* Lugd. Batav. 1801. Quasdam tamen rationes, a JCtis redditas, minus accuratas esse, & merito suspectas, nemo facile negaverit. Nonnulla exempla adtulit de Fremery, *laud. Dissert. Cap. ult.* & Walchius, *ad Eckhard. Hermen. Jur.* I. 1. §. 33. citat Dissertationem Herm. Ernest. Rumpelii, *de Legum rationibus, quae in ipsis Legibus minus accurate exhibentur.* Erford. 1765.

Quando Leges plures sunt ejusdem JCti ex eodem Libro, tunc ordinem servavit Tribonianus, quem ipse JCtus. Jac. Gothofred. *ad LL. XII. Tabb. p.* 194. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 163.] (1).

(1) Dissertationem Chr. Frid. Koch. *de Ordine Legum in Pand.* Gies. 1784. & Gottlieb. Hufeland. *Dissert. de Legum in Pand. interpretandarum subsidio ex earum nexu & consecutione petendo*, Jen. 1785. citat Stockman. *in not. ad Bach Histor. Jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 5. *p.* 568.

De parenthesibus aliisque notis in contextu vid. Bynkersh. *ad L. Lecta. de reb. credit. Cap.* XI. in *ej. Oper. minor.* (1).

(1) Et Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 2. §. 86. ibique Walch. De variis Pandectarum MSS. & editionibus vid. Brencman. *Histor. Pand.* III. 3. *seq.* Walch. *ad Eckhard. loc. cit.* §. 83. *seqq.* & citatos a Bachio, *Histor. Jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 28. *in not.* De Pandectis in meliorem ordinem digerendis studiose laboravit Pothierius, *Pand. Justinian. in meliorem ordinem digest.* Paris. 1748. recus. Lugdun. 1782. III. Vol. fol.

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

LIBER PRIMUS (1).

(1) In *Librum primum & secundum Pand.* notas conscripsit Balduinus, in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 789. *seqq.* *Breviores in Librum primum Pand, annotationes* edidit Henr. Ernstius, quae exstant in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 843. *seqq.* *Ad quatuor priorum hujus Libri titulorum Leges* commentatus est Thom. Papillonius, in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 547. *seqq.*

TITULUS PRIMUS.

DE JUSTITIA ET JURE (1).

(1) Singulas hujus tituli Leges exposuere Const. Landus, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1319. *seqq.* Cujacius, *Oper. Posthum. Tom.* IV. Wilhelm. van der Muelen, *Exercitat. ad tit. Dig. de Justit. & Jur.* &c. Traject. ad Rhen. 1723. Ad sex priores hujus tituli Leges commentatus est Charond. *Verisimil.* I. 1. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 682. *seqq.*

L. 1.

Est autem a justitia appellatum (1):] More Stoicorum. Vid. Grotium, *in Flor. Spars. p.* 79. add. Contium, *Lection. Subseciv.* II. 6. Menagius, *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 294. *jus* derivat a ἰσὸν (2). De diversis verbo-

borum notationibus vid. Val. Guil. Forster. *Obs. Successiv.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 927. *seqq.*] (3).

Nam, ut eleganter Celsus definit, jus est ars boni & aequi.] Haec omnia ponenda in parenthesi, ut τὸ *cujus* sequentis §. 1. cohaereat cum *justitia* (4). Burgius, *Elector.* *Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 311.] ubi de hac Lege. Sed melius Nerius, *Analector.* II. 28. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 463. *seq.*] Lopez. *Animadv.* *Cap.* 1. [in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 429. *seqq.*] pauca bona.

Jus] Basilic. νόμος. Male.

Boni & aequi] *L.* 32. *de reb. cred.* *L.* 2. §. *ult.* *L.* 34. *pr.* *de oblig. & action.* *L.* 66. §. *ult.* *solut. matrim.* (5). Non tantum autem est ars jus scriptum interpretandi, ut volunt Budaeus, Duarenus, & Sutholt; sed & Legum scientiam (6) continet. Huber. *Digression.* I. 5. Nec aliud volunt Graeci, *Tom.* I. *p.* 34.

(1) Pari modo, ac *sapiens* a *sapientia* appellatur, *homo* ab *humanitate.* Vid. Isidor. *Origin.* *Lib.* X. *pr.* Praeter citatos a Schultingio, ea de re quoque egerunt Scip. Gentil. *Origin.* *ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1354. Huber. *in Eunom. Rom. p.* 9. Noodt. *in Comment. ad h. t. pr.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. Finestr. & de Monzalvo, *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 37. ne alios commemorem.

(2) Alii etiam aliter. Vid. Vossium, *in Etymologic. h. voc.* Haud dubie *jus* eandem cum *jubere* originem habet.

(3) Add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 4. §. 129. ibique Walch.

(4) Ad *jus* refert Cujacius, *h. l.* & de Retes. *Opusc.* VIII. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 391. Parum interesse, τὸ *cujus* ad *jus*, an ad *justitiam* referas, recte mihi notasse videtur Pothier. *ad h. l.*

(5) Alia etiam loca, ubi duo haec vocabula *bonum* & *aequum* conjunguntur, habet Brisson. *de V. S. voc. bonus, num.* 3. *seq.* add. Duker. *ad Flor.* I. 22. 5. Quid *bonum* & *aequum* sit, explicat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. & Otto, *in Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 23.

(6)

(6) Quam ab usu juris separandam non esse, egregie demonstravit Gotfrid. Malcov. *Prolus. de Usu Juris cum scientia ejusdem conjungendo*, in ej. *Opusc. Jurid. & Philologic.* a *Puttman. edit.* p. 356. *seqq.*

§. I.

Cujus merito quis nos Sacerdotes *appellat*.] Sic *Sacerdotes pudicitiae*, Tertullian. *de Cultu femin.* II. 12. add. Merill. *Obs.* I. 11. (1). *Antistites Philosophiae*, Senec. *Epist.* 52. *in fin.* *Damnum quidem fecisse Philosophiam, non erit dubium, postquam prostituta est: sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non institorem, sed antistitem nacta est.*

Bonos] Tales qui conantur homines facere, *procuratores quodammodo salutis humanae* sunt: Salvian. *de Gubernat. Dei*, VII. p. 156. (2).

Non solum metu poenarum, verum etiam praemiorum quoque (3) *exhortatione.*]. His enim duobus continetur Respublica. Cicer. *ad Brut. Epist.* 15. *Is* (Solon) *rempublicam duabus rebus contineri dixit, praemio & poena* (4). Plutarch. *de Liberor. Educat. Cap.* 16. Δύο γὰρ ταῦτα ὥσπερεὶ στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς ἐστιν, ἐλπίς τε τιμῆς, καὶ φόβος τιμωρίας. Polyb. *Histor.* VI. 4. ubi de populi potestate in Republica Romana agens, ait: Τιμῆς γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος, οἷς συνέχονται μόνοις καὶ δυναστεῖαι καὶ πολιτεῖαι καὶ συλλήβδην πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος. κ. τ. λ. *Solus enim in civitate populus praemiorum & poenarum est arbiter; quibus solis & principatus, & respublicae, & universa hominum vita continetur.* &c. Philo, *de Virtutib. & Legation. ad Cajum.* [ed. Thom. Mangey, *Vol.* II. p. 546.] Νόμος γὰρ ἐν δυοῖν συμπληροῦσθαι πέφυκε, τιμῆς ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν κολάσεως. *Lex enim ex duobus praecipue constat, ex honore bonorum, vindictaque malorum.* Alia tamen mens Demonactis (5) apud Lucian. p. 584. [edit. Reitz. *Tom.* II. p. 394.] & Diodori

Si-

Siculi, *pag.* 2. ubi ait: νομοθετίαν κολάζειν, οὐ διδάσκειν. Faciunt LL. Longobard. *Lib.* 1. *Tit.* 9. *L.* 39.

Veram, nisi fallor, philosophiam (6), *non simulatam affectantes* (7).] Freher. *Parerg.* I. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 861. *seq.*] Aliis tamen visum aliud. Merill. *Obs.* I. 1. — Idem dixere de vita monastica & ascetica. Vid. Herald. *de Rer. Judic. auctor.* II. 12. §. 7. & 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1210. *seqq.*] — Cicer. *Epist. ad Famil.* XV. 4. *Qua* (Philosophia) *nec mihi carior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi majus a Diis munus ullum est datum* (8). — De Philosophia Juris, Jan. Vinc. Gravin. *Origin. Jur. Civ.* in *Praefat.* — De Philosophia *simulata* (9) Cyprian. *de Bono patientiae* §. 1. *seq.* Quinctil. *in Prooem. Lib.* I. *Inst. Orat. Non enim virtute ac studiis, ut haberentur Philosophi, laborabant, sed vultum & tristitiam & dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendebant.* Ubi vid. Comment. & *ibid.* XIII. 3. *in fin.* Senec. *Epist.* XVI. *Non est Philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum: non in verbis, sed in rebus, est,* &c. Themist. *Orat.* II. *p.* 31. & 32. — De Christiana religione, Euseb. *Praepar. Euang.* VI. 6. *p.* 254.

(1) Qui putat haec a Stoicis petita esse. Vid. & Panciroll. *Thes. Var. Lect.* II. 1. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* II. *p.* 1114. & H. van Hoogwerff, *Differt. de Variis Jur. Rom. partibus stoam redolentibus, Cap.* 9. §. 1. in nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 78. Sed Merillium refutavit Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* II. 42. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 391. pluribus exemplis probans, commune esse illud omnibus disciplinarum & artium professoribus, ut de sua professione tanquam de re sacra & mysterio loquantur. Vid. & Hier. van Alphen, *Differt. de Javoleno Prisco JCto, in Praefat.* in nov. Thes. Differt. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 4. *Sacerdotes* JCtos forte dici, quoniam e collegio Pontificum summi prodierunt JCti, conjicit Jan. Valckenaer. *Differt. de*

Duplici Legum quarumd. in Pand. interpretatione, *Cap.* 2. §. 2. Lugd. Batav. 1781.

(2) Forte ob oculos habuit Ulpianus locum Ciceronis, *de Orator.* I. 58. *Quod vero viros bonos Jure Civili fieri putas, quia legibus & praemia proposita sint virtutibus, & supplicia vitiis:* &c.

(3) *Etiam-quoque.* Pleonastica locutio, quales Nostris familiares. Vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 9. *p.* 63. & Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 20. add. Brisson. *Parerg.* §. 84. in *ej. Oper. minor. p.* 403. Duker. *ad Flor.* II. 6. 19. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 3. §. 97.

(4) Et *de Nat. Deor.* III. 35. *Nec domus, nec respublica ratione quadam & disciplina designata videtur, si in ea nec recte factis praemia exstent ulla, nec supplicia peccatis.* Quem locum, aliaque huc pertinentia, habet Puttman. *Advers. Jur. Univ.* I. 2. *p.* 27.

(5) Putantis, inutiles esse Leges & supervacuas, ut quibus nec boni, nec mali regantur; cum illi Legibus non egeant, hi vero per easdem nihilo fiant meliores. Vid. Const. Land. *Enarr. Cap.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1324. & Gebauer. *de Justit. & Jure, Cap.* IV. in *Exercit. ej. Academ. Vol.* I. *p.* 104.

(6) De *vera, non simulata, JCtorum Philosophia* Oratio est Ev. Ottonis, adjecta *Dissert. ej. Jur. Publ. & Priv.* Alia ejusdem argumenti scripta citat Walchius, *ad Eckhard. Hermen. Jur.* I. 4. §. 126. *p.* 207. add. P. Fabrum, *ad L.* 1. *h. t.* Sub *vera* Ulpianum Philosophiam Stoicam, sub *simulata* vero Epicuream intellexisse, conjicit Nic. Hier. Gundling. *in Gundlingian. Part.* XV. *p.* 486. non improbante Walchio, *d. loc.* Quaedam de hoc Ulpiani effato habet quoque Æzema, *Dissert. Jur. Civ.* II. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 826. & Elen. *Exercit. Lib.* 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1400*a*. & *seq.*

(7) *Affectantes* mavult Hoffman. *Melet. ad Pand. Dissert.* II. §. 1. & qui Hoffmannum, suppresso licet nomine, fere verbotenus descripsit, Dominic. van Hoogwerff. *Observat. ex Var. Juris materiis desumt. Cap.* 1. §. 1. Lugd. Batav. 1751. Sed vid. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 17. *p.* 77. add. Festum, voc. *adfectare.*

(8) Platonis dictum est. Vid. Cicer. *Acad. Quaest.* I. 2. *circa fin.* & Platon. *in Timaeo*, *p.* 1058. A.

(9)

(9) Eam quoque exprobrat Cato apud Gellium, *Noct. Attic.* XIII. 23. add. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 843.

§. 2.

Hujus studii duae sunt positiones (1), &c.] *Tres* species agnoscit Ausonius in noto illo carmine [*Idyll.* XI. *vs.* 61.] (2).

Jus triplex, tabulae quod ter sanxere quaternae,
Sacrum, privatum, & populi commune quod usquam est.

Publicum jus, &c.] Cujus Nostri periti fuere. *L.* 2. §. 46. *de Orig. Jur.* Plin. *Epist.* VIII. 14. Cicer *de Legib.* II. 19. add. Freher. *Parerg.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 904.] Non multa tamen de eo scripsere. Cabot. *Disp.* I. 1. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 586.] Multa habet Cicer. *de Legib. Lib.* II. & III.

Publicum jus est, quod ad statum rei (3) *Romanae spectat*, &c.] Aliter paulo dicuntur νόμοι δημόσιοι & ἰδιωτικοὶ apud Demosthenem, *in Timocrate.* Vid. Salmas. *de Modo Usur. Cap.* 3. *p.* 105. *seqq.*

Publicum jus in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit (4).] Isidor. *Origin.* V. 8. *Jus publicum est in sacris, & sacerdotibus, & in magistratibus.* — Hujus species *jus Pontificium, feciale, augurium, flaminium, senatorium.* Cujac. *Obs.* XXVII. 36. [add. Freher. *Parerg. d. loc.*]

In sacris.] Veteres enim considerabant religionem, ut instrumentum conservandi status Reipublicae. Rittersh. *ad Novell. p.* 43. (5).

Privatum jus tripertitum est, &c.] Crasse hic Basilic. Schol. *Tom.* I. *p.* 33. τὸ δὲ ἰδιωτικὸν διαιρεῖται εἰς φυσικὸν, ἐθνικὸν, καὶ πολιτικόν. Melius tamen *seq. p.* 34.

(1) Nic. Catharin. *Obs.* II. 38. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 782. mavult *portiones*, male, Stoica haec locutio est. Vid. Walch. *in not. ad Hopp. Comment. ad*

§. 4.

§. 4. *Inst. de Just. & Jure.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 326.

(2) Vulgo putatur Ulpianus *sacrum* sub *jure publico* comprehendisse. Vid. v. gr. Vinn. *in Comment. ad* §. 4. *Inst. h. t.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Tempus est* &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11. Nec male illud quidem; non tamen hic praetermittenda observatio, quae reperitur in Henr. van Alphen, *Dissert. de Rei consecratione.* Lugd. Batav. 1791. Ubi Auctor §. 7. de *Privatorum sacrorum abrogatione* agens, conjicit, caussam, cur jus in Pand. *bipartitum* dicatur, *publicum* & *privatum*, forte hanc esse, quod privatis sacris abrogatis nulla essent sacra, nisi publica, & sic sacrum jus publico contineretur; unde videndum, addit, ne interpolando bipartientis hujus divisionis auctor potius sit Tribonianus; cum aetate Ulpiani jus sacrum etiam *privata* sacra complexum sit.

(3) *Rei.* Hotoman. *reipublicae*, & sic quoque Raevard. *Varior.* V. 12. Sed non necesse. Vid. Otton. *in not. critic. ad* §. 4. *Inst. de Justit. & Jure*, & d'Arnaud. *Variar. Conj.* I. 13.

(4) Flor. *constitit.* Quae verba saepe in Pand. permutantur. Vid. Brisson. *Parerg.* §. 17. in *ej. Oper. minor. p.* 394. & Brencman. *in not. ad L. ult. de Legib.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Constitit* mavult Raevard. *d. loc.*

(5) Add. Grotium, *de Jure Belli ac Pac.* II. 20. §. 44. *num.* 3.

§. 3.

Jus naturale est, &c.] Vid. P. Fabrum, *Semestr.* II. 1. (1).

Hinc liberorum procreatio, hinc educatio:] Vid. Orationem Augusti, apud Dionem, *p.* 574. (2).

Videmus enim cetera quoque animalia, feras etiam, istius juris peritia censeri.] Ex Stoicis. Merill. *Obs.* I. 11. *Istius juris peritia censeri* est *istius Juris peritiam habere.* Sic *L. ult. de suis & legit. hered. Privatorum enim cautionem Legum auctoritate non censeri* (3).

(1)

(1) Add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 4. §. 132. ibique Walch. qui plures citat auctores, qui de hac definitione *Juris naturalis* scripserunt; quibus tamen facile etiam alii addi possent, veluti Galvan. *de Usufruct. Cap.* 5. Finestr. & de Monzalvo, *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 30. *seqq.* aliique. Ceterum, an etiam alii JCti Vett. *Jus naturale* ita definiverint, & a *Jure Gentium* distinxerint, mihi dubium est. Nullum sane ejus rei certum vestigium repetire potui. Forte haec doctrina Ulpiano fuit propria; quae tamen adeo placuit Triboniano, ut eam in *Institutionibus* secutus sit. Pluribus hac de re disputavit elegantis doctrinae JCtus, J. T. Mathews, *Dissert. de Florentino JCto, ejusque sex Libris prioribus Institutionum, Cap.* 1. *p.* 27. *in not.* Lugd. Batav. 1801. Hoc certum, vocabula illa *Juris Naturalis* & *Gentium*, ab aliis auctoribus & JCtis saepe promiscue usurpari. Vid. Schulting. *in not. ad L.* 84. §. 1. *de reg. Jur.* & *in Enarr. h. t.* §. 13.

(2) Respicere Ulpianum locum Aristotelis, *de Republ.* I. 2. putat Noodt. *in Comment. ad h. t.* vs. *Caeterum ait*, &c. Facit huc etiam locus Ciceronis, *de Offic.* I. 4. *Commune animantium omnium est conjunctionis appetitus procreandi caussa, & cura quaedam eorum, quae procreata sunt.*

(3) Eodem loquendi genere utitur quoque Modestinus in *L.* 8. *de adsign. libert. manumissoris jure censentur*; & Ulpianus in *L.* 1. §. 2. *ad municip. nisi forte privilegio aliquo materna origo censeatur*; nec non Imp. Gordianus in *L.* 8. *Cod. de transact. transactio nulla auctoritate juris censetur.* Neque adeo necesse, ut pro *peritia* hic legamus *perita*, ut quidam volunt. De ipsa autem locutione *juris peritia censeri* plures egere. Vid. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 843. & Otton. *in Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 23. *seq.* Sed forte nemo eam melius explicuit Perizonio, *ad Sanct. Minerv.* III. 2. *num.* 3.

§. 4.

Quia &c. hoc solis hominibus inter se commune sit (1).] Hoc jus antiquissimum, & praecipue post diluvium multi inde descivere. Vid. Salmas. *de Usur. Cap.* 20. *p.* 594. *seqq.*

(1) *Quia-sit.* Sic saepius etiam Nostri loquuntur. Vid. v. gr. *L.* 18. *de in jus voc. quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit;* & *L.* 9. *in fin. de jurisd. quia tunc unum consilium sit.* De qua constructione τοῦ *quia* cum Subjunctivo vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 8. 5. & Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 31. *p.* 211.

L. I I.

Veluti erga Deum religio:] Cicer. *de Legib.* I. 8. *Itaque ex tot generibus nullum est animal, praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei: ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat.* — *Deum* scripsisse Pomponium, vult Bynkersh. *Obs.* VI. 2. (1).

Parentibus] Omnibus: recte sic in genere Schol. Basilic. *Tom.* I. *p.* 34. De pietate in parentes Val. Maxim. V. 4.

Patriae] Et quidem magis (2). Vid. Ciceron. *de Offic.* I. 17. *Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est.* &c. add. Platon. *Criton. p.* 38. ἢ οὕτως εἶ σοφὸς, ὥστε λέληθέ σε, ὅτι μητρός τε καὶ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων προγόνων ἁπάντων τιμιώτερόν ἐστι πατρὶς, κ. τ. λ. *An sic es sapiens, ut te latuerit, & patri, & matri, & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendam,* &c. De pietate erga patriam Val. Maxim. V. 6.

(1) Alii putant *Jovem*, uti Wissenb. *Emblem. Tribon. cap.* 1. Sed vide, praeter Bynkershoekium, Wybon. *in Tribon. defens. cap.* 1. & Walch. *ad Eckh. Herm. Jur.* I. 6. §. 244. Ad Leges bene intelligendas duplici saepe interpretatione opus esse, altera, qua in mentem JCti, altera, qua in mentem Triboniani, seu Justiniani inquiritur, monuere Jac. Gothofredus, Noodtius, Schultingius, aliique elegantioris Jurisprudentiae Romanae cultores, & de industria demonstravit Jan. Valckenaer. *Dissert. de Duplici Legum quarumdam*

in Pand. interpretatione, Lugd. Batav. 1781. hoc ipsum *ibid. p.* 20. *seq.* quoque notans de hac *L.* 2.
(2) Aliis tamen visum aliud. Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. 10. Stoicos patriae parentes praetulisse, docet Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 130. add. Merill. *Obs.* I. 11.

L. III.

Ut vim atque injuriam propulsemus.] Livius, XLII. 41. *Sin autem hoc ex foedere licuit, & Jure Gentium ita comparatum est, ut arma armis propulsentur*, &c. Quod & Juris Naturae. *L.* 1. §. 27. *de vi & vi arm.* Noodt. *Probab.* I. 5. add. Senec. *Epist.* 121. *in fin. Haec* (natura) *nihil magis, quam tutelam sui, & ejus peritiam tradidit.* Schol. Basilic. notat, *Jus Gentium* pro *Naturali* accipi. [*Tom.* I. *p.* 35.] — *Vim atque injuriam*, id est, vim injustam (1), Bynkersh. *Obs.* V. 2.

Cum inter nos cognationem quamdam natura constituit (2).] Plato apud Clem. Alexandr. *p.* 595. Ἀδελφοὺς δὲ εἶναι ἡμᾶς, ὡς ἂν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, καὶ ἑνὸς διδασκάλου φαίνεταί που καὶ Πλάτων καλῶν, ὧδέ πως. Ἐστὲ μὲν γὰρ πάντως οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοὶ, ὡς φήσομεν πρὸς αὐτοὺς μυθολογοῦντες. *Fratres autem esse nos tamquam unius Dei & unius magistri, videtur utique Plato quoque testari, hoc modo: Nam estis quidem omnino, qui estis in civitate, fratres, ut iis dicemus narrantes fabulas.* Facit huc Grotius, *de Jure Bell. ac Pac.* in *Prolegom.* Cicer. *de Legib.* I. 5. *Quae sit conjunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos.* & *de Offic.* I. 16. ubi vide Comment. & III. 5. ubi Comment. & *de Finib. bon. & mal.* V. 23. Senec. *Epist.* 95. *Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem & in eadem gigneret*, &c. Tertullian. *Apolog. cap.* 39. *Fratres autem etiam vestri sumus Jure naturae matris unius*, &c. Quinctil. *Declam.* IX. 13. (3). — Marcus Antoninus, XII. §. 26. vult illam cognationem esse ex communione mentis, non seminis.

Inter

Inter nos] Idem de hominibus & Diis docet Cicer. *de Legib.* I. 7. *seqq.* (4).

Consequens est, hominem (5) *homini insidiari nefas esse.*] Cicer. *de Offic.* III. 5. & 6. Maleach. II. 10. Pricaeus, *ad Luc.* X. 37. Lactant. *Divin. Instit.* V. 8. *Quod quidem Cicero vidit: disputans enim de Legibus, sicut una, inquit, eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret, ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi, pravitate dissentiunt; nec se intelligunt esse consanguineos, & subjectos omnes sub unam eamdemque tutelam: quod si teneretur, Deorum profecto vitam homines viverent.* & *ibid.* VI. 10. *Summum igitur inter se hominum vinculum est humanitas: quod qui disrupit, nefarius & parricida existimandus est. Nam si ab uno homine, quem Deus finxit, omnes orimur, certe consanguinei sumus; & ideo maximum scelus putandum est, odisse hominem vel nocentem.* &c. Dio Chrysost. *Orat.* XII. *p.* 216. & *Orat.* LXXIV. *p.* 644. (6). — Alia adhuc ratio apud Marc. Antoninum, IX. 1.

(1) Per ἓν διὰ δυοῖν, cujus figurae etiam in Fragmentis Vett. JCtorum aliquot exempla exstant. Vid. van Dorp, *Obs. cap.* 5. *p.* 37. & *seq.* & auctores ibi citatos. Bynkershoekium sequitur Finestr. & de Monzalvo, *in Herm. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 40. Dubito tamen, an vel sic intellectis his verbis exemplum hoc, etiam ex mente Ulpiani, recte referatur ad *Jus Gentium*; & an non potius dicendum sit, Compilatores Pand. hac in re lapsos esse, inter exempla *Juris Gentium* referentes, quod potius, etiam ex mente Ulpiani, *Juris Naturalis* exemplum sit. Cui errori ansam forte dedit, quod Florentinus, ut plures alii JCti, verbis *Juris Gentium* & *Naturalis* promiscue sit usus. Vid. omnino *Diss. supra laud.* J. T. Mathews. *de Florent. ejusque sex Libb. prior. Instit. cap.* 1.

(2) Hal. *constituerit*, quod certe magis Latinum est. Sed *constituit* habet Cod. Flor., & etiam pluribus aliis locis apud Nostros post *cum* in hac significatione *Indicativus* sequitur.

(3) Alia etiam loca similia ex antiquis scriptoribus addi possent, sed passim occurrunt apud Interpp., qui in hac Lege illustranda occupati fuerunt, quos citat Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 132. & *de Florentini JCti Philosophia*, §. 4. *Opusc. Tom.* I. *p.* 341. add. Puttman. *Probab.* II. 17. §. 9. *p.* 136. *seq.* & Tob. Gutberleth Plegher, *Dissert. ad L.* 3. *D. de Justit. & Jur.* Lugd. Batav. 1729.

(4) Add. Lipsium, *Physiol. Stoicor.* III. 8.

(5) In Cod. Flor. hic lacunulam fuisse, quam ordinaria relegentis manus supplevit, notat Brencm. *Hist. Pand.* II. 5. *p.* 145. seq.

(6) Et Isidorus Pelusiota, *Lib.* IV. *Epist.* 200. *Quamvis legitimae esse videantur in bellis caedes hostium* &c. *tamen, si accuratae ac supremae cognationis, quae inter homines est, ratio habeatur, ne hae quidem plane innoxiae sunt:* ex versione Rittershusii, quem *ibid.* vide *in not.*

L. IV.

Est autem manumissio de manu missio (1), *id est, datio libertatis:*] Ferand. Adduens. *Explic.* I. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 509.] (2).

(1) *Manu emitti* dixit Terent. *in Phormion.* V. 5. *vs.* 2. & Plaut. *in Curculion.* V. 2. *vs.* 18. Conf. R. A. van Beem, *Dissert. de Manumiss. in SS. Eccles.*, in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 3. *seq.*

(2) Ubi hanc Ulpiani definitionem defendit. Sequitur in Lege: *quae res a Jure Gentium originem sumsit: utpote cum Jure Naturali* &c. Quod Stoam redolere, notat Merill. *Obs.* I. 15. add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 141. ibique Walch. Praeterea Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 378. pro *liberti* in *fin. h. l.* legit *libertini*. Sed nihil mutandum censet Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 2. *p.* 9. & I. 9. *p.* 63. *seq.* Vett. JCtos vocabula illa promiscue usurpasse, exemplo *L.* 16. *de Offic. Praesid. L.* 2. *de Offic. Adsessor. L.* 2. *de Jure patronat.* aliarumque Legum probat Bartholom. Sieben. *Dissert. de Libertorum Patronorumque jure*, *Cap.*

Cap. 4. §. 5. Lugd. Batav. 1750. Vid. tamen Burman. *ad Sueton. in August. cap.* 72.

L. V. (1).

Ex hoc Jure Gentium introducta bella:] Id est, *certa bellandi forma.* Grotius, *de Jure Bell. ac Pac.* I. 2. §. 4. & Wissenb. *ad Instit. Disp.* 3. *Th.* 8. An *jura belli?* uti *L.* 1. *de reg. Jur. res* pro *jure circa rem.* Paulo aliter Struvius, *h. Thes.* 56.

Discretae gentes &c.] Facit huc Grotius, *de Jure Bell. ac Pac.* II. 8. §. 9.

Agris termini positi:] Horum inventionem Caïno adscribit Joseph. 'Αρχ. I. 3. (2).

Exceptis quibusdam, quae a (3) *Jure Civili introductae sunt* (4).] Vid. d'Avezan. *de Contractib. cap.* 5. [in Thes. Meerman, *Tom.* IV. *p.* 14.] qui tamen aequo plures habet.

(1) Hanc Legem copiose exposuit Finestr. & de Monzalv. in Hermog. *Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 28. *seqq.*

(2) Additur in Lege: *aedificia collocata.* Sic edidit Taurellius, item Gebauer. & Spangenb. nulla nota adjecta. Unde vereor, ut recte scripserit Finestr. & de Monzalv. *d. loc. p.* 167. in Pand. Flor. legi *aedificia collata*, id est, conjuncta, quam lectionem praefert, eamque veriorem quoque dicit Athan. Oteyza & Olano, *Paralipom.* V. 10. §. 24. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 661. *Collata* ad marginem notavit Russard. & Charond. Saepe hae voces a Librariis confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Livium*, X. 32. 5.

(3) Haec praepositio a recenti manu est. Vid. Brencm. *h. l.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *De commerciis ex Jure Gentium ad L.* 5. *D. de Just. & Jur.* Dissertationem scripsit Herm. Noordkerk. Lugd. Batav. 1728.

(4) Addunt hic Graeci: ὡς τὴν ἀγωγὴν τὴν μετατιθεῖσαν παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν, καὶ τὴν περὶ ἐμφυτεύσεως. *Tom.* I. *p.* 28. Haud dubie illustrationis caussa. Leunclav. *Notat.* II. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1503. Sed an vera sit eorum doctrina de *emphyteusi*, merito possit

possit dubitari. Pluribus de exceptis his obligationibus egit quoque Finestr. & de Monzalv. *d. loc. p.* 186. *seqq.* Vid. & J. G. van Musschenbroek. *Dissert. de Lege commiss. in pign. Cap.* 4. in nov. Thes. Dissert. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 669. *seq.*

L. V I.

Jus Civile &c.] Lopez. *Animadv. cap.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 438. *seqq.*] add. Additam. ad Maynard. *Decis. Tholos.* II. 84. (1).

(1) Pro *nec per omnia ei servit* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legit, geminata litera *s*, *nec per omnia eis servit*, quemadmodum & Graeci habent αὐτοῖς ἕπεται. Sic sane legendum, nisi dicamus, Ulpianum hic Jus Naturale & Gentium non distinxisse. Vid. Gebauer. *ibid.* Ceterum de germana Juris Civilis natura & indole, praeter Interpp. *ad h. t.* & *ad* §. 1. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* conferri etiam merentur, quae breviter, sed eleganter animadvertit Bern. Alb. van Houten, *Dissert. de Judicibus Hollandis certa privatas judicandi caussas norma nunquam destitutis; neque ex superioribus, in Prolegom.* §. 1. *seqq.* Lugd. Batav. 1793.

§. 1.

Τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.] Add. Thucydid. *p.* 124. [ed. Steph. 1588. ed. Duker. p. 120.] & sic verbum Graecum νόμος tam late patet, quam Latinum *jus* (1).

(1) Add. Herm. Cannegiet. *Dissert. de Vet. Lege Rom.* &c. in *Jurispr. Antiq. Fellenberg. Tom.* II. *p.* 73. & auctores ibi citatos. Vulgatam hujus Legis lectionem contra Budaeum defendit Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 510. Ceterum hanc juris divisionem Veteribus inusitatam non fuisse, ex variis auctoribus probat d'Arnaud. *Var. Conj.* I. 10. & Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. 3. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Qui praeterea notat, licet ab scriptoribus illis vocabula haec non una ratione su-

sumantur, neminem tamen eorum in *scriptura* differentiam Juris scripti, & non scripti ponere, atque adeo recte facere Interpp., qui hoc pacto etiam hanc divisionem explicent. Dissentiunt tamen alii, in quibus etiam est Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 2. *p.* 11. *seq.* Novissime, & late ea de re disputavit C. F. Gluck. *Ausfuhrl. Erlaut. der Pand. nach Hellfeld. Tit. de Legib.* §. 82.

L. VII.

Jus autem Civile &c.] Strictissime sumtum, & oppositum Juri Praetorio (1).

Ex Legibus] Basil. ἀπὸ τοῦ δυοδεκαδέλτου. Male: non tantum enim ex *LL.* XII. *Tabb.*, sed & aliis.

(1) Sic & Cujac. *ad Papin. Libb. Defin. in expl. h. l.* ubi etiam monuit, in inscript. h. Legis pro *Lib.* II. legendum esse *Lib.* I. Aliter H. J. Arntzen. *Miscellan. cap.* 13. *p.* 140. qui locum hunc supplendum dicit ex §. 3. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Aliter etiam C. F. Zepernick. *Diatrib. de Judic. Centumv.* adject. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 297. *seqq.* qui putat, vel mutilum hoc Fragmentum ad nos pervenisse, vel JCtum non omnes, sed praestantiores tantum, Juris Civilis partes enumerare voluisse.

§. 1.

Quod Praetores introduxerunt,] Permissu populi, non jure magistratus. Sutholt. *de Jurisd. num.* 285. (1). Inepte Pollet. *Hist. For. Rom. p.* 298. jus Edicta condendi adscribit *mero imperio.* Quaedam & Busius, *Subtilit.* I. 3. non valde bona.

Adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi (2) *Juris Civilis gratia.*] Jus Praetorium subsequitur Jus Civile. *L.* 14. *de testib.* Averan. *Interpr. Jur.* I. 6. add. Jan. a Costa, *ad pr.* & §. 1. *Inst. de bon. poss.* & Jan. Vinc. Gravin. *de Ortu & Progress. Jur. Civ. p.* 68. *seq.* [ed. Lips. 1708.] .

Ad honorem] Al. *ab honore* (3). Sic *L*. 2. §. 10. *de Orig. Jur.* Facit §. 7. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

(1) Vid. omnino Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 3. *p.* 202. *seqq.* edit. A. C. Stockman. ubi etiam praecipuos, qui de *Jure Praetorio* egere, Interpretes citatos invenies. add. Trekell. *de Testam. fact. ap. Rom. cap.* III. §. 39. *seq. p.* 152. *seqq.*
(2) Haec verba optime explicuit Cujac. *ad Papin. Libb. Definit. in expl. h. l.*
(3) Sic etiam Bynkersh. *in Praeterm. ad L.* 2. §. 10. *de Orig. Jur.* Quem sequitur Conrad. *Parerg. p.* 14. *in not.* & A. D. Trekell. *loc. modo cit. p.* 157. *in not.* Nec dissentit Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 2. *p.* 14. Alii aliter. Vid. Gebauer. *in Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 117. *seq.* Forte *ad honorem* Papinianus scripsit pro *in honorem*, quam vim vocabulum *honorarium* in omnibus aliis exemplis ac formulis habere ait Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 3. §. 1.

L. VIII.

Nam & ipsum Jus honorarium viva vox est Juris Civilis.] Hopper. *de Vera Jurispr.* IV. 27. Jo. Saresburiensis, *de Nugis Curialib.* III. 11. *Sane Praetor, etsi viva vox juris esse dicatur, sententiam ejus plerumque retractat.* Praetor *custos Juris Civilis.* Cicer. *de Legib.* III. 3.

L. X.

Tribuendi.] *Tribuens* emendabat olim Menagius (1). Sic Vett. passim, & Imp. *Nov.* 69. *pr.* Sed postea nihil mutari consultius putavit, *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 4. Basil. ἀπονέμοντα, & sic quoque Schol. Basilic.

(1) *Tribuens* mavult quoque Schroder. *Obs.* I. 2. *p.* 5. *seq.* Sed non opus esse ita legi, dicit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Vid. & Marckart. *Prob. rec. lect. Part.* I. *p.* 25. *seq.* De ipsa hac definitione *justitiae* vid. Noodt. *Prob.* III. 1. & 2. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 133. ibi-

ibique Walchium. Quem etiam vide *ad Hopp. Comm. ad pr. Inst. h. t.* Quaedam habet quoque Barthius, *Advers.* IV. 16. Plura Gebauer. *in Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 100. *seqq.* Vid. & H. van Hoogwerff. *Dissert. de Var. Jur. Rom. partib. Stoam redolentib. cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Dissert. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 79. *seq.*

§. 1.

Juris praecepta] Quae a *regulis Juris* debent distingui (1).

Honeste vivere,] De quo Cicero, *de Finib. bon. & mal.* II.

(1) Ut latius docuit Noodt. *in Jul. Paulo, cap.* 10. Ad doctrinam de moribus, quae pars olim fuit Juris Civilis, haec praecepta etiam refert Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1363. A Stoicis ea mutuatos esse JCtos, putat Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 4. §. 135. Egit de his praeceptis quoque Jo. Mercer. *Opinion.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1585. Ad primum praeceptum plura congessit Petrus van de Poll, Jani Fil., Dissertatione eleganter conscripta *de Praerogativis vitae honestae.* Lugd. Batav. 1779. — De definitione *Jurisprudentiae*, quae in *seq.* §. 2. traditur, vide Eckhard. *d. loc.* §. 134. ibique Walch. & auctores ibid. citatos. add. Gebauer. *in ej. Exercit. Academ. Vol.* I. *p.* 119. *seqq.* Pro *divinarum atque humanarum rerum* C. F. Vonck. *Obs. Miscell. cap.* 32. *p.* 120. legere mavult *divinarum atque humanarum Legum.* Sed vid. Puttman. *Probab.* I. 12. *p.* 94.

L. XI.

Uno modo, cum id, quod semper aequum ac bonum est, &c.] Origen. *Philocal. cap.* 9. (1).

Omnibus aut pluribus] Add. *L.* 3. *& seqq. de Legib.* Grot. *de Jure Bell. ac Pac.* I. 4. 4. Rittersh. *ad Novell. p.* 127. Liv. *Hist.* XXXIV. 3. *Nulla Lex satis commoda omnibus est; id modo quaeritur, si majori parti & in summam*

niam prodest. — Non soli Latori. LL. Wisigoth. I. 1. 3.

Praetor quoque Jus reddere dicitur, etiam cum inique (2) *decernit;* &c.] Quod est *Jus injustum*, de quo P. Faber, *ad L.* 207. *de reg. Jur.* Exempla Praetorum, qui male judicarunt, sunt in *L.* 11. §. 2. *de minorib. L.* 37. *de excusat. L.* 78. §. *pen: de Legat.* 3^{io}. (3).

Ubicunque] *Domi* quoque (4) Cicer. *in Verr.* III. 23. Sed malo more.

Salva majestate] Id est, splendore, dignitate (5). Cato apud Ciceron. *Lib.* XV. *Ep.* 5. *de tua majestate.* Vid. Huber. *in Prael. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 3.

Is locus recte jus (6) *appellatur.*] Non tamen omnia ibi fieri possunt. Mevius, *Decis. Part.* VII. *Dec.* 179. add. Vinn. *de Jurisd. cap.* 10. *num.* 11.

(1) De Jure, & variis Juris significationibus vid. Gebauer. *loc. modo cit. p.* 112. *seqq.* Diligenter etiam varias hujus vocabuli notiones collegit & exposuit C. F. Gluck. *loc. supra cit. hoc Tit. p.* 4. *seqq.*

(2) Id est, *ex Juris rigore, contra aequitatem*, seu, ut alii volunt, *novum quid.* Vid. Houck. *Dissert. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. cap.* I. §. 2. in Thes. Dissert. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 322. Mea sententia τὸ *inique* hic accipi potest sensu generaliore pro *non recte*, seu non ita, uti decerni oportuerat, modo, quod decretum est, non sit nullum. Conf. H. G. Tydeman. *Dissert. de Reb. judic. non rescind. cap.* 5. §. 39. Basil. κἂν παράνομος εἴη. Non bene. Exposuit hunc versiculum quoque De la Rue, *Amoen. Jur. Obs. cap. ult.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1515. *seqq.* Sed parum accurate.

(3) Quartum exemplum ex *L. ult. Cod. de fideic. libertat.* addit Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Disp.* I. §. 11. Ubi tamen proprie non Praetoris, sed Judicis male judicantis exemplum occurrit. Vid. de hac *L. ult. Cod.* Merill. *ad L. Decision. Justinian. Cap.* 31.

(4) Conf. *L.* 4. §. 1. *de interrog. in Jure fac.* & Wybon. *de Interrog. in Jure, cap.* 5. *p.* 66. *seqq.* Praecedit in Lege: *Alia significatione Jus dicitur locus, in quo jus redditur: appellatione collata ab eo, quod*

fit,

sit, in eo, ubi fit. Pro *in eo* vulg. habet *in id.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spangenb. Forte origine scriptum erat *in lo.*, unde Librarii fecerunt *in eo*, cum significaret *in locum.* Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 20.

(5) *Majestas* Praetori quoque tribuitur *L.* 9. *de Jurisd.* Adeoque fallitur Salmas. *ad Trebell. Pollion. in Gallien. cap.* 14. scribens, nomen *majestatis* sub Impp. de solo Imperatore usurpatum esse. Vid. Jo. van Beuker. *Dissert. de Crim. majest. Sect.* I. *Cap.* I. §. 2. in Nov. Thes. Dissert. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 80. Ceterum Perrenon. *Animadv.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 608. verba *salvo more majorum* denotare ait *jurisdictionem*, & verba *salva majestate imperii sui*, potestatem & *merum imperium*, probante Gebauero, *d. loc. p.* 113. & *in not. ad h. l.* Me judice, minus recte: cum Praetor Romanus *merum imperium* non habuerit. Melius verba haec explicat Van der Muelen, *ad h. l.*

(6) *Jus* pro *loco, ubi jus redditur*, per atticismum dici, notat Forner. *Rerum Quotid.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 185. Plura de hac locutione habet J. F. Gronov. *Lection. Plautin. p.* 213. De *seq. L.* 12. inprimis vide Van der Muelen, *ad d. l.*

TITULUS II.

DE ORIGINE JURIS, ET OMNIUM MAGISTRATUUM, ET SUCCESSIONE PRUDENTIUM.

Prudentium] Flor. *eorum* (1). Unde Cujac. *in Paratitl. ad h. t.* legit *auctorum*. De variis JCtorum appellationibus, Cujac. *Obs.* VII. 25. Hotoman. *in JCto, p.* 1090. [*Oper. Tom.* I. *Part.* II.] Νομοθέτας eos vocat Zosim. *Histor. p.* 18 & 21. [ed. Cellar. 1679.] (2).

De eorum auctoritate, Hotoman. *ibid. p.* 1094. *seqq.* & de eorum magnificentia, *ibid. p.* 1095.

Tres

Tres JCti prae ceteris illustres fuere, *Servius Sulpitius, Salvius Julianus*, & *Æmilius Papinianus*. Merill. *Obs.* III. 19.

(1) Sed *eorum* recentiore manu adjectum est. In membrana Florentina erat tantummodo *de Origine Juris, & omnium magistratuum, & successione*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Cujacio obloquitur Schroder. *Obs.* I. 10. *p.* 65. *seq.* qui ipse mavult *prudentium*.
(2) Add. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 13. ibiq. Stockman., qui citat Mich. Henr. Gribner. *Pr. de* Νομοθεσία *Vett. JCtorum, seu de titulo, quo Juris auctores & conditores appellantur*. Lipf. 1730. 4.

L. I.

Cujusque rei potissima pars principium est.] Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 80. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1088.] (1).

Illotis manibus] *Illotis pedibus* dixit Gellius, *Noct. Attic.* I. 9. Ἀνίπτοις ποσὶ Lucianus, *in Demonact. p.* 858. [edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 376.] Greg. Thaumaturg. *Paneg. ad Origen. p.* 175.

(1) Quo loco docet, JCtos a Philosophis & aliis multa sumsisse, & illud *cujusque rei* &c. desumtum esse ab Hesiodo. Prius verissimum est, posterius minus accurate dictum. Hesiodi est πλέον ἥμισυ παντὸς, *dimidium plus toto*. Pythagoricum vero, & Platonicum, *principium cujusque rei dimidia*, seu *maxima pars est*. Vid. Solan. & Hemsterhuſ. *ad Lucian. Somnium*. Edit. Reitz. *Tom.* I. *p.* 5. *seq.* In initio hujus Legis pro *necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi*; Schroder. *Obs.* I. 10. *p.* 67. legit *necessario primis ab urbis initiis repetendam existimavi*. Magis placet conjectura Jo. Cannegieter. *Disq. de Notis*, *p.* 305. qui legit *necessario principium ab urbis* &c. putans, errorem ortum esse ex nota, quae *principium* significabat; sed unde Librarii fecerunt *prius*. Forte etiam τὸ *prius* posset retineri, & pro *repetendum* legi *REpetendam*;

id

id est, *rem repetendam*. Pro *producunt* in *fin. h. l.* alios Codd. fortasse melius legere *perducunt*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Non male. Vid. Ruhnkenium, *ad Vellej. Patercul.* II. 106. & 128. Qui priore loco monet, saepe haec verba a Librariis permutata esse, adeo ut eorum discrimen vix constitui possit. add. Drakenborch. *ad Livium*, V. 15. 8. & XXXVIII. 50. 1. De verbis seqq. *cum ibi venerimus* vid. Muncker. *ad Hygin. Fab.* XV.

L. II.

POMPONIUS *Lib. Sing. Enchiridii.*] Vid. de hoc Libello omnino Balduin. *in Praefat. ad Jurispr. Mucian.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 438.] Hanc Legem nihil nisi fabulas & deliria Triboniani, & sub falso nomine suppositam, censet Hotoman. *in Antitribon. Cap.* 12. (1).

(1) Omnem pene fidem huic Fragmento quoque denegat Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 2. §. 17. Contra quem disputavit C. F. Glück. *Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 90. *seqq.* Aliorum de hoc Fragmento judicia vid. apud Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul.* in *Praef.* *p.* 3. Otton. *in Vit. Serv. Sulpit.* *cap.* IV. §. 2. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1574. *seq.* Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 142. *in not.* Puttman. *Probab.* I. 6. *p.* 51. Schroder. *Obs.* I. 10. *p.* 67. Jo. Luzac. *Obs. Apolog. pro JCtis Rom.* *p.* 5. Sunt etiam binae Dissertationes Brokesii, *de Pomponio historiae Romanae & litterariae ignaro.* Vitemb. 1733 & 1736. Praecipua autem scripta, quae ad hujus Legis intellectum illustrationemque faciunt, (nempe Cujac. *not. ad h. l.* Rupert. *Animadv. in Enchirid. Pompon.* Bynkersh. *Praeterm. ad h. l.* & Waechtler. *Recens. Praeterm.*) uno Volumine collegit Jo. Ludov. Uhlius, sub titulo, *Opusc. ad Histor. Jur., & maxime ad Pompon. Enchirid. illustrandum pertinentia*, qui Libellus cum Praefatione Jo. Gottl. Heinecc. *de Sexto Pomponio* prodiit Halae, 1735. 4. Ad eandem Legem commentatus quoque est M. A. Muretus, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 149. *seqq.* & Wilh. van der Muelen, *in Exercit. in Histor. Pompon. de Orig. Jur.* Sparsim notas ad hanc

hanc Legem conscripsit Const. Landus, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1392. *seqq.* & Legem hanc cum notis Variorum, praecipue A. Vinnii, edidit S. Leewius, *de Origin. & Progress. Jur. Rom.* &c. Lugd. Batav. 1671.

§. 1.

Omniaque manu a Regibus gubernabantur.] Tacit. *Annal.* III. 26. *Nobis Romulus, ut libitum, imperitavit.* Quod ibi Ryckius bene accipit de *Jure privato.* add. Dion. Halicarnass. *Antiq. Lib.* X. *pr.* & *Lib.* IV. *p.* 228. (1). — An ab iis provocatio fuerit, vide Ranchin. *Var. Lect.* I. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 916. *seq.*] (2). Adfirmat Cicero apud Senec. *Epist.* 108. *Aeque notat, &c. provocationem ad populum a Regibus fuisse.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 1. §. 2. Τὸ *manu* per locum Cassiodori, *Variar.* IV. 10. recte defendit Bynkershoek. *in Praetermiss. ad h. l.* add. H. G. Tydeman. *Dissert. de Reb. judicat. non rescindend. p.* 155. Quinam appellatione *Regum* hic intelligendi sint, non convenit. Schroder. *Obs.* I. 10. *p.* 68. *seq.* putat Romulum & Remum, & sic etiam Schulting. *d. loc.* Alii Romulum & Tatium, uti Muret. *h.* Quod & magis probare videtur H. J. Arntzen. *Miscellan. cap.* 8. & Jo. Luzac. *in Obs. Apologet. pro JCtis Rom. p.* 5. Alii solum Romulum, & pro *a Regibus* legunt *Regis*, uti Raevard. *de Auctorit. Prud. cap.* 1. vel dicunt, Pomponium numero plurali pro singulari usum esse, ut Wachendorff. *Dissert. de Principe Legib. soluto*, *p.* 154. *in not.* Aliter denique Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 300. existimans, ideo Pomponium dixisse, omnia manu a Regibus gubernata fuisse, quod Leges quidem essent ab ipso Romulo, & sequentibus deinde Regibus promulgatae; sed quae ab ipsis saepe auctoribus neglectae fuerunt, certe a successoribus flocci habitae. Addi possit, Leges illas omnino paucas fuisse, ut necesse fuerit, pleraque negotia Regum arbitrio dijudicari. Conf. Huber. *Eun. Rom. p.* 26.

Res quidem verissima est, sed vereor, ut hanc interpretationem verba Pomponii patiantur, qui priora illa tempora, quibus populus sine Lege certa, sine jure certo agere instituit, aperte distinguit ab iis, quibus Romulus, & seqq. Reges Leges tulerunt. Ut adeo videri posset, imprimis hic cogitandum de Romulo & Remo, modo constaret, eos etiam ab aliis scriptoribus unquam *Reges* esse appellatos. Ceterum, quae initio formula civitatis Romanae fuerit, latius docuerunt, quos citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* I. 1. *sect.* I. §. 1. — Verba *sine Lege certa* non esse Pomponii, sed Interpretis cujusdam, putat Marcilius, *Interpretam. Leg.* XII. *Tabb.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 227.

(2) Pluribus de hac quaestione egit Adr. van der Hoop. *Dissert. de Iis, qui antiq. ap. Rom. de criminib. judic. Cap.* 3. in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 612. *seqq.* qui negantium partes tuetur. Sed adfirmat Duker. *ad Flor.* I. 9. 4. & Westenberg. *in Divo Marco*, *p.* 204. *seq.* Dubitat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3.

§. 2.

Et ita Leges quasdam & ipse Curiatas ad populum tulit.] Dion. Halicarnass. *Antiq. Lib.* II. *p.* 87 & 94. qui & mores ab eo inductos, ait (1).

Tulerunt & sequentes Reges:] Servius Tullius *L. de Contractibus* (2). Dion. Halic. *Antiq. Lib.* IV. *p.* 218. Numae Regis *Postumia Lex.* Plinius, *Hist. nat.* XIV. 12. ubi Harduinus (3): an bene, dubito.

In libro Sexti Papirii:] Invenio *C. Papirium* apud Dion. Halic. *Antiq. Lib.* III. *p.* 178. qui jus sacrum revocavit in usum. Rupert. *h.* legit *in Libro Sexto Papirii*, ut priores de aliis egerint, scil. de rebus Romanis (4). Vid. & Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 4.

Superbus Demarati Corinthii filius,] Rupert. *h.* putat, forte scriptum fuisse *L. F. Demarati Corinthii N.*, id est, L. filius, Demarati Corinthii nepos. Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l. filii filius* (5).

Ut diximus,] Ubi? Vid. Rupert. *h.* (6).

Jus

Jus Civile Papirianum] Fragmenta novissime collegit Gravina, *de Orig. Jur. Civ.* II. 22. (7).

(1) Dion. Halic. *d. loc. p.* 87. apud Regem fuisse, ait, Legum ac patriarum consuetudinum custodiam, *νόμων τε καὶ πατρίων ἐθισμῶν φυλακήν.* In praecedentibus verbis pro *ipsum Romulum traditur* &c. Hal. edidit *ipse Romulus traditur* &c. Sine necessitate: saepe enim *traditur*, *narratur*, *dicitur* &c. neutraliter construitur. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Othon. Cap.* 7.

(2) Et *delictis.* Vid. d'Arnaud. *Var. conj.* I. 17. *p.* 115. & Ritter. *ad Hein. Hist. Jur.* I. 1. §. 10.

(3) Qui putat, Legem hanc a Latore suo *Postumio* ita appellatam esse, & sic etiam Bach. *Hist. Jur.* I. 1. *sect.* 2. §. 3. *in not.* Quod si verum esset, haec quoque Lex argumentum praeberet, jam sub Regibus moris fuisse, Leges a Latoribus appellari, cujusmodi exemplum aliud attulit Bach. *d. loc.* §. 5. Alii tamen, quos forte etiam Schultingius magis secutus est, verba Plinii ita potius accipiunt, ut Lex illa postremo vitae Numae tempore lata sit. Quae interpretatio mihi quoque probabilior videretur, si apud Plinium pro *postumia* legeretur *postuma.* Vid. Gellium, *Noct. Attic.* II. 16. Certe *Numae Regis postumia Lex* pro Lege a Postumio, Numae Regis tempore, vel praeëunte Numa Rege, lata, paulo durior locutio est.

(4) Ruperto adsentitur Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* Sed Perizon. *Animadv. Hist. Cap.* 2. *p.* 89. *seq.* hominem appellatum putat *Spurium Papirium.* Alii etiam aliter. Vid. C. F. Gluck. *Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 118. *seqq.* ubi diligenter recensuit Interpp., qui de Papirii praenomine egerunt, eorumque varias conjecturas proposuit, & examinavit. Addi tamen possit Schroder. *Obs. Jur. Civ. p.* 74. *seq.* & Jac. van Vaassen. *Animadv. Critic. ad Fastos Roman. Sacros*, I. 2. *p.* 52. *seqq.* Similiter inter Interpp. non convenit, quas Leges Regias Papirius collegerit, num *omnes*, ut hic tradit Pomponius, an vero *sacras* tantum. Posterius censent Ritter. *ad Hein. Histor. Jur.* I. 2. §. 17. Bach. *Hist. Jur.* I. 1. *sect.* 2. §. 7. aliique. Sed argumenta eorum non tanti ponderis esse, ut Pomponio hac in re fides deneganda sit, recte putant Schroder. *d. loc. p.* 72. *seq.* Zepernick. *Diatrib. de Judic.*

Cen-

Centumv. §. 7. adject. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 312. *in not.* Stockman. *ad d. loc. Bach.* Quam sententiam latius probavit Gluck. *loc. modo cit. p.* 184. *seqq.* ubi etiam plures alios ab utraque parte auctores laudatos invenies. Ceterum *Papirium*, non *Papyrium*, scribendum, docet Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* II. 4. *Ex.* I. & III. 3. *Ex.* I.

(5) Quasi origine scriptum fuisset *FILIus*, probante Duker. *ad Flor.* I. 7. 2. & Drakenb. *ad Liv.* IV. 15. 3. Sic jam ante Bynkershoekium conjecerat Bartolinus, ut notat H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom. p.* 98. Etiam Schott. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Cap.* 10. *pr.* Nec male, modo probari posset, *filii filium* pro *nepote* Latine dici, quod alii forte merito negant. Vid. Bach. *Hist. Jur.* I. 1. *sect.* 2. §. 6. *in not.* & Van Vaassen. *loc. cit. p.* 61. *seq.* Potius itaque dicendum, esse errorem Pomponii, cum Bachio *d. loc.* aut appellatione *filii* intelligendum *nepotem*. Vid. Stockman. *ad d. loc. Bachii.* Quod posterius tamen in narratione historica, qualis est haec Pomponii, possit paulo durius videri. add. Schott. *loc. cit.* & Duker. *ad Flor.* III. 8. 1.

(6) Qui verba haec sic intelligit: *is Liber, cujus diximus Papirium auctorem esse*, &c. Alii etiam aliter. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 129. Forte Pomponium in antecedentibus hujus Juris Papiriani mentionem fecisse, sed eam periodum a Compilatoribus Pand. esse omissam, putat Pothier. *in not. ad h. l.*

(7) Fragmenta Juris Papiriani etiam collegit Hoffman. *Histor. Jur. Vol.* II. Bene quoque de Jure Papiriano meritus est Terrasson. *Histoir. de la Jurisprud. Romain p.* 22. *seqq.* Alii qui de hoc Jure egerunt, citantur apud Bach. *Hist. Jur.* I. 1. *sect.* 2. §. 6. *in not. p.* 14. edit. Stockman. E quibus imprimis memorandus C. F. Gluck. *Lib. Sing. de Jure Civ. Papiriano*, in *ej. Opusc. Jurid. Fasc.* II. Quem etiam vid. *ibid. p.* 176. *seqq.* de ratione nominis *Juris Civilis Papiriani*, seu de verbis, quae apud Pomponium sequuntur: *non quia Papirius* &c.

§. 3.

Exactis deinde Regibus Lege Tribunitia,] Bruti, Tribuni Celerum, qui Reges ejecit; & ita distinguendum, uti hic. Vid. Rupert. *h.* (1).

Omnes *Leges hae exoleverunt:*] De hoc dubito. Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 22. *seq.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 64.] & Pithoeum, *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 13. [§. 1. *not.* 2.] (2).

Exoleverunt] Usu caruere ob Patriciorum potentiam. Dion. Halic. X. 1. (3).

Incerto magis Jure] Nec aequo. Facit huc Dion. Halic. VII. 41. & X. 1. Augustin. *de Civit. Dei*, II. 18.

Ali] Alii *agi:* recte. Vid. Rupert. & Bynkersh. *h.* (4).

Idque prope viginti *annis passus est.*] Alii LX. bene (5).

(1) Add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 2. §. 76. *in not.* ibiq. Walch. & Bach. *Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 1. *in not.*

(2) Neuter proprie Pomponio obloquitur: nam agunt ambo de tempore post latas Leges XII. Tabb., putantque, etiam alias Leges Regias, praeter eas, quae XII. Tabulis comprehensae essent, vim auctoritatemque Romae habuisse. Qua in re tamen ab iis dissentit Bach. *Hist. Jur.* I. 2. *sect* 2. §. 9. Sed pro dubitatione Schultingii propius faciunt, quae habet Jo. Luzac. *Obs. Apolog. pro JCtis Rom. p.* 6. & auctores ibi citt.

(3) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. De vi verbi *exoleverunt*, vid. Rupert. *h.* & Bach. *d. loc.* §. 1. *in not.*

(4) Pomponium scripsisse *agere*, ut §. 1. *h. l.*, putat Schroder. *Obs. p.* 76.

(5) Sic etiam Schulting. *loc. modo cit.* Reinold. *Varior. Cap.* 8. Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* qui existimat, scriptum fuisse *VIgint. annis*, quod exponi debuerat non *viginti*, sed *sexaginta*, probante Bach. *Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 1. *in not.* Sed *viginti* defendit Stockman. *ad d. loc. Bachii*, Pomponium intelligens de tempore, quod effluxit a Regibus ejectis usque ad latas Leges sacratas. An recte, dubito: cum po-

populus Romanus etiam post eas Leges latas incerto jure usus sit. Ἀναχρονισμοῦ vitium verbis Pomponii inesse, putat Van Vaassen. *Animadv. Critic. ad Fastos Rom. Sacros, p.* 94. Sed Bynkershoekio adsentitur quoque Luzac. *loc. cit. p.* 6. *in not.* putans tamen, corrupta esse verba proxime praecedentia *quam per Legem latam*, quorum sensus est, *quam ante latam Legem, quae Reges ejecerat.* Quod mihi quoque verissimum videtur; sed quo pacto locus restituendus sit, non constat. Variant quidem hic Codd. & editt., vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang., sed nos aeque incertos dimittunt.

§. 4.

Placuit publica auctoritate decem constitui viros, &c.] Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* verba haec ita trajicit: *placuit publica auctoritate peterentur Leges a Graecis civitatibus, & decem constitui viros, per quos civitas fundaretur Legibus.* An *decem* e Glossa (1)?

A Graecis civitatibus] D. Goth. *in not. Atheniensibus maxime* (2). Qui tamen ipsi postea iterum a Romanis Leges repetiëre. Merill. *Obs.* II. 10. Sunt autem decem priores Tabb. non compositae ex solis Legibus Graecis, sed etiam ex antiquis indigenis, qua consuetudinibus, qua Legibus. Salmas. *in Praef. Lib. de Foenor. Trapezit.* [*pag.* si numeres, 66.] (3).

Quas in tabulas eboreas *perscriptas*] Defendit hanc lectionem Menag. *ad Diog. Laërt. Lib.* I. *Segm.* 45. add. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 27. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 66. & *ad L.* 1. *Cod. Theod. de expens. ludor. Tom.* V. *p.* 437.] Salmas. *ad Vopisc. Tacit. Cap.* 8. *Æreas* legit Rupert. *h.* Sed *roboreas* (4) suaderet Dion. Halic. *Antiq.* III. *p.* 178. Vid. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 4. Constantinaeus, *Subtil. Enodat.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 599.] *aeneas*, vel *aereas.* Fluctuat Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.*

Pro rostris] Per prolepsin. Haec enim posita A. U. 415. Vid. Rupert. *h.*

Composuerunt] Bynkersh. *h.* vult idem esse cum *proposuerunt* (5).

Exulantem in Italia,] Per ostracismum (6). Vid. Rupert. *h.*

(1) Haud improbabilis videtur haec conjectura Schultingii. Fortasse τὸ *decem* quis in margine adscripserat ad verba *& civitas fundaretur Legibus*, ita significans, hoc posterius a decem viris esse factum: Deinde vox illa in contextum irrepsit, nec suo quidem loco. Simile exemplum vid. infra in §. 40. *h. l.* Saltem Pomponium, vel etiam Compilatores Pand. in re adeo nota lapsos esse, verisimile non est, etsi sic sentiat Bach. *Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 4. *in not.* Quid pro vulgata lectione dici possit, vid. apud Cujac. *in not. ad h. l.* Jan. Vinc. Gravin. *de Ortu & Progress. Jur. Civ.* II. 23. Puttman. *Prob.* I. 6. Schroder. *Obs.* I. 12. *p.* 76. *seq.* Stockman. *ad d. loc. Bachii.* Notabilis est locus Servii, *ad Virgil. Æneid.* VII. *vs.* 695. quem mihi indicavit Clar. Tydeman., ubi Servius quoque *missos decem viros* scribit. Ceterum totam hanc Legationem factam quidam negarunt, in quibus etiam est Bonamicus, *in Memor. Acad. Liter. Parisin. Tom.* XII. *p.* 27. *seq.* Sed contra quos merito disputarunt alii, quos citat Stockman. *d. loc. p.* 26.

(2) De Graecis civitatibus illis, a quibus Leges petitae, imprimis videndus est Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 7. *seqq.* add. Bach. *Hist. Jur. d. loc. p.* 24. *seq.* ibique Stockman. & auctores ab iis citt. An prudenter egerint Romani, quod Leges peregrinas adoptarint, disquirit Otto, *d. loc. p.* 5. *seq.* add. Jac. Voorda, *Orat.* II. *de Prudentia Roman. in condendis* XII. *Tabb.* adj. *Libro ejus Sing. Elector.* & Bav. Voorda, *Orat. de Arte Legislatoria ex Tabb. Rom. Decemviralibus comparanda.* Vid. & Clar. Luzac. *laud. Diss. p.* 8. *seq.*

(3) Add. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 13. *seqq.* D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 20. *p.* 349. *seq.* Bach. *Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 5.

(4) *Roboreas* mihi quoque vera videtur lectio, quam non tan-

tantum suadet locus Dion. Halicarnassensis, sed etiam ipsa vox *tabularum* confirmat, ut recte notat Otto, *loc. cit.* Profecto, si vel Romani jam eo tempore fuerunt ebore usi, quod non nego, quid, quaeso, Decemviros impulisset ad hoc operis & sumtuum in his tabulis impendendum, brevi post cum aliis commutandis. Quidquid sit, hoc satis manifestum, loqui hic Pomponium de *promulgatione* X. Tabularum; neque adeo, *eboreas* an *roboreas* legas, JCto nostro contradicere Dion. Halic. *Antiq. Lib.* X. *p.* 681. qui narrat, quid factum sit X. Tabulis *perlatis.* Vid. Jac. de Rhoer. *Fer. Daventr.* II. 28. *p.* 249. *seq.* & Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 5. ubi etiam alios, qui de hoc loco Pomponii egerunt, auctores citatos invenies. add. Lyclam. *Membran.* IV. 20. & Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 2. §. 26.

(5) Schroder. *Obs. p.* 77. *in fin.* putat, voces illas a scribis esse confusas, & sic quoque Van Vaassen. *Animadv. Critic. ad Fastos Rom. Sacros*, *p.* 144. & 164. Sequitur apud Pomponium: *ut possent Leges apertius percipi.* Quae verba contra Cujacium, ea emendantem, defendunt Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* & Noordkerk. *Obs. p.* 15.

(6) De *Ostracismo Atheniensium* erudita Dissertatio est Jo. Ant. Paradys, Praeside Luzacio defensa, Lugd. Batav. 1793. De Hermodoro illo Ephesio vide quos citat Puttman. *Prob.* I. *p.* 168. & Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* I. 2. *sect.* 2. §. 5. add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 118. *in not.* ibiq. Walch. Nonnullos inepte Decemviros stultitiae imperitiaeque arguere, quod hunc Hermodorum laboris socium adsciverint, jure meritoque notat Bach. *d. loc.* add. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 3. & Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 2. §. 25. — *Tà ex accidentia* tuetur quoque Muncker. *ad Mythogr. Latin. Tom.* II. *p.* 150. edit. 1681. Alii legunt *ex accidenti*, similive modo. Vid. Bynkersh. *ad h. l.* & Brencm. *h.* in Corp. Jur Geb. & Spang.

§. 5.

Ut interpretatio desideraret Prudentium auctoritate, necessariam esse disputationem fori.] Bynkersh. *in Praeterm*

term. ad h. l. Ut interpretatio desideraret Prudentium auctoritatem, necessariamque disputationem fori. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 1. *num.* 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1151.] *Ut interpretatio desideraretur Prudentium auctoritate, & disputatione fori*, verba *necessariam esse*, tanquam glossema, expungens, & intelligit controversias in foro agitatas, & decisas. Alii aliter. Vid. Rupert. *h.* (1).

Haec disputatio fori, & hoc jus, quod sine scripto venit,] Hinc quae inde descendunt, tribuuntur *moribus*. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de pupill. subst.* Merill. *Var. ex Cujac.* I. 1. (2). Etsi non negemus, *morum* nomine plerumque aliud intelligi, non tamen semper: quo tendit Os. Aurel. *Dispunct.* I. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 697.] Vide de disputationibus fori quoque Jan. Vinc. Gravin. *de Ort. & Progr. Jur. Civ.* I. 41. & Noodt. *in Comm. ad tit. Pand. de just. & jur.* in fin. (3).

Sed communi nomine appellatur Jus Civile.] Quomodo & vocatur id, quod ex interpretatione Legum sequentium fluxit. §. 3. *Inst. de legitim. agnat. succ.* ubi Jan. a Costa. add. Cujac. *h.* & Theoph. *in Paraphr. ad tit. Inst. de adquis. per arrogat.*

(1) Aliorum de hoc loco Pomponii conjecturas recenset Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* adject. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 293. *seq.* add. Sam. Petit. *in Praef. ad LL. Attic.* circa fin. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 18. Majans. *ad* 30. *JCt. Fragm. Tom.* II. *p.* 41. Walch. *de Condit. Jurisjur. ult. volunt. adject.* §. 7. in *ej. Opusc. Tom.* I. *p.* 183. H. Cannegiet. *Obs.* III. 2. Schroder. *Obs. p.* 78. Jo. Bern. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 9. *pr.*

(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5.

(3) Plures auctores, qui de disputatione fori scripserunt, citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 5. §. 1. qua Sectione ipse Bachius hoc argumentum quoque exsecutus est. Sequitur apud Pomponium: *datis propriis nominibus ceteris partibus.* Ubi C. V. Vonck.

Specim.

Specim. Critic. in var. auctor. p. 121. pro *ceteris* legi vult *certis*. Aliter Rupert. *ibid. cit.* qui verba haec expungit. Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* nihil mutat, sed putat, verba haec tantum continere interpretationem ejus, quod praecedit, ut JCtus aliis verbis bis idem dixisset.

§. 6.

Actiones compositae sunt,] *Actionum formulae*, Hotoman. *de Verb. Jur. h. voc.* & *ad pr. Inst. de action.* (1). Ridet eas Cicero, *pro Muren. cap.* 11. & 12. Vid. hac de re D'Avezan. *de Contractib. cap.* 10. & 11. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 22. *seqq.*]

Quas actiones certas solennesque esse voluerunt:] *Certas*, id est, nominatas (2), Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de action.* de quo dubito. — An non tamen in quibusdam verba licuerit variare? Videtur id docere Cicero, *de Finib. bon. ac mal.* V. 29.

Omnium tamen harum &c.] *Horum* malim cum Bynkersh. *ad h. l.* (3).

Apud Collegium Pontificum erant:] In Oriente hoc crebrum: & apud quosdam hi jus reddidere, ut apud Aegyptios. Ælian. *Var. Histor.* XIV. 34. ubi Perizon. (4).

Et fere populus annis prope centum (5) *hac consuetudine usus est.*] Non usque ad Augustum, ut male Duck. *de Usu & auctorit. Jur. Civ. p.* 39.

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. & Scheltinga, *Diss.* I. *de Emancipat, Cap.* 3. §. 12. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 494. De loco Ciceronis *pro Muren.* vid. Jo. Luzac. *Observ. Apolog. pro JCtis Rom.* Quo pacto autem accipiendum sit, quod hic tradit Pomponius, Legis actiones *post* XII. Tabulas compositas esse, docet Trekell. *de Testam. fact. ap. Rom. Cap.* 3. §. 16. *p.* 101. *seq.* De *Jurisprudentia formularia* in universum egerunt, quos citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 3. add. Ger. Jac. van Swinden, *Dissert. de Legis actio-*

nibus, *sive ad L. 2. §. 6. & 7. D. de O. J.* Lugd. Batav. 1734.

(2) Sive *certo & proprio nomine donatas.* Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 17. 1. *certas solennesque* interpretatur *constanti usu receptas*, *& ita singulis rebus proprias*, *ut aliae*, *si adhiberentur*, *nihil valerent.* Ritter. *ad Hein. Hist. Jur.* I. 3. §. 46. verba haec ita accipit, ut singulae actiones singulas formulas habuerint, & in nonnullis solennitas quoque fuerit adhibita. Pothier. *in not. ad h. l. certas* refert ad numerum, *solennes* ad formulam & verba, cum Cujacio, *ad h. l.* Optime Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 42. *seq. certas*, id est, ita ut unicuique negotio sua actio esset, eaeque actiones essent *solennes*, id est, certa verborum formula conclusae.

(3) Ubi refutat Cujacium, *Obs.* XVIII. 11. & *in Comm. ad h. l.* pro *harum* reponentem XII. *Tabb.* *Horum* jam emendaverat Muret. *ad h. l.* Quod probat quoque Majans. *loc. modo cit.* & Van Vaassen. *Animadv. Critic. ad Fastos Roman. sacros*, *p.* 87. Sed vulgatam lectionem *harum* retinet Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 317. *in not.* verbum hoc cum Cujacio ad XII. Tabb. referens.

(4) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 13. & Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 2. *in not. p.* 218. ed. Stockman. Posset tamen huic doctrinae Pomponii obstare videri locus Ciceron. *de Legib.* II. 19. Sed vid. Scheltinga, *loc. modo cit. in not.* & qui pluribus de hoc loco Ciceronis egit Jo. Luzac. *Obs. Apolog. pro JCtis Rom. p.* 96. *seqq.* ubi & alii Interpp. laudantur. Addit Pomponius, *ex quibus constituebatur*, *quis quoquo anno praeesset privatis.* Quod alibi nusquam reperitur traditum. Vide de his verbis Pomponii Zepernick. *loc. cit. p.* 316. *seq.* Van Vaassen. *loc. modo laud. p.* 87. *seqq.* Gluck. *Opusc. Juridic. Fasc.* II. *p.* 206. *seqq.*

(5) Ἀναχρονισμὸν hic notat Van Vaassen. *d. loc. p.* 93. *seq.* cum a latis Legibus XII. Tabb. usque ad Aedilitatem Flavii non fere *centum*, sed fere *centum & quinquaginta* anni effluxerint.

§. 7.

§. 7.

Postea cum Appius Claudius (1) proposuisset,] Pro *composuisset*, Bynkersh. *ad h. l.* (2).

Cnaeus Flavius - subreptum librum populo tradidit:] Dein sua *notis* coepere scribere JCti (3). Cicer. *pro Muren. Cap.* XI. *in fin.*

Ut Tribunus plebis fieret, & Senator, & Aedilis Curulis:] Simul. Plin. *Hist. Nat.* XXXIII. 1. (4).

Nam nec Cn. Flavius de suo quicquam adjecit libro.] Vid. §. 2. *h. l.*

Sextus Aelius alias actiones composuit,] De omnibus (5) enim rebus factae formulae. Cicer. *pro Rosc. Comoed. Cap.* 8. *Sunt jura, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere injuriae, aut ratione actionis errare possit.*

(1) Non Decemvir, ut putavit Pancirolus, sed abnepos Decemviri. Vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. p.* 221.

(2) Vid. notata *ad praec.* §. 4. Pomponium porro scripsisse *ad formulam redegisset*, sed Tribonianum reposuisse *ad formam*, suspicatur Cujac. *h.* quem sequitur Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 5. *seq.* Sed vid. Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.* & Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 1. *Ad formam* tuetur quoque Van Vaassen. *loc. cit. p.* 144. *seq.* Sed *componere* & *ad formam redigere* putat esse synonyma, ut sensus sit, Appium Claudium formulas agendi, in concinnum ordinem digestas & redactas, in libro conscripsisse, quem deinde ei Flavius surripuit, & populo tradidit. Ceterum de dissensu hac in re Pomponium inter & Ciceronem ac Plinium, secundum quos ipse Flavius actiones composuisset, non vero ab Appio ante compositas evulgasset, vid. Luzac. *in Obs. Apolog. pro JCtis Rom. p.* 19. *seq.* & Van Vaassen. *d. loc. p.* 145. *seq.*

(3) Hoc non docet Cicero, qui ait: *notas quasdam composuerunt*, id est, novas quasdam formulas, ut vocem *notas* interpretatur Ernest. *in Clav. Ciceron. h. v.* Quem secuti sunt Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 3. §. 49. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 5. Van Vaassen.

Vaassen. *d. loc. p.* 152. *seqq.* Cum Schultingio tamen faciunt alii, in quibus etiam est Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 2. §. 57. & quos plures citant Walch. *ad Eckhard. d. loc.* & Van Vaassen. *loc. cit.* Luzacius, *laud. loc. p.* 21. *seqq.* utramque sententiam conjungit.

(4) Num Flavius jam Aedilis fuerit, cum actiones populo evulgaret, an vero ob hoc plebi gratissimum munus demum Aedilis factus sit, iterum inter Interpp. non convenit. Posterius censet Luzac. *loc. cit. p.* 18. Prius putat Van Vaassen. *d. loc. p.* 146. *seqq.* & *p.* 370. *seq.* Plura de Cnaeo Flavio, atque Fastis, & Jure Civili ab ipso in lucem protracto vid. apud Van Vaassen. *d. loc. p.* 97. *seqq.* & auctores citatos a Luzac. *loc. laud.*

(5) Vel saltem plerisque. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Formulas illas extra Romam in Provinciis usitatas fuisse, negat Broïdaeus, *ad Pollet. Hist. For. Rom. p.* 605. ed. Duac. 1576. Quem locum notavit Schulting. ad edit. in 4to. Ceterum de tota hac periodo, deque Jure Aeliano vid. Van Vaassen. *d. loc. p.* 158. *seqq.* Quaedam habet quoque Luzac. *loc. cit. p.* 23. *seq.* add. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 5. *p.* 222. ed. Stockman.

§. 8.

Ut plebs in discordiam cum Patribus perveniret, & secederet,] De tertia secessione haec accipit Bynkersh. *ad h. l.* (1).

(1) Ubi etiam recte notat eos, qui in seqq. verbis pro *Hortensia* reponunt *Horatia.* add. Ricc. *Vind. Jur. Cap.* I. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 741. *seqq.* Duker. *ad Liv. Epitom. Lib.* XI. Bach. *Hist. Jur.* II. 1. §. 17.

§. 9.

Deinde, quia difficile plebs convenire coepit, &c.] Error Pomponii. Huber. *Digress. Justin.* I. 3. Sed Pomponium defendit Rupert., accipiens haec de cura Reipublicae in iis, quae Senatui olim competebant, de quibus Polybius, aliique (1).

(1)

(1) Rupertum sequitur Schulting. *in Enarr. tit. de Legib.* §. 3. Loqui Pomponium de tempore, quo Tiberius comitia è campo ad Patres transtulit, licet ratio, quam reddit, minus vera sit, putat Noordkerk. *de Lege Petron. p.* 83. *seq.* Quae etiam videtur sententia H. J. Arntzenii, *Miscellan. p.* 123. Vid. & Bynkersh. *h.* & Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 32. *in not.* Quidquid sit, hoc satis certum, Libera Republica Senatum nondum habuisse Juris condendi potestatem, quae eo tempore penes solum populum erat, vid. Polyb. *Hist.* VI. 14. adeoque errare Bachium, *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 2. aliud statuentem. Sed quem recte refutavit Jo. Theoph. Seger. *Var. Jur. Civ. Observ. Cap.* 3. *p.* 12. *seqq.* Lips. 1767. add. Stockman, *ad d. loc. Bachii*, passim. De potestate Senatus Libera Republica egit H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 9. *& seq.*

§. 10.

Seque praemuniret;] Lege *praemunirent* (1).

(1) Sic etiam Bynkersh. *ad h. l.* ex MS. add. Schroder. *Obs.* I. 1. *p.* 3. De *Jure Honorario* vid. notata superius ad *L.* 7. §. 1. *de Just. & Jur.*

§. 11.

Novissime sicut ad pauciores &c.] Vid. Bynkersh. *ad h. l.*

Per partes *evenit*,] Id est, *factiones* (1). Bynkersh. *d. loc.* legit *patres*.

Nam Senatus non perinde omnes provincias probe gerere (2) *poterat.*] Vid. Bynkersh. *ad h. l.*

(1) Sic vocem *partes* etiam explicat Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 8. Schroder. *d. loc.* I. 13. *p.* 78. *seq.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 9. §. 2. Emendationem Bynkershoekii laudat Burman. *ad Valer. Flacc. Argonaut. Lib.* I. *vs.* 72. Forte nihil mutandum, neque etiam τὸ *partes* explicandum per *factiones*, sed Graecismus est, & dixit Pomponius *per partes evenit*, ut Graeci dicerent ἐν μέρει ἐγένετο, id est, vicissim, procedente necessitate cum tempo-

poribus, factum est, ut scil. necesse esset per unum Reipublicae consuli. Conf. Cujac. *h.* & Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Disp.* IV. §. 6.

(2) Hal. *regere.* Quod mavult Muretus, *h.* Sed τὸ *gerere* cum Bynkershoekio defendit Arntzen. *ad Aurel. Victor. Epitom. Cap.* 47. §. 5. *p.* 592. Saepe has voces commutarunt Librarii. Vid. Drakenborch. *ad Livium*, XXVII. 40. 2.

§. 12.

Quod solum Senatu constituente inducitur sine lege:] Id est, *sine rogatione populi.* Mercer. *Opinion.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1587.] (1).

(1) H. Cannegiet. *Obs.* II. 3. *p.* 150. pro *sine lege* legi vult *sine plebe*, quemadmodum jam D. Goth. *in not. ad h. l.* conjecerat. Sed nulla emendatione opus. Vid. Schroder. & Koehler. *locc. modo citt.* Sequitur apud Pomponium: *aut est principalis constitutio, id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege servetur.* Pro quo alii, *id est, quod ipse Princeps constituit, ut pro Lege servetur:* non male illud quidem, si ita scriptum esset, nunc vero lectio Florentina videtur servanda. Vid. Zepernick. *de Judicat. Centumv.* §. 22. adject. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 401.

§. 13.

Quantum est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere possint.] Egregie Cicero, *de Legib.* III. 1. Magistratum vocat *Legem loquentem*, Legem *mutum Magistratum.* add. Gravin. *de Ortu & Progress. Jur. Civ.* I. 40.

Regere] Al. *reddere.* Vid. Bynkersh. *ad h. l.* Ita Procurator Caesaris dicit, *se jus gubernare*, in *Inscriptione apud Fabrett. p.* 230. (1).

Post hoc deinde de auctorum *successione dicemus:*] Vid. Nerium, *Analect.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 389. *seq.*] (2).

Quod

Quod constare non potest jus, nisi sit aliquis Juris peritus, per quem possit quotidie in melius produci.] Facit huc Plato, *de Legib. Lib.* VI. *p.* 867. (3).

(1) Exstat quoque haec inscriptio alibi, veluti in Graevii *not. ad Flor.* IV. 12. 5. *p.* 859. ed. Duker. & apud Otton. *de Tutel. Viar. p.* 235. Τὸ *regere* hic etiam tuetur Burman. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 48.

(2) Add. notata superius ad *Inscript. h. t.* De conjunctione particularum *post hoc deinde*, seu, ut in Pand. Flor. est, *dein* vid. ad *seq.* §. 17.

(3) Lege etiam elegantissimam Bavii Voorda Orationem, *qua docetur, plus esse praesidii Civitatibus in bonis JCtis, quam in ipsis Legibus.* Lugd. Batav. 1765. — Ex *seq.* §. 14. ubi ait Pomponius, *initio civitatis Reges omnem potestatem habuisse*, colligit d'Arnaud. *Var. Conj.* I. 3. *p.* 24. nullos sub Regibus *magistratus* fuisse. Sed contra d'Arnaudium ex instituto disputavit Frid. Nath. Volcmar. *Lib. Sing. Varior. quae ad LL. Romuleas & magistr. pertinent, Cap.* 2. *p.* 21. *seq.* Vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* I. 1. *sect.* 1. §. 1. qui putat temporibus Romuli in urbe nondum magistratus ordinarios, sed extraordinarios fuisse. Quidquid sit, male videtur a d'Arnaudio, *ibid.* emendatus locus Plutarchi, *in Amator. p.* 768. Ἐν Ῥώμῃ φασὶ τοῦ καλοῦ δικτάτωρος ἀναγορευθέντος, κ. τ. λ. ubi pro τοῦ καλοῦ δικτάτωρος, rescribendum putat τοῦ πάλαι δικτάτωρος. Τοῦ καλουμένου dudum correxit Xylander.

§. 15.

Tribunum Celerum] De his vid. Salmas. *ad Lamprid. in Commod. Cap.* 2. (1).

(1) Alios auctores citat Walch. *ad Cellar. Compend. Antiq. Roman.* II. 1. *Cap.* 1. *p.* 164. edit. 1774.

§. 16.

Penes quos summum jus uti esset,] Inde Cicer. *de Legib.* III. 3. *imperium regium* iis adscribit. Dion. Halic.

An-

Antiq. Lib. V. *pr.* τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι. add. eund. *Lib.* X. (1).

Dicti sunt ab eo, quod plurimum reipublicae consulerent:] Aliter Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 270. *seq.* (2).

Ut in vincula publica duci juberent.] *Jubere* legit Bynkersh. *ad h. l.* subintellecto *possent* (3).

(1) Et Livium, II. 1.
(2) Pro Pomponio facit Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1358. add. de hujus vocabuli etymo Duker. *ad Flor.* I. 9. 2.
(3) Sic quoque conjecerat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quamvis fateatur, nullum Codicem huic conjecturae favere. Equidem nihil mutem: quid vetat enim, *juberent* hic interpretari *jubere possent*, ut pluribus aliis locis. Vid. Otton. *in Vita Serv. Sulpic. Cap.* 4. §. 2. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1574. *seq.* & auctores ibi laudatos. Ceterum Heynius, *Comment.* I. *de Judicior. Public. ratione & ordine apud Rom. & Graecos*, in *ejus Opusc. Academ. Vol.* IV. *p.* 55. *in not.* vere observat, Pomponium hic statim conjungere, quae ex provocatione sequi necesse erat: mansisse enim judicia apud Consules, & potuisse illos animadvertere, modo ab eorum sententiis ad populum provocatum non esset; adeoque caussae inservire T. Quinctium apud Livium, IV. 13. ubi dicit, *Consules constrictos esse Legibus de provocatione ad dissolvendum imperium latis.* Leges de *provocatione* latas recenset Westenberg. *in Divo Marco*, *p.* 205. *seq.*

§. 17.

Post deinde (1) &c.] A. U. 311. Liv. IV. 8.

Jam majori tempore] Tricatur Bynkersh. *h.* sine caussa (2).

(1) Eodem modo in *praec.* §. 13. Similiter *etiam quoque* conjunguntur in *L.* 1. §. 1. *de Just. & Jur.* ubi vid. notata. add. Schwartz. *ad Plin. Panegyr. Cap.* 85. Plura similium conjunctionum exempla collegit Sanctius, *Minerv.* III. 14. *circa fin.*

(2)

(2) Ant. Fab. *in Ration. h.* conjicit *jam majori republica.* Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 80. legit *cum census jam major tempore* &c. & distinctionem post verbum *sufficerent* delet, eamque ponit post vocem *officio.* MSS. & editt. hic quidem variant, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. sed rem incertam relinquunt. De Censoribus vid. Jac. Perizon. *Diss. de Censoribus populi Rom.* & quos plures citat Walchius, *ad Cellarii Compend. Antiq. Roman. Lib.* II. *sect.* 1. *Cap.* 15.

§. 18.

Dictatores] *Magistri populi* primo dicti, ut ex Cicerone docet Senec. *Epist.* 108. *Praeterea notat, eum, quem nos Dictatorem dicimus, &c. apud antiquos magistrum populi vocatum* (1).

(1) De Dictatoribus quaedam habet Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 353. *seq.* & *in Additam. Critic. Cap.* 32. *ibid. p.* 409. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. add. Franc. van der Vorm Sualmium, *Dissert. de Potestate Dictatorum Pop. Rom.* Lugd. Batav. 1732. & Jo. Enschedé, *Dissert. de Potestate Dictatoris Romani.* 1778. Alios citat Walchius, *ad Cellar. Compend. Antiq. Roman.* II. 1. *Cap.* 16. §. 5. A Dictatoribus provocationem datam non fuisse, docet Drakenborch. *ad Liv.* IV. 13. 11. & Bach. *Hist. Jur.* II. 1. §. 7. *in not.* Qui etiam citat Jens. *de Dictator. Cap.* 8. in *Fercul. Literar. p.* 112. *seq.* Vid. & Verheyk. *Praefat. ad Eutrop. p.* 45. *seqq.* Quando Romae primum Dictator creatus sit, ab ipsis antiquis scriptoribus diversimode traditur. Vid. Liv. II. 18. Pluribus ea de re disputat Verheyk. *d. Praefat. p.* 32. *seqq.* An Dictatore creato omnes Magistratus continuo se magistratu abdicarint, disquirit Rutg. Ouwens. *Noct. Hagan.* II. 4. — Pro *orerentur*, ut Florentiae scriptum legitur, vulg. habet *orirentur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *oreretur* saepe etiam optimi Codd. exhibent. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXIII. 16. 7.

§. 19.

Magistri equitum injungebantur:] Bynkersh. *h. adjungebantur*, vel simpliciter *jungebantur* (1).

Magistratus tamen habebantur *legitimi.*] Non *erant.* Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de excusat.* (2) & Dion. Halic. *Antiq. Lib.* X. — Haec ad *seq.* §. rejicit Bynkersh. *h.* Male (3).

(1) Probante Dukero, *ad Liv.* XXII. 20. 5. Forte *in* male repetitum ex praecedente litera *m*, quod saepe accidit. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* V. 23. 5. & Ruhnkenium, *ad Vellej. Patercul.* II. 15. & 25. Quemadmodum contra haec particula ob eandem literam centies est omissa. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* V. 27. 6. & Oudendorp. *ad Sueton. in Tiber. cap.* 65.

(2) Qui intelligit *Dictatorem*, & *Magistrum equitum.* Aliter d'Arnaud. *Var. Conj.* I. 3. *p.* 27. qui verba haec accipit de solis *Magistris equitum*, quos Pomponius doceret, ita differre a *Tribunis Celerum*, ut illi habeantur *magistratus legitimi*, id est, veri nominis, secus ac Tribuni Celerum. Aliter etiam F. C. Conrad. *in Praef. ad Opusc. Bynkersh. var. argum.* qui verba haec paululum mutat, & accipit de *Praefectis Praetorio.*

(3) Vid. C. V. Vonck. *Obs. Miscellan. p.* 121. *seq.* qui ipse legit *Magistratus tamen non habebantur legitimi.* Quem sequitur Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 9. §. *ult. p.* 408. Sed Vonckium refutavit Puttman. *Probab.* I. 12. §. 6. *p.* 95. *seq.* *Non habebantur* legit quoque Gutherius, *de Offic. Dom. Aug.* II. 2. Cui contradixit Ritter. *Histor. Praef. Praetor. Cap.* 2. in *Append.* Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *Fascic.* I. *p.* 16. *seq.* Aliter Cujac. *ad h. l.* cujus sententiam refert Pothier. *in not. ad h. l.* Forte plus difficultatis hic quaesiverunt Interpretes, quam quidem ipsi loco inest. Possint tamen majoris perspicuitatis caussa verba *sic, quomodo Regibus Tribuni Celerum*, parenthesi includi. Sane nihil hic docere videtur Pomponius, quod veritati historicae repugnet. Nam, quod *Dictatoribus adjungi solerent Magistri equitum*, *uti olim Regibus Tribuni Celerum*, notissima res est. Porro,

to, quod eorum *Magistrorum officium fere tale fuerit, quale hodie*, id est, aetate Pomponii, *Praefectorum Praetorio*, docet quoque Arcadius Charisius in *L. unic. pr. de offic. Praef. Praetor.* Denique, licet Magister equitum inter ordinarios Magistratus non fuerit, vix tamen dubitari potest, quin fuerit *Magistratus legitimus:* comparatur enim cum Praefecto Praetorio, quem nemo unquam *Magistratum* fuisse negaverit. *Legitimus* autem Magistratus erat, cum ex Lege crearetur. Vid. Liv. II. 18. Forte Pomponius postrema haec verba adjecit, quoniam Magister equitum ab ipso Dictatore creabatur, non a populo. Conf. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.*

§. 20.

Quia tribuum suffragio creabantur.] Quia tribubus praeërant, malunt Vossius, & Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 385. (1).

(1) Posteriorem hanc Pomponii originationem falsam esse, docet quoque D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 20. Profecto, primos Tribunos plebis non Tribuum, sed Curiarum suffragiis creatos constat. Vid. Ciceron. *Orat.* I. *pro C. Cornelio.* De quo loco Ciceronis, & quo pacto conciliari possit cum verbis praecedentibus Pomponii *anno fere septimo decimo post Reges exactos*, vid. C. V. Vonck. *Obs. Miscell. Cap.* 11. *p.* 84. *seq.* add. Bynkersh. *ad h. l.* Plura de *Tribunis plebis* vid. apud Lyclam. *Diss. de Ordin. & Senator. Rom. Magistr. Cap.* 4. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 175. *seqq.* & H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 12. Alios citat Walch. *ad Cellar. Compend. Antiq. Rom.* II. 1. *Cap.* 12. *p.* 195. *seq.* add. Joh. Henr. Cysveer, *Diss. de Tribunitia potestate.* Lugd. Batav. 1798. An de caussis privatis judicaverint, disquirit Van Vaassen, *Animadv. Critic. ad Fast. Rom. Sacros*, *p.* 383. *seqq.* & an *Magistratus* fuerint, disputant Interpp. *ad Liv.* II. 56. 13.

§. 21.

Ut essent, qui aedibus praeessent,] Vid. Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 4. (1).

In quibus omnia scita sua plebs deferebat:] Quid itaque est, quod dicit Cicero, *de Legib. Lib.* III. *in fin. Legum custodiam nullam habemus* (2). — *Et quibus* &c. mavult Ant. Fab. & Bynkersh. *h.*

(1) Add. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 260. Quaedam de Ædilibus, eorumque munere habet quoque Lyclam. *d. Diss. Cap.* 5. Alios citat Walch. *ad Cellar. Compend. Antiq. Roman.* II. 1. *Cap.* 11. *p.* 188

(2) Refertur locus ad Graecorum νομοφύλακας, quales Romani non habebant. add. Turneb. *Oper. Tom.* I. *p.* 189.

§. 22.

Auctius] Flor. *auctu* (1), quod defendit Scip. Gentil. *Parerg.* I. 34. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1308.] An bene, vide.

(1) Haec scil. primaria scriptura Florentina est; sed jam antiquissimo tempore *i* superne inter *t* & *u* velut insertum est, *s* vero longe demum post videtur adjectum, ut notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Plura de *Quaestoribus* vid. infra *ad tit. de offic. Quaestor.* De *Quaestoribus parricidii*, quorum meminit Pomponius in *seq.* §. 23., deque eorum institutione, vid. imprimis Heynium, *Comment.* I. *de Judic. Public. ratione & ordine apud Rom. & Graecos*, in *ej. Opusc. Academ. Vol.* IV.

§. 24.

Et cum placuisset &c.] Tricatur Bynkersh. *h.*

Neque vellent deinceps sufficere magistratibus,] Rectius *magistratus.* Vid. Bynkersh. *h.* (1).

Quod ipse ex vetere jure in duodecim Tabb. transtulerat,] Sic in Legibus Solonis (2).

Madenteque *adhuc filiae cruore,*] *Madensque* Bynkersh. *h.* ex tribus MSS. (3).

(Po-

(Populique consensu partim in carcere necati)]: Dele *parenthesin*: deëst, *partim in exsilium acti*, aut simile (4). Sed per exempla hoc tuetur Rupert. *h.* Bynkersh. attingit.

(1) Add. F. C. Conrad. *in Praef. ad Opusc. Bynkersh. var. argum.* qui tamen tentat, an lectio vulgata *magistratibus* retineri possit. De verbis, quae praecedunt, *quo Decemviri constituti* &c. in quibus τὸ *quo* nonnullis molestum est, vid. Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 18. §. 3. *p.* 289. Pro *& cum injuriose tractarent* Hal. legit *& rem injuriose tractarent*. F. C. Conrad. *d. Praefat. & eum* &c. magistratum scil. Decemviralem. Sed *& cum* retinet Adrian. Heckenhoek. *Specim. contin. selecta quaed. in Jure Publ. & Civili observata*, *p.* 10. Lugd. Batav. 1746. qui ex praecedentibus subaudit *magistratum*. Possit etiam legi *& civem* &c. Quod mihi indicavit Clar. Tydeman.

(2) Vid. Sam. Petit. *Comm. in LL. Attic.* II. 6. *num.* 3. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 257. Videtur tamen Pomponius appellatione *juris veteris* hic magis respicere ad antiquos ipsorum Romanorum mores, ut suadent sequentia verba. Historiam, cujus hic Pomponius meminit, copiose narrant Livius, III. 44. *seqq.* & Dion. Halic. *Antiq. Lib.* XI. *p.* 709. *seqq.*

(3) Probat hanc emendationem etiam Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 81. qui praeterea in praecedentibus verbis pro *initium fuisse secessionis* &c. legi mavult *initium fecisse secessionis* &c. Saepe hae voces a Librariis commutantur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XL. 50. 5.

(4) In aliis editt. haec similiave verba adduntur, quae & multi Interpp. hic desiderant. Sed Rupertus variis exemplis probavit, etiam ab aliis scriptoribus Latinis *partim* citra geminationem usurpari. add. Const. Land. *Exercit.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1393. *seq.* Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Viris Illustr. Cap.* 21. *in fin.* Oudendorp. *ad Apulej. Metam. Lib.* XI. *p.* 802. Nolim tamen omitti conjecturam Guil. Bilderdyk. *Spec. exhib. Theses aliquot selectas*, *Thes.* 86. Lugd. Batav. 1782. locum hunc ita restituentis: *populique consensu* PART. IM. *in* OC. FUERE RELATAE, id

id est, *populique consensu partes imperii in Consules fuere relatae.*

§. 25.

Deinde, cum post aliquot annos, quam XII. *Tabulae* &c.] *Quam* abest a Cod. Flor., sed retinet Bynkersh. *h.* (1).

Interdum enim viginti *fuerunt*,] Lege VI. id est, *sex* (2) cum Cujac. *h.* ex historia. Facit huc *Inscript. apud Gruter. p.* 502.

(1) Et suppleverunt omnes editores, licet etiam ab aliis MSS. absit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 2. *p.* 46. Eodem fere modo Bynkersh. *ad h. l.* item Ernst. *in Annot. ad Lib.* I. *Dig.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 845. & Heinecc. *ad Leg. Jul. & Pap. Popp. p.* 198. Inscriptionem a Schultingio laudatam primus edidit Lipsius, *in Excurs. ad Tacit. Annal. Lib.* XI. eamque postea explicuit Jac. Sponius, *Dans la Recherche des Antiquités, & curiosités de la Ville de Lyon, Cap.* 8. *p.* 170. *seqq.* Vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 3. §. 1. *not. d. p.* 341. edit. Stockman.

§. 26.

Tune ut aliquo pluris patres haberent,] Al. *haberentur* (1). add. Bynkersh. *h.*

(1) Sic Hal. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Terminum passivum *ur*, ejusve notam infinitis locis omiserunt Librarii. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* X. 10. 1. In seqq. verbis pro *placuit duos ex numero patrum constitui* H. Cannegiet. *Obs.* III. 2. *p.* 233. legit *placuit duos Æd.*, id est, Ædiles, *ex numero* &c.

§. 27.

Cumque Consules avocarentur bellis finitimis, &c.] Immo ratio eadem, quae adducitur *praec.* §. Vid. Livium, VI. 42. & VII. 1. (1).

Factum

Factum est, ut Praetor quoque crearetur,] A. U. 388. (2). Vid. Pigh. *in Annal. ad a.* 387.

Qui urbanus *appellatus,*] Postea, creato secundo (3).

(1) Patriciorum praetextum hic tantum memorare Pomponium, non veram caussam, putat quoque Bach. *Hist. Jur.* II. 1. §. 4. *in not.* Sed Pomponium defendit Rupert. *h.* Vid. & Schülting. *in Enarr. tit. de offic. Praetor.* §. 1. Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 82. Van Hees, *Diss. de Iis quae antiq. ap. Rom. ante lit. cont. fieb. Cap.* 1. §. 7. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 499. F. C. Conrad. *in Praef. ad Opusc. Bynkersh. var. argum.*

(2) Sic etiam Schult. *d. loc.* Alii vero aliter. Vid. Van Hees. *d. Diss. p.* 498.

(3) Hoc putat quoque Mylius, *Diss. de Praet. Peregrino*, §. 4. in *Excurs. ad Theoph. edit. Reitz. p.* 1083. Sed minus recte: statim enim *urbanus* appellatus, ut docuit Ritter. *ad Hein. Hist. Jur.* I. 3. §. 55. Quaedam de Praetore urbano habet Siccam. *de Judic. Centumv.* I. 12. *p.* 104. *seqq.* ed. Zepernick.

§. 28.

Post aliquot deinde annos (1)] A. U. 510.

Qui Peregrinus *appellatus est,*] De quo quaedam Freher. *Parerg.* II. 17. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 927. *seq.*] Vid. Festum, ante vocem *pararium*, & Sigon. *de Judic.* I. 7. (2).

(1) Sic loquitur Pomponius, licet, quod narrat, demum post centum, & quod excurrit, annos acciderit. Sed nec aliis scriptoribus hoc insolens est. Vid. Duker. *ad Flor.* I. 11. 8. & Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 13.

(2) Plura de *Praetore Peregrino* vid. apud Mylium, *Diss. modo laud.* & F. C. Conrad. *in Parerg. p.* 1. *seqq.* & *ibid. in nova Praefat. p.* 10. *seqq.* De anno, quo Praetor Peregrinus creatus sit, quaedam quoque notat Van Vaassen, *Animadv. Critic. ad Fastos Rom. sacros, p.* 102. *seq.*

§. 29.

Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hastae praeesset (1), &c.] Sueton. in *August. Cap.* 36. Pollet. *Hist. For. Rom. p.* 412. [ed. Duac. 1576.] Sed quod ad eum notat Broïdaeus, hos *consilium* constituisse, non probo. De iis Dio Cass. *Hist. p.* 540. paucula.

Decemviri litibus judicandis] Gruter. *Inscript. p.* 360. *num.* 3. ubi suspecta τὰ *Decemviratium litium.* Forte scriptum tantum *Decemvir litium.* — Bynkersh. *h. iis litibus judicandis*, vel *his litibus*, & mox repetit §. *seq.* verba *sunt constituti.* — XV.*viri stlitibus judicandis* in Inscriptione apud Gudium, *p.* 125. 6. (2). — D. Goth. *in not. olim dicebatur stlitibus judicandis* &c. Reinesf. *Inscript. p.* 421. — Aliae editt. *in litibus* (3).

(1) *Praeesset* edidit etiam Hal., sed Florentiae legitur *praeessent*, paulo insolentiore constructione. Vid. Joh. Did. van Leeuwen. *Dissert.* II. *de Juris Studiosis*, *Cap.* 1. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 395. *seq.* & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 8. *p.* 65. Accursium, qui pro *hastae* reponit *escae*, merito deridet Bynkersh. *ad h. l.*

(2) Sed pro XV.*viri* forte ibi legendum X.*viri.* Putat quidem Heinecc. *Hist. Jur.* I. 3. §. 58. *in not.* postremis temporibus Decemvirorum numerum auctum esse, sed probari id non potest. Vid. Ritter. *ad d. loc. Hein.* Quem &, licet dubitanter, sequitur Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 77.

(3) *In litibus* habet quoque Cod. Flor. Plura de his Decemviris vid. apud Siccam. *de Judic. Centumv.* I. 9. *seq.* & Zepernick. *ad Siccam. d. loc.* qui *ibid. p.* 73. *seqq.* latius egit de eorum origine, & an *magistratus* fuerint, citatis etiam praecipuis ab utraque parte auctoribus, qui de hac quaestione egerunt. add. Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 12. Joh. Hop. *Diss. de Judicib. a Praetor. & Provinc. Rector. ad causs. dijudic. dari solit. Cap.* 1. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 512. *seqq.* & Joh. Did.

Did. Van Leeuwen, *Diss.* II. *de Juris studios. loc. modo laud.*

§. 30.

Eodem tempore (1) *& quatuorviri* &c.] Hi omnes cum Decemviris litibus judicandis fuere XX.viri, de quibus Casaubon. *ad Spartian. in Did. Julian. Cap.* 1.

Quatuorviri (2), *qui curam viarum gererent:*] De his Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 36. Otto, *de Tutel. viar. p.* 372. — Flor. *gerent.* (3).

Triumviri monetales] Dio Cass. *Histor. p.* 540. (4).

Aeris, argenti, auriflatores:] *Aeri, argento, auro, flando, feriundo.* Walther. *Miscellan.* II. 6. & Muret. *h.* Error est ex siglis. Reinold. *Varior. Cap.* 11. [& *Cap.* 35.] Aliter Bynkersh. *h.* & Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 5.

Triumviri capitales,] Plaut. *Asinar.* I. 2. *vs.* 5. Inscript. apud Gudium, *p.* 112. 2. & *p.* 138. 6. (5).

(1) De his verbis, & institutione Quatuorvirorum viarum curandarum, vid. Duker. *ad Liv.* X. 23. 12. & Otton. *loc. a Schulting. cit.* Nonnulla de his quatuorviris habet quoque Brisson, *Sel. Antiq.* IV. 12. ibiq. Trekell.

(2) *Quartumviri*, Librarios scribere debuisse, vult Waltherus. Sed vid. Reinold. *Varior. Cap.* 11. *p.* 107. Facit huc Inscriptio apud Gudium, *p.* 138. *num.* 6.

(3) Sed geminandae sunt literae *re.* Vid. Best. *de Rat. emend. LL. Cap.* 1. *p.* 19. *fin.* Hal. habet *agerent.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe haec verba commutantur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXII. 28. 1.

(4) Add. Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 3. §. 59.

(5) Add. Raevard. *Varior.* II. 18. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 10. *p.* 89. *seq.* Ritter. *loc. modo cit.* De eorum institutione egit quoque Van Vaassen, *Animadv. Critic. in Fastos Rom. sacros, p.* 103. *seq.*

§. 31.

Quinqueviri cis Tiberim & ultra Tiberim.] Livius, XXXIX. 14. (1).

Ultra] Flor. *ultis* (2), quod male mutatum. *Uls* quoque dixerunt Veteres. Vid. Festum, *hac voc.*

(1) Ubi vid. Duker. & Drakenborch. De verbis, quae apud Pomponium praecedunt, *& quia magistratibus, vespertinis temporibus, in publicum esse, inconveniens erat*, vid. Idsing. *Varior. Cap.* 9. *p.* 74. & Puttman. *Probab.* II. 4. *p.* 39. Pro *in publicum* vulg. habet *in publico.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed non necesse. Vid. notata superius, *p.* 3. *in fin. & seq.*

(2) Bynkersh. *ad h. l.* mavult *uls.*

§. 32.

Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi Provincia,] Inversus rerum ordo (1).

Hispania] Ulteriore ac citeriore. Lipsius, *ad Tacit. Annal.* I. 14. *Exc. d.* & Pighius, *Annal. Tom.* I. *p.* 267.

Totidem Praetores, quot Provinciae in ditionem venerant, creati sunt:] Quibus & interdum *quaestiones* demandatae praeter Provinciam. Vid. Livium, XXXIX. 38.

Deinde Cornelius Sylla quaestiones publicas constituit:] Immo jam ab anno U. 604. quaestiones perpetuae institutae (2). Sigon. *de Judic.* II. 4. & Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 36.

Veluti de falso, de parricidio, de Sicariis:] *De veneficiis* addit Pithoeus (3), *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 1. [§. 3. *not.* 5.] add. Ciceron. *pro Cluent. Cap.* 53. a Pithoeo cit. *De injuriis* Cujac. *in Comm. ad tit. Cod. de Malefic. & Mathem.*

Et Praetores quatuor adjecit.] Inter quos forte administratio dividebatur. Cicer. *Verrin.* II.

Quatuor] *Duos* tantum. Pighius, *Annal. Tom.* I. *p.* 267. & Lipsius, *ad Tacit. Annal.* I. 14. *Exc. d.*

Ita duodecim (4) *Praetores creati.*] Immo primo *decem.* Vid. Dion. Cass. *p.* 209. Postea *quatuordecim. ibid. p.* 237. Post *sedecim. ibid. p.* 238.

Divus

Divus deinde Augustus sedecim *Praetores constituit.*] Is variavit, & aliquando fecit *sedecim.* Vid. Dion. Cass. *Histor. p.* 586. Sed plerumque *duodecim. ibid.* Variavit Tiberius. *ibid. p.* 634. & Cajus, *ibid. p.* 655. *in fin.* & Claudius. *ibid. p.* 671.

Et adjecit Divus Nerva, qui inter fiscum & privatos jus diceret.] Huc refero locum Plinii, *in Paneg. Cap.* 36. *Nam tribunal quoque excogitatum principatui est* (5).

Ita decem & octo Praetores in civitate jus dicunt.] *Praetoris pupillaris* non meminit; adeoque haec ante D. Marcum, qui illum constituit, scripta. Vid. Rupert. *ad Enchir. Pompon. Cap.* 1. (6).

(1) Unde alii verba haec sic transponunt: *capta deinde Sicilia, mox Sardinia,* &c. Vid. Rupert. *h.* qui ipse putat, Pomponium non respexisse ad tempus, quo utraque Provincia in potestatem populi Romani venit, sed quo *Praetoria* facta est.

(2) Sed hoc non negat Pomponius, qui tantum dicit, *Syllam publicas quaestiones constituisse*, quod etiam verum est. Fallitur adeo Muret. *de Jurisdict.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 210. statuens, Syllam primum quaestiones perpetuas instituisse. Vid. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 37.

(3) Nescio itaque, quid sibi velit Van de Water, *Obs.* I. 16. *pr.* ubi Pithoeum reprehendit, quod locum hunc Pomponii suppleat additis verbis *de injuriis.* Idem tamen notat quoque Gebauer. *in not. ad h. l.* & Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 5. ubi de hoc loco Pomponii egit; de quo, praeter Rupertum, Bynkershoekium, aliosque Pomponii Interpretes, vid. & J. F. Ramos, *Error. Tribonian. de Poen. parricid. p.* 110. H. Cannegiet. *ad Fragm. vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 32. Adr. van der Hoop, *Disp. de Iis, qui antiq. ap. Rom. de criminibus judic. Cap.* 7. in *Supplem. Thes. Meerman. p.* 626.

(4) *Decem* legit Rupert. *h.* Sed errasse Pomponium, putat Lyclama, *Diss. de Ordin. & Senator. Mag. Cap.* 6. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 197.

p. 197. Vulgatam lectionem defendit Bynkersh. *ad h. l.* De verbis proxime praecedentibus, *deinde Cajus Julius Caesar duos Praetores, & duos Ædiles, qui frumento praeessent, & a Cerere Cereales constituit*, vid. Reinold. *Varior. Cap.* 3. Quaedam etiam habet Const. Land. *Praetermiss.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1456. *Tò & ante verba a Cerere* &c. apud Hal. abest: subaudi *dictos*, vel *dicti sunt*. Sequitur apud Pomponium: *post deinde Divus Claudius duos Praetores adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent: ex quibus unum Divus Titus detraxit.* Vocabatur hic *Praetor fideicommissarius.* Vid. Ulpian. *Fragm. tit.* 25. §. 12. In inscript. apud Gruter. *p.* 393. 6. vocatur *PR. DE FIDEICOMMIS.* Loca in Jure, ubi hujus Praetoris mentio fit, citavit Cujac. *ad d. loc. Ulp.* add. de hoc Praetore Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de fideic. hered.* §. 4. & *ad Tit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* §. 20.

(5) Ubi vide Schwartzium, qui putat, Praetorem fiscalem a Trajano primum constitutum esse, legendumque adeo apud Pomponium *Nerva Tr.*, id est, Nerva Trajanus. Sed Schwartzium refutavit Bachius, *in Trajano*, *p.* 33. *seq.*

(6) Add. Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Praetor.* §. 1.

§. 33.

Quotiens (1) *autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui jus dicat:*] Origo apud Dion. Halic. *Antiq. Lib.* II. *p.* 85. (2). — Etiam tempore belli ad urbem tuendam. Dion. Halic. *Lib.* VIII. *p.* 531. *fin.* & *Lib.* X. *p.* 650.

Is vocatur Praefectus urbi:] Qui etiam absentibus Consulibus sub Imperatoribus eorum egit partes. Lamprid. *in Heliogab. Cap.* 15. *in fin.* (3).

Qui Praefectus olim constituebatur,] Regum ac Consulum temporibus iis abfuturis, post non, cum horum vicem impleret Praetor, nisi feriis Latinis. Strauchius, *de Cent. Lapid. urbic. princ.* (4).

Postea fere Latinarum feriarum caussa introductus est, & quotannis observatur:] Mentio ejus fit in Inscriptione apud

apud Sponium, *Miscellan. p.* 189. *seq.* & Reines. *Class.* VI. *Inscript.* 114. Vid. de hoc & Dion. Cass. *Hist. p.* 519. & 532. Vid. & Bynkersh. *h.* (5). De feriis Latinis vid. Dion. Halic. *Lib.* IV. *p.* 250.

Nam Praefectus annonae, & vigilum non sunt magistratus:] *Ordinarii* (6).

Praefectus annonae] Duorum meminit Dio Cass. *Hist. p.* 521. & quatuor, *p.* 532.

Extra ordinem] *L.* 7. §. *ult. de offic. Proconf.* (7).

Et tamen hi, quos Cistiberes diximus, &c.] Tricatur Bynkersh. *h.* (8).

(1) Saepe Vett. inter *e* & *s* literam *n* inserunt. Sic in *seq.* §. 44. *vicensimae*, & alibi. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1479. add. Brisson. *Parerg.* §. 25. in *ej. Oper. Minor. a Trekell. edit. p.* 394. Forner. *Rer. Quotid.* III. 27. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 222. Drakenborch. *ad Liv.* V. 54. 5. Immo *totiens*, & *quotiens* scribendum, notat Carrion, *ad Valer. Flacc. Argonautic. Lib.* I. *vs.* 447.

(2) De Praefectis urbi sub Regibus institutis vid. Drakenborch. *Dissert. de Praefect. urbi, Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 6. *seqq.*

(3) Vid. Drakenb. *d. Dissert. Cap.* 10. *in fin.*

(4) Adeoque nihil in verbis Pomponii delendum, vel emendandum. Vid. Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Praef. urb.* §. 1. Alii pro *Praefectus* legunt *profectis*, scil. magistratibus, quod nec displicet J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 6. *p.* 32. *Praefectis* mavult Bynkersh. *ad h. l.*

(5) De Praefecto urbi feriarum Latinarum, & de feriis Latinis egit Drakenborch. *d. Dissert. Cap.* 3. add. Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Praef. urb.* §. 1. Simpliciter *Praefectus Latinarum feriarum* vocatur apud Spon. *Itiner. Tom.* I. *p.* 344. & alibi. Qua de appellatione vid. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 4. 14. & Drakenborch. *d. Dissert. p.* 15. *seq.* Non evanuisse hanc Praefecturam sub Impp., cum aliunde, tum etiam ex eo colligi potest, quod dicat Pomponius *& quotan-*

nis

nis observatur, ut etiam notat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *sect.* I. §. 17. add. Drakenb. *loc. modo cit. p.* 17.

(6) Sic plerique Interpp. etiam Westenberg. *in Div. Marco, Diss.* XVII. §. *ult.* qui *ibid.* §. 4. *& seqq.* plura habet de Praefecto annonae.

(7) Add. Sueton. *in Domitian. Cap.* 8. ibique Oudendorp.

(8) Qui locum hunc sic emendat: *Et tamen hi, & quos Cistiberes diximus, postea, ut Ædiles, SCto creabantur.* Rectius verba Pomponii explicat Pothier. *in not. ad h. l.* Qui animadvertit, *Cistiberes* eosdem esse, quos in *praec.* §. 31. Pomponius dixerat *Quinqueviros eis & uls Tiberim*, putatque JCtum hic docere velle, Quinqueviratum iis ad Ædilitatem gradum fecisse. Forte tamen planior locus foret, si pro *et tamen* levi mutatione legeretur *attamen*. Quae voces *et* & *at* saepe a Librariis commutantur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXVI. 35. 7. Hal. hic τὸ *et* omisit, & ante verba *non sunt magistratus* posuit *quamquam*. — In *seq.* §. 34. pro *Tribuni plebis* in quodam Charondae MS. male legi *Tribuni militum*, notat H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 12. *p.* 127.

§. 35.

Juris Civilis scientiam &c.] De qua vid. Jan. Vinc. Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 40. *seqq.*

Plurimi, & maximi viri professi sunt:] Cicero, *de Legib.* I. 4. *Ego memini, summos fuisse in civitate nostra viros, qui Jus Civile interpretari populo, & responsitare soliti sunt;* & omnino *de Offic.* II. 19. add. Hotoman. *Operum, Tom.* III. *p.* 301. *seqq.* [ubi egit de JCtis, qui a Pomponio memorantur.]

(*Eorum*)] Vid. Bynkersh. *h.* (1).

Tiberium Coruncanium] *Coruncanus*, Senec. *Epist.* 114. Sed apud Gruter. *Inscript. p.* 296. ut hic (2).

Solumque consultatoribus vacare &c.] *Vacare* delet Muret. *h.* ortam hanc vocem putans ex *vacat*, in margine positum. Bynkersh. *h. vacabant.*

(1)

(1) Vocem *eorum* Flor. in margine adscriptam esse, adeoque asteriscis, non parenthesi a Taurellio includi debuisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Idem porro notat, pro *dignationis* vulg. habere *dignitatis*, & pro *in praesentia*, *in praesenti*; sed neutrum necesse est. Nam *dignationem* pro amplitudine, auctoritate, fama etiam alii Scriptores Latini dixerunt. Vid. Casaubon. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 4. & Drakenborch. *ad Liv.* II. 16. 5. Conf. Papillon. *loc. supra cit. p.* 593. *In praesentia* vero locutio est Livio familiarissima. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXIII. 13. 13. add. Schwartz. *ad Plin. Panegyr. Cap.* 15. & Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* II. 11. 4.

(2) Immo *Coruncanius* etiam ipse Seneca alio loco, nempe *de Vit. beat. Cap.* 21. Pari modo etiam alibi in hoc nomine variatum. Vid. Drakenborch. *ad Liv. Epitom. Lib.* XVIII. & Ruhnkenium, *ad Vellej. Patercul.* II. 128. Observat autem Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 82. Pomponium verbum *profiteri* simpliciter hic usurpare pro *jus profiteri*; quod & fecisset *seq.* §. 38. Dubito, an recte. Potest enim commode hic intelligi *scientia*, scil. juris, quod praecedit, & posteriore loco pro *primus profiteri* forte rectius legimus *primus jus profiteri*, cum Jan. Valckenaer. *Differt. de Duplici Legum interpr. p.* 14. In seqq. verbis pro *ceteri autem ad hunc* &c. Hal. habet *ceteri autem adhuc* &c. Vid. Gebauer. *in not. ad h. l.* Malim *ad hunc* accipere sensu *praeter hunc*: de qua hujus particulae notione vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXVI. 5. 9. & ibi laud. auctores: vel pro *ad hunc usque*, quo sensu *ad* frequenter sumitur. Verba *vel in latenti* adversus Muretum, ea emendantem, defendit Bynkersh. *h.*

§. 36.

Publius Papirius] *Publius* delent Muret. & Rupert. *h.* (1).

Centemmanus] Vid. Bynkersh. *h.* *Coecus*, Rupert. *h.* (2).

Qui *videtur ab hoc processisse*,] *Quoniam* legit Cujac. *h.* (3).

(1) Heinecc. *in Elem. Jur. Civ. sec. ordin. Pand. hoc tit.* §. 31. pro *Publius* legit *publ. jur.*, id est, *publici juris.* Sed vulgatam lectionem retinet Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 4. add. de Papirii praenomine notata superius ad §. 2. *h. l.*

(2) *Coecus* legendum esse, pluribus adstruxit Almeloveen. *Fast. Consul. p.* 229. *seq. Coecus* Pomponium scripsisse, putat quoque Van Vaassen, *ad Fastos Rom. sacros, p.* 389. existimans, vitium ortum esse è glossa, & imperitia Librarii. Sed errare hic Pomponium, putat H. Canneg. *Obs. Jur. Rom.* III. 2. *p.* 234. Quem etiam vide *ibid.* de verbis seqq. *Hunc etiam actiones scripsisse* &c. quae ita restituit: *hunc etiam actiones scripsisse traditum est primum, de usurpationibus quoque, qui liber non exstat.* Eodem fere modo Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 16. *in not.* ubi *p.* 232. *seq.* edit. Stockman. plura de hoc Appio reperiuntur. Nihil mutant Bynkersh. *h.* & Otto, *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 5. Aliter Hommel. *Obs. Jur. Civ. Specim.* I. *Obs.* 3. in *ej. Opusc. Juris Universi a C. G. Roessig. edit. Part.* I. *p.* 69. Van Vaassen. *Animadv. Critic. ad Fastos Rom. sacros, p.* 164. totam hanc periodum ex glossemate Triboniani natam putat. Sequitur: *& aquam Claudiam induxit.* Sic etiam Eutrop. II. 9. ubi vid. Verheyk. *p.* 70. De verbis *et de Pyrrho in urbe non recipiendo* &c. vid. Duker. *ad Flor.* I. 18. *p.* 190. add. Raevard. *Varior.* III. 18. & Hommel. *loc. modo cit. Obs.* 4. *p.* 71. *seq.*

(3) Propterea notatus a Bynkersh. *ad h. l.* qui recte observat, tunc minore motu pro *qui* legi posse *quia.* Ipse nihil mutat; nec etiam F. C. Conradi, *in Praef. ad Opusc. Bynkersh. var. arg.* Aliter Hommel. *loc. cit. p.* 70. qui legit *exstaT Idem*, id est, *exstat. Itidem* &c. Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 83. *ab hoc* exponit *post hunc*, & sic etiam in *pr. h.* §. *ab hoc Appius Claudius* &c. Almeloveen. *d. loc. p.* 230. sic legit: *Idem Appius Claudius R. literam invenit, unde ab hoc videtur processisse, ut pro Valesiis Valerii essent, & pro Fusiis Furii:* bono sensu, modo non nimis recederet a vulgata lectione. Eodem fere modo jam ante conjecerat Muret. *h. Idem Appius Claudius usum R. literae invenit, videturque ab hoc processisse, ut*

pro

pro Valesii &c. Van Vaassen. *loc. cit. p.* 165. putat, verba *qui videtur ab hoc processisse* ad marginem ab aliquo adscripta fuisse, deinde temere contextui inserta. De verbis *R. literam invenit*, & quo sensu ea accipienda sint, praeter Bynkershoekium, vid. & Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 23. Branchu, *Obs. Cap.* 10. *p.* 96. H. J. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 1. adject. *ej. Miscellan. p.* 254. *seq.* Hommel. *loc. modo cit. Obs.* 5. *p.* 74. *seqq.*

§. 37.

Quem populus Romanus Σοφὸν, *id est* (1), *sapientem, appellavit* : &c.] Livius, *Epitom. Lib.* XVIII. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 21. *fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1340.] (2).

Deinde Quintus Mucius] *Q. Maximus*, Rupert. *h.* (3).

(1) Abest haec interpretatio a Cod. Flor.

(2) Add. Jac. Curtium, Εἰκαστῶν, I. 28. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 121. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 2. *p.* 69. Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 83. *seq.* Forte hunc Sempronium ex familia *Longorum* fuisse, post Rupertum animadvertit quoque Drakenborch. *ad Liv.* IX. 45. 1. — *De P. Cornelio Scipione Nasica, ad L.* 2. §. 37. *de O. J.* Dissertatio est Henr. Theod. Pagenstecher. citata a Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 21. ubi plura de hoc JCto. Pro *cui etiam publice domus* &c. Hal. edidit *cui etiam publica domus* &c. Sine caussa. *Publice* hic est *ex publico*, seu *reipubl. sumtu.* Conf. Schott. *ad Aurel. Vict. de Viris Illustr. Cap.* 15. *in fin.* & Van Staveren, *ad Nepot. in Aristid. Cap.* 3. *num.* 3. Praenomen Scipionis *Gajus* corruptum esse, & vitium inde natum, quod cum scriptum esset *C. Scipio Nasica*, Librarii inde fecerint *Cajus* pro *Cornelius Scipio Nasica*, putat Rupert. *ad h. l.* Pro *qui optimus* Muret. *h.* legit *qUIr optimus*, id est, *qui Vir optimus* &c.

(3) Sic etiam Bynkersh. *ad h. l.* Almeloveen. *Fast. Cons. p.* 349. D'Arnaud. *Vit. Scaevolar.* §. 8. Jac. de Rhoer. *Otii Daventr. Cap.* 30. *p.* 228. Alii nihil mutant. Vid. Freinshem. *ad Flor.* II. 6. 7. Bach. *Hist.*

Hist. Jur. II. 2. *sect.* 4. §. 22. *in not.* H. J. Arntzen. *in not. ad D'Arnaud. d. loc.*

§. 38.

Post hos fuit &c.] Id est, post eos JCtos, qui consulti responsa dabant, ortum aliud JCtorum genus, qui Jus publice docuerunt. Rupert. *h.*

Tiberius Coruncanius] De quo Vellej. Patercul. *Hist. Rom.* II. 128. (1).

Publius Atilius] *Acilius*, Rupert. *h.* (2).

Ut duo Aelii etiam Consules fuerint.] Bynkersh. *h.* ex MS. legit, *& duo Aelii etiam Consules fuerunt* (3).

Qui inscribitur tripertita,] Vid. Bynkersh. *h.*

Hos sectatus ad aliquid est Cato. Deinde &c.] *Cato* est a mala manu (4).

Marcus Cato] Cicer. *de Orat.* I. 37.

(1) Add. Bach. *loc. laud.* §. 18. & L. A. Wurffel. *Diss. Epistol. de Tiberio Coruncanio*, &c. ibid. cit. a Stockman. Vid. & notata superius *ad* §. 35.

(2) Et Bach. *d. loc.* §. 24. Sed rem non adeo certam esse, docet Heinecc. *Hist. Jur.* I. 3. §. 125. & Ritter. *ibid.* Pothier. *in not. ad h. l.* pro *Publius* legit *Lucius.* Pro *Sextus Aelius*, qui apud Pomponium praecedit, Florentiae scriptum esse *Sextus Caelius*, ex fortiore fortasse elocutione, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quod itaque exemplum esset vitii a dictante profecti. Vid. notata superius, *pag.* 4. In nonnullis MSS. & editt. male legi *Sextus Caecilius*, notat Bynkersh. *ad h. l.*

(3) Sic jam ediderat Haloander. Particulae *et* & *ut* saepe commutatae sunt. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXI. 28. 8. Ruhnken. *ad Vellej. Patercul.* II. 15. *p.* 115. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 2. *p.* 13. H. Cannegieter. *ad Fragm. Vet. Jurisprud. quae exstant in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 300. Ceterum de Aeliis data opera differit Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 37. *seqq.* add. Bach. *d. loc.* §. 23. Quod sequitur apud Pomponium *Sextum Aelium etiam Ennius laudavit*, de eo vid. & Scip. Gentil.

Gentil. *Parerg.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1338.

(4) Ad edit. in 4to. adscripsit: „Forte e margine hoc vocabulum in contextum irrepsit, legendumque *hos sectatus ad aliquid est deinde Marcus Cato* &c." Haec mihi quoque videtur vera lectio, sed τὸ *Cato* putem ex seqq. male huc relatum a Librario, qui errore suo detecto vocem illam non delevit, sed tantum perrexit scribere, uti scribi oportebat. Exempla similia cum alibi exstant, vid. v. gr. Drakenborch. *ad Liv.* V. 29. 2. tum etiam plura reperiuntur in Cod. Pand. Florentino. Vid. Brencm. *Hist. Pand.* II. 5. *p.* 154. Aliter Bynkersh. *ad h. l. Ad aliquid*, id est, aliqua ex parte, non prorsus. Vid. Cujac. *h.* & Papillon, *loc. supra cit. p.* 596. Ceterum, non male Pothier. *in not. ad h. l.* observat, postrema verba *ex quibus*, M. Catone scil. & filio ejus, *ceteri oriuntur* forte a Pomponio addita esse in honorem familiae Catonum, quae, quum haec scriberentur, adhuc Romae exstabat florentissima; neque adeo necesse, ut verba haec glossam continere putemus cum Muret. *ad h. l.* Aliter verba haec accipit Papillon. *d. loc.* De utroque Catone, patre & filio, egit Majans. *loc. modo cit. Tom.* I. *p.* 3. *seqq.* add. Bach. *d. loc.* §. 27. *seq.*

§. 39.

Qui fundaverunt (1) *Jus Civile.*] Vid. §. 44. *h. l.*

Brutus septem,] Cicer. *de Orator.* II. 55. dicit, tantum *tres* libros esse genuinos ex iis, qui ipsi tribuuntur. Bynkersh. *h. Brutus tres, Manilius septem* (2).

Et exstant volumina scripta,] *Volumine*, Bynkersh. *h.* male. Al. *inscripta*, quod probo (3).

(1) *Fundaverunt*, id est, fundamenta Juris Civilis primum scripto tradiderunt. Huber. *in Praelect. ad h. t.* §. 10. Bachius, *d. loc.* §. 31. *in not.* „Fundare Jus Civile dicitur, qui disciplinam quasi exstruit, atque constituit."

(2) Dissentit Bach. *d. loc.* §. 32. *in not.* qui nihil mutari vult. Sed cum Bynkersh. facit Heinecc. *in Hist. Jur.* I. 3. §. 137. *in not.*

(3) Sic etiam legit Bach. *d. loc.* §. 33. *Inscripta* edidit quoque Hal., & Pacius. vid. Burman. *ad Anthol. Latin. Tom.* I. *p.* 738. Quae autem illa *Manilii monumenta* fuerint, hodie incertum: quemadmodum nec convenit inter Interpp., an diversa sint a *Manilianis venalium vendendorum Legibus*, quarum meminit Cicer. *de Orat.* I. 58. & Varro, *de Re Rustic.* II. 5. Vid. Bach. *d. loc. in not.* De quibus Manilianis Legibus vid. Ernest. *Clav. Ciceron. in Ind. Leg.* voc. *Manilianae Leges &c.*, & *in Ind. Historic.* voc. *Hostilianae actiones.*

§. 40.

Et Asiae Proconsul fuit:] Immo Legatus Proconsulis Q. Mucii. Liv. *Epitom. Lib.* LXX. (1). Balduin. *Scaevol. p.* 123. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 492.] Aliter Rupert. *h.* Bynkersh. *h.* est pro Pomponio (2).

Ille Stoicus,] Ut & P. Mucius, & Rutilius Rufus. Athenaeus, *Lib.* VI. *p.* 274. (3).

Pansae auditor,] D. Goth. *in not. Al. Panaetii.* Sic quoque Rupert. *h.* (4).

Qui & ipse consul.] Vel erravit Pomponius, vel hoc est a mala manu. Rupert. *h.* Bynkersh. *h.* Pomponium, vel Librarios, defendit (5).

Lucius Crassus,] *Licinius Crassus* legit Balduin. *Scaevol. p.* 29. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom* I. *p.* 449.] ubi de eo, & Bynkersh. *h.* Fuit *Publius.* Vid. Duker. *ad Flor.* II. 20. 5. (6).

Hunc Cicero ait JCtorum disertissimum.] D. Goth. *in not. Haec verba ad Q. Mucium Scaevolam referenda &c.* Sic & Rupert. *h.* (7).

(1) Est itaque hic error Pomponii. Vid. Perizon. *Animadv. Histor. p.* 59. *seq.*

(2) Bynkershoekium sequitur D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 30. *p.* 406. *seq.* Sed in *Diss. de Vit. Scaevol.* §. 30 *p.* 83. legit *& Asiae Proconsuli adfuit.* Aliter Majansius,

lius, *ad 30. JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 9. citatus ab H. J. Arntzen. *ad loc. D'Arnaudii cit.* qui merito veretur, ut propitia critice loco succurratur. Add. de hoc Rutilio Bach. *d. loc.* §. 36. & ibi citt. auctores.

(3) De quo Athenaei loco vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1282.

(4) Et omnes fere Interpp. Vid. Bynkersh. *ad h. l.* De quo Philosopho eleganter, & docte nuper disseruit Nobilis Juvenis F. G. van Lynden, Disputatione, Praeside Wyttenbachio defensa, *de Panaetio Rhodio, Philosopho Stoico.* Lugd. Batav. 1802.

(5) Aliter Bertrand. *de Jurisperitis*, II. 3. qui verba haec transponit, & refert ad *Virginium*, & pro *Paulus* legit *P. alius*, probante Stockmanno, *ad Bach. d. loc.* §. 38.

(6) Esse errorem Pomponii, qui de *Lucio* adfirmavit, quod *Publii* erat proprium, putat Perizon. *Animadv. Hist. Cap.* 9. *p.* 363. *seq. Licinius Crassus* legit quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(7) Probat hoc etiam D'Arnaud. *Diss. de Vit. Scaevol.* §. 15. *p.* 37. *seq.* Aliter tamen Idem, *ibid.* §. 33. *p.* 90. *seq.* Sed H. J. Arntzen. *ad priorem D'Arnaudii locum*, conjicit, verba illa *hunc Cicero ait* &c. non esse Pomponii, sed in margine ab aliquo adscripta fuisse ad *seq.* §. verba *Q. Mucius, P. Filius*, deinde in contextum, & alieno quidem loco, recepta.

De Q. Mucio, cujus in *seq.* §. 41. mentio fit, vid. Bach. *d. loc.* §. 39. & ibi citt. auctores. Dicitur hic Pomponio *Jus Civile primus constituisse.* De quo agit D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 29. & *de Vit. Scaevol. p.* 99. *seq.* ad quem posteriorem locum videndus est H. J. Arntzenius. Huber. *in Praelect. ad h. t.* §. 10. Pomponium velle putat, quod Q. Mucius Jus Civile primus in generale artis systema redegerit.

§. 42.

Ut ea omnes adpetant;] Al. *ut ea homines* &c. Add. Bynkersh. *h. Ut ea adeOmnes*, id est, *adeo omnes*, &c. Rupert. *h.* (1).

Denique nec versantur omnino *scripta* &c.] *Omnia scripta*, Bynkersh. *h.*

Pro cujus scriptura,] An, *per cujus scripturam?* Sic Bynkersh. *h.* *Per cujus scripta*, Rupert. h.

(1) Egit de hoc loco quoque Otto, *in Vita Servii Sulpicii*, *Cap.* 7. §. 1. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1596. & H. Cannegiet. *Obs.* II. 6. *p.* 164. *seq.* qui locum hunc ita emendat, vel explicat: *Omnes tamen hi a Servio Sulpicio nominantur*, id est, citantur, *alioquin eorum scripta per se non talia exstant, ut ea homines adpetant: denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum, sed Servius iis libros suos complevit*, id est, non versantur nominibus ipsorum, sed nomine Servii, *pro cujus scriptura*, id est, pro dignitate Scriptorum ejus, *ipsorum quoque memoria habetur*, id est, aestimatur. add. Idem, *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 155. *seq.* Illud *Servius iis* probat etiam H. J. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 8. adj. *ej. Miscellan. p.* 323. item Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 13. *p.* 85. *seq.* sed pro verbis *pro cujus scriptura* hic quoque legit *per cujus scripturam*. De orthographia vocis *Aquilius* vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 4. 1. qui mavult scribi *Aquillius*. Ceterum Q. Mucii *auditoribus* (id est, discipulis. vid. Cujac. *Obs.* XXVII. 4.) addendus quoque est M. T. Cicero. Vid. v. gr. Ciceron. *in Bruto*, *Cap.* 89. Quem num omiserit Pomponius, quod in JCtorum numerum referendus non sit, an aliam ob caussam, hujus loci non est inquirere. Egit de hac quaestione Jo. Luzac. *in Obs. Apolog. pro JCtis Rom. p.* 47. *seqq.* ubi & praecipui diversarum opinionum auctores citantur. Vid. & Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 43. *p.* 246. *seq.* edit. Stockman. & H. C. Cras. *Diss. qua Specim. Jurispr. Ciceron. exhibetur*, &c. in *Praef. p.* 2. Lugd. Batav. 1769.

§ 43.

Cumque eum sibi respondisse &c.] Al. *respondentem* (1). *Namque eum dixisse, turpe esse Patricio*, &c.] Facit huc Cicer. *in Pison. Cap.* 13. *Quisquam Vos Consules tunc fuisse, aut nunc esse Consulares putet, qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non Leges, non instituta, non mores, non Jura noritis?* & *pro Cluent. Cap.*

52.

52. *Nam ut haec ad me caussa delata est, qui Leges eas, ad quas adhibemur, & in quibus versamur, nosse deberem:* &c. & *pro Muren. Cap.* 7. ubi plura de *nobili*, add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1292.]

Jus, in quo &c.] *Jus* pro *loco* accipit Freher. *Parerg.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 906.] Male.

Ea velut contumelia Servius tractatus] *Tactus*, vel *taxatus*, Freher. *Parerg. d. loc.* Vid. & Bynkersh. *h.* (2).

Qui fuit Cercinae] Al. *Cecinae.* (3)

Hic cum in Legatione perisset, statuam ei &c.] Vid. Ciceron. *Philipp.* IX. 7.

Et hodieque exstat pro Rostris Augusti.] Et hodieque exstat e terra eruta, ut ejus etiam inscriptio, quam exhib Reines. *Inscript. p.* 504. nescio an spuriam (4).

(1) Sic legit Muret. *h.* Hal. *cumque eum de Jure respondentem parum intellexisset, & iterum Quintum interrogasset* &c. Quam lectionem notarunt quoque Russard. & Charond. in margine. Late de hoc §. egit Otto, *in Vit. Serv. Sulpic. Cap.* 4. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1573. *seqq.* ubi etiam disputat contra Ant. Augustinum, hanc narrationem Pomponii in dubium vocantem. add. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 171. *seq.* & Bach. *d. loc.* §. 44. — In *pr. h.* §. pro *pro certo* Const. Land. *Exercit.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1394. scribendum putat *certe*, ut Hal. edidit. Putem, *pro certo* Pomponium scripsisse pro *certe*, *profecto haud dubie.*

(2) Qui *tactus* praefert. Sed *tractatus* non videtur damnare Otto, *d. loc. p.* 1576. & defendit J. F. Gronov. *ad Gell. Noct. Attic.* VIII. *ult.* & *in Lection. Plautin. p.* 226. *seq.* Etiam F. C. Conrad. *in Praef. ad Opusc. Bynkersh. var. arg.* & Adrian. Heckenhoek. *Specim. contin. Selecta quaedam in Jur. Publ. & Priv. observata, p.* 9. *seq.* Lugd. Batav. 1746. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 2. *p.* 234. mavult *suscitatus.* In nonnullis MSS. reperiri *tractus*, aut *tactus*, sed Flor. quondam fuisse *tractatus*, deletas autem deinde ab ignoto esse literas *r* & *cta*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Vid. Bynkersh. *ad h. l.* qui *Cercinae* retinet. Sic etiam Cujac. *h.* & Heinecc. *Topograph. Jur. Rom. Opusc. Postum. Tom.* IV. *p.* 659. licet *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *Cercina*, dubitet, an quidem vulgata lectio possit retineri. Aliorum conjecturas recenset Otto, *loc. cit. p.* 1585. qui *cecinae* praeferre videtur, putans, prope vicum, huic fluvio adjacentem, forte Praetorium Aquilii fuisse. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. dicit: "est *Corcyra*, Gr. κερκυρα."

(4) Dubitat etiam Otto, *d. loc. p.* 1629. Alia tamen de hac inscriptione videtur fuisse sententia Ernesti. Vid. ej. *Clav. Ciceron. in Ind. Histor.* voc. *S. Sulpicius.* Ceterum miror, Bynkershoekium aliam lectionem, qua *hodie* in locum *hodieque* substituitur, concinniorem pronunciare. Vereor, ut Vir Ampl. vim τοῦ *hodieque* bene perceperit: quam particulam sensu *etiamnum*, *in hunc usque diem* etiam optimi Scriptores Latini usurpant. Vid. Interpp. *ad Liv.* V. 27. 1. Τὸ *et* in Cod. Flor. deletum quidem esse, sed recenter, adeoque recte Taurellium hanc particulam retinuisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 44.

Cajus] D. Goth. *in not. Delendum hoc nomen* &c. Sic & Cujac. *h.* Aliter Bynkersh. *h.* (1).

Publicius Gellius.] D. Goth. *in not. Publicola Gellius*; sine caussa. De *Publiciis* Bynkersh. *Obs.* III. 7.

Ex his auditoribus &c.] Al. *auctoribus* (2).

Et qui omnem partem operis fundarent,] Vid. §. 39. *h. l.* (3).

Perquam *brevissimos*,] Sic *seq.* §. 46. *Satis pulcherrima* (4).

(1) Qui putat, *Aulum Ofilium* etiam *Cajum* appellatum fuisse. Eodem modo Van der Muelen, *ad h. l.* aliique. Sed Bynkershoekium refutavit Bachius, *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 46. *in not.* Aliter etiam Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 155. qui loco *decem* legit *duodecim*, putans, *Publicius Gellius* duo diversa diversorum JCtorum nomina esse, & sic quoque *Cajus*

Att-

Atejus Pacuvius secundum eum duo diversi JCti sunt, quorum alter *Cajus Atejus*, alter *Pacuvius* appellatus esset. In *princ.* autem pro *Cajus* substituit *Cremonensis*, quod Alfenus Varus *Cremonensis* fuisset. Quod posterius tamen non adeo certum esse, intelligitur ex iis, quae habet Bach. *d. loc.* §. 47. *in not.* & ibi citt. auctores. — In praecedentibus verbis pro *fere tamen hi libros conscripserunt* H. Ernstius, in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 845. legit *fere tamen hi* omnes *libros* &c. ex MS. Alii verba haec, ut abundantia, expungunt. Vid. Leewium, *in not. ad h. l.* Profecto, si non exstarent, ea non desiderarem; nunc nihil mutem. In initialibus vero hujus §. verbis pro *profecerunt* vulg. habere *profluxerunt*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Al. *processerunt*, vel *profecti*. Vid. Cagnol. *ad h. l.* apud Leewium. Forte *profecerunt* Pomponius scripsit pro *profecti sunt*; alioqui mallim *provenerunt*, ob soni similitudinem.

(2) Quod mavult quoque Bynkersh. *ad h. l.* qui *ibid* etiam videndus de verbis proxime praecedentibus: *Ex his decem* &c. & *in Obs.* VIII. 1. Quo posteriore loco putat, opus illud Namusae inscriptum fuisse *Collectanea*, sive *Conjectanea*, quod complecteretur omnium Auditorum Servii opera, in unum corpus collecta, seu conjecta, ita ut Alfeni XL. Digestorum Libri, ut primae erant auctoritatis, primum ibi fuerint descripti; & hunc in modum explicat locum Gellii, *Noct. Attic.* VI. 5. ubi Alfenus verba foederis cujusdam recitare, dicitur *in Libro Digestorum* XXXIV. *Conjectaneorum autem secundo*. Alia tamen de his Libris est opinio Otton. *in Alfen. Varo*, *Cap.* 9. §. 3. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1684. Dissentit etiam Bachius, *d.* §. 47. *in not.* Bynkershoekii sententiam *temerariam* pronuncians: quod mihi non videtur, neque etiam Heineccio, *Hist. Jur.* I. 4. §. 187. *in not.*

(3) Jo. Cannegiet, *Disq. de Notis*, *p.* 304. pro *operis fundarent* legit *operis utriusque enodarent*, ut *seq.* §. 46., putans, vocem *utriusque* hic excidisse. Sed sine caussa: recte haec verba explicuit Bynkersh. *ad h. l. id est, qui nullam Juris Civilis partem reliquerunt intactam.* Sequitur apud Pomponium: *nam de Legibus vicensimae primus conscripsit.* Ubi intelligendas esse Leges de vicesima *manumissorum* censet Ramos del Manzan.

ad LL. Jul. & Pap. I. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 69. & Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 32. Sed verba Pomponii ad utramque vicesimam, id est, & *manumissionum*, & *hereditatium*, referenda esse, putat Mascov. *Exercit. ad L. ult. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* §. 7. in *ej. Opusc. a Puttman. edit. p.* 151. *seq.* Ceterum, in Cod. Flor. proprie legitur *conscribit.* Sed vitium inde forte ortum esse, quod primitus fuerit *conscriBsit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Alii quoque τὸ *et* ante verba *de jurisdictione* inserunt. Vid. Dion. Gothofred. *h. in not.* Saepe haec particula a Librariis omissa est. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 44. 3. Hal. habet: *nam & de Legibus vicensimae, & de jurisdictione primus conscripsit.* Verba sequentia *idem Edictum Praetoris* &c. *composuit* recte explicat Stockman. ad Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 46.

(4) Ubi vide notata. De inscriptione hujus Opusculi Servii vid. Otton. *in Vit. Servii Sulpic. Cap.* 7. §. 3. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1598. Diatribam de *Servii Sulpicii, & A. Ofilii ad Edictum Libros* conscripsit A. Wieling. Franeq. 1731.

§. 45.

Quintus Mucius Volusii auditor:] *Quinti Mucii Volusii auditor*, Ant. Augustin. *de Nominib. JCtor.* [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 224.] probante Cujacio, *h. Volcatius* appellatur a Plinio, *Hist. Nat.* VIII. 40. unde hic legit Harduinus *Quinti Mucii Volcatii auditor.* Balduinus, *in Scaevol. p.* 152. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 504.] *Quinti Mucii, & Volcatii auditor.* Sic & Rupert. *h.* (1). Vulgatam lectionem retinet Bynkersh. *h.* Male. Mihi illa *Quintus Mucius* suspecta sunt.

Liber Benedictorum:] Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 8. Dubitat Bynkersh. *h.* (2).

(1) Etiam H. J. Arntzen. *in not. ad D'Arnaud. Vit. Scaevol. p.* 15. ubi & alii auctores laudantur. De verbis praecedentibus *qui idem Corneli* &c. vid. Bynkersh.

kersh. *h.* Plura de Q. Cornelio Maximo, & C. Trebatio Testa reperiuntur apud Bach. *d. loc.* §. 48. ibiq. Stockman.

(2) Schroder. *Obs.* I. 13. *p.* 87. legit *dictorum*, putans τὸ *bene* natum esse ex mala repetitione Syllabae *ber* in voce praecedente *liber*. Alios, qui de hoc loco egerunt, *ibid.* citatos invenies. add. Bach. *loc. laud.* §. 49. *in not.* qui *bene dicta* esse dicit, quae Ennius *bona dicta*, id est, *bons mots*, vocabat. Conf. Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 3. *pr.* Quaedam de Cascellio notavit quoque Arntzen. *d. loc. p.* 14. *seq.*

§. 46.

Post hoc] Al. *post hos* (1).

Fuit autem Patricius,] *Plebejum* fuisse, vult Fabric. *ad Ciceron. pro Ligar. pr.*

Maxime postquam Quintum Ligarium accusavit,] Ab uxore, & privigna, instigatus. Cicer. *ad Attic.* XIII. 20. ubi Comm. Ipse φιλαίτιος. Cicer. *d. loc.*

Exstat ejus oratio satis *pulcherrima*,] Sic *praec.* §. 44. *perquam brevissimos.* Arnob. *Adv. Gentes*, *Lib.* II *p.* 68. *gradibus satis plurimis.* Cicer. *Philipp.* XII. 5. *tam gravissimis, tamque multis judiciis:* ubi vid. Graevium (2).

Sermone etiam antiquo *usus* &c.] *Antiqui usus*, Bynkersh. *h.* (3).

(1) Quae etiam lectio Florentina dici potest: videtur enim Graecorum *sigma*, quod in Exemplari Florentino, aliisque antiquioribus monumentis formam habet cum *C* Romanorum communem, hic loco *s* positum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quae observatio notanda, cum & alibi usum forte habere possit.

(2) Alia exempla habet Bynkersh. *ad h. l.* add. Const. Land. *Exercit.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1394. *seq.* G. Stewech. *ad loc. Arnob. cit.* Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Caesar. Cap.* 39. §. 26. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 9. 3. Schroder *Obs.* I. 9. *p.* 63. C. V. Vonck. *Specim. Critic. in Vett. auct. p.* 51. Budaeus tamen restituit *sane pulcherrima.* Vid.

 Byn-

Bynkersh. *d. loc.* Probante Burmanno, *ad Anthol. Latin. Tom.* I. *p.* 738. *in addend.* Plura de Tuberone vid. apud Bachium, *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4, §. 50. Ad quem locum Stockman. citat Andr. Flor. Rivini *Prol. ad L.* 2, §. 46. *de O. J. Singularia de Tuberone JCto contin.* Witteb. 1746. 4.

(3) Forte etiam geminata ultima syllaba in *antiquo* legi possit *sermone antiquo, quo usus, adfectavit scribere.* Est conjectura Zach. Henr. Alewyn, mihi indicata a Cl. Tydeman. Pro *etiam* Hal. edidit *tamen*.

§. 47.

Antistius Labeo] Meminit Appianus, *Lib.* IV. *p.* 1068. (1). De eo & Dio Cass. *Hist. p.* 531.

Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto &c.] Obloquitur Tacitus, *Annal.* III. 75. ubi vid. Comm. (2).

Quo suffectus *fieret*,] *Suspectus*, Bynkersh. *h.* Male. (3).

Hi duo primum veluti diversas Sectas *fecerunt*:] Paucae prae aliorum Sectis. Merill. *Obs.* I. 2. De Sectarum in scientiis, & contendentium utilitate, Themist. *Orat.* XII. *p.* 158. Origen. *Contra Celsum*, III. *p.* 118. — Disputationes, & rixandi cupido artem nostram invaserunt, ex quo scribi coepit, illatis in Italiam Studiis, & maxime Philosophia, & ad Philosophorum exempla contendere JCti. Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 43.

Nam Atejus Capito in his, quae &c.] Merill. *Obs.* I. 3. ubi & de *Proculianis* (4). & V. 34.

Labeo ingenii qualitate &c.] Hunc, & Proculianos, Stoicos magis sectatos, putat Merill. *Obs.* I. 20. (5).

Qui & ceteris operis *sapientiae operam dederat*,] *Operis*, id est, operibus, Scip. Gentil. *Parerg.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1303.] Tricatur Bynkersh. *h.* (6).

Plurima innovare (7) *instituit*,] Philo, *de Vit. Mosis*, *Lib.* I. πολλὰ γὰρ αἱ μεγάλαι φύσεις καινοτομοῦσι τῶν εἰς

ὡς ἐπιστήμην. [*Multa enim indoles egregia ad scientiam movare solet.* ed. Thom. Mangey, Vol. II. p. 84.]

Adhuc eas dissensiones auxerunt.] Deëst *qui*. *Qui adhuc* &c. (8).

Et publice primus scripsit;] Id est, *respondit* (9). *Scribere* proprium JCtorum verbum, Hotoman. *in JCto, Oper. Tom.* I. *Part.* II. *p.* 1093.

Posteaque] Al. *posteaquam* (10), & Cujac. *h.*

Hoc coepit beneficium dari a Tiberio Caesare, hoc tamen &c.] Charond. legit: *Hoc coepit beneficio dari. A Tiberio enim Caesare hoc tum* &c. (11).

Sed qui fiduciam studiorum suorum habebant,] Epictet. apud Arrian. II. 13. *πᾶσα τέχνη ἰσχυρόν τι ἔχει, καὶ θαῤῥάλεον ἐν τοῖς ἑαυτῆς.*

Consulentibus respondebant.] De ritu vid. Hotoman. *in JCto. Oper. Tom.* I. *Part.* II. *p.* 1094. *seq.* Cicer. *de Legib.* I. 3. *Cum praesertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem.* & Val. Maxim. V. 8. 3. Vid. & Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 20. (12)

Neque responsa utique signata dabant:] Alludit Senec. *de Benefic.* VII. 16. *Si tamen quid sentias quaeris, & vis signari responsum*: &c. add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 23. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 952.] (13). Factum hoc putat, ne eventus caussae ante sententiam notus esset, Gravina, *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 43.

Aut testabantur, qui illos *consulebant.*] *Quos illi*, Bynkersh. *h.* (14).

Primus Divus Augustus &c. (15).] Vid. ad haec, & seqq. Jan. a Costa, *ad* §. 8. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* qui nove interpretatur: vide, an recte.

Ut major Juris auctoritas (16) *haberetur*,] Quae collapsa erat jam sub Cicerone. Vid. Ciceron. *de Offic.* II. 19. *Itaque cum multa praeclara majorum, tum quod optime constituti Juris Civilis summo semper in honore fuit cognitio*, *at-*

atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiae splendor deletus est. (17). Et imperiti etiam illam profitebantur. Cicer. *de Orat.* Cap. 42. *At Jus profitentur etiam, qui nesciunt.*

Ut ex auctoritate ejus responderent. (18),] Et scriberent. *Const. Deo auctore. de Concept. Dig.* §. 4.

Et ideo optimus Princeps Hadrianus — rescripsit eis, hoc non peti, sed praestari solere: &c.] Vid. Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 81. quem non probo (19).

Huic successit Gajus Cassius Longinus,] Conjungit Cassium & Sabinum Epictetus apud Arrian. IV. 3. *in fin.* De quo loco & Merill. *Obs.* I. 27. — Vid. de eo Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 43. (20). Tacit. *Annal.* XIV. 43.

Hic Consul fuit cum Quartino,] Errat Pomponius. Vid. Ryckium, *ad Tacit. Annal.* VI. 15. Dissentit Bynkersh. *h.* (21).

Eousque (22) *donec eum* Caesar *civitate pelleret:*] *Nero.* (23). Tacit. *Annal.* XVI. 9. Ubi vide Lipsium.

Appellatique sunt partim Cassiani,] Plin. *Lib.* VII. *Epist.* 24.

Cassio Coelius Sabinus successit,] Ab hoc *Sabinianos* dictos, vult Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 84. (24).

Proculo Pegasus, qui temporibus Vespasiani &c.] Et *Domitiani.* Juven. *Sat.* IV. *vs.* 76. *seqq.* ubi egregie de eo: & de nomine Scholiast. ipsius (25). De eo Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 17. (26).

Priscus Neratius] De quo Spartian. *in Hadrian. Cap.* 4. Cujac. *in Parat. ad tit. Cod. de serv. reipubl. manum.* (27).

Tuscianus] *Maecianus*, Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 5. *Volusius Maecianus*, Rupert. *h.* (28).

(1)

(1) Locum descripsit Lipsius, *ad Tacit. loc. mox a Schult. cit.* Plures, qui de hoc JCto, ut & de Atejo Capitone scripserunt, recenset Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 10. *&* 11. ibiq. Stockman. add. A. Wieling. *Diatrib. de M. Antistio Labeone, ejusque ad Edictum Libris.* Franeq. 1731. Pro *Labeone insanior* apud Horat. *Lib.* I. *Sat.* 3. *vs.* 83. Bentlejus legit *Labieno insanior.* Placuit haec conjectura pluribus, quos citat Walchius, *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 153. qui ipse tamen cum aliis, *ibid.* quoque laudatis, dissentit. Loqui Horatium de Labeone, censet quoque Puttman. *Probab.* II. 10. *p.* 75. Sed τὸ *insanus* leniore sensu accipiendum putat pro eo, qui rei alicui nimium deditus est, ut graeci μαίνεσθαι de omni homine dicunt, qui rem aliquam plus aequo desiderat. Vid. Cuper. *Obs.* I. 19. Sequitur apud Pomponium: *ex his Atejus consul fuit*, scil. suffectus una cum C. Vibio Postumo. Vid. Rupert. *h.* Fallitur hic Muretus, notatus etiam a Perizon. *Animadv. Hist. Cap.* 1. *p.* 19.

(2) Vid. & Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 179. *in not.* Bach. *loc. modo cit. p.* 386. Adr. Nic. Mollerum, *Diss. Select. quaed. contin. Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 122. *seqq.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 12. §. 7.

(3) Bynkershoekium refutavit Bach. *d. loc.* §. 10. *in not.* Sed laudat ejus conjecturam Mollerus, *loc. cit. p.* 121. qui tamen *p. seq.* tentat, an levi transpositione locus restitui possit, hoc modo, *quo et suffectus fieret.* Scil. in Cod. Flor. legitur *quo suffectus fieret & honorem* &c. Sed τὸ *et* malam repetitionem esse ultimarum literarum in *fieret*, immo punctum deletionis positum esse supra *e*, omisso altero supra *t*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. In seqq. pro *quadringenta volumina* Hal. habet *quadraginta volumina.* Utra lectio verior sit, dubitat Balduin. *loc. supra cit. p.* 801. Haloandrinam praefert Leewius, *ad h. l.* Confunduntur hi numeri etiam alibi. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXVII. 45. 15. & 50. 11. Plerique tamen Interpp. *quadringenta* hic retinent.

(4) Sic enim scribendum, non *Proculejani.* Vid. Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul. Cap.* 3. §. 2. *num.* 1.

(5) Non recte: nam non magis Proculiani, quam Sabiniani Phi-

Philosophiam Stoicam secuti sunt. Vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 158. Quo toto Capite egregie disserit de *Institutis Philosophiae*, & *Sectarum placitis*, *quae Vett. JCti sequuntur*. Alios qui de Vett. JCtorum Philosophia scripserunt, citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 14. ubi se constituisse ait, omnem de Stoica JCtorum Philosophia sententiam peculiari Libello sub examen revocare. Quod consilium an Vir Doctissimus jam exsecutus sit, ignoro: si minus, eum hoc brevi exsecuturum speramus. Τὸ *qualitate* contra Budaeum, & Muretum defendit Bynkersh. *ad h. l.* Ceterum de caussa dissensionis inter Labeonem & Capitonem vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 7. *seq.* ibiq. Stockman. & auctores ab iis citt. Est etiam Diss. Jo. Fabricii, *de Sectis Vett. JCtor.* Lugd. Batav. 1711. Forte discidium horum JCtorum circa imperium non minima caussa fuit, quare ex dissensione eorum de Jure *Sectae* ortae sint. Erat enim Labeo Vir incorruptae libertatis, sed Capito magnus Augusti adulator. Vid. Tacit. *Annal.* III. 75. Saltem haec mihi videtur ratio, quare hae Sectae demum *sub Augusto* ortae sint. Nam non dubitandum, quin etiam Libera Republica magnae auctoritatis JCti exstiterint, iique etiam vario modo inter se dissenserint.

(6) Qui *in ceteris* legit, deleto *operis*. Alias lectiones recenset Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ipse praeferret legere: *qui & prae ceteris sapientiae operam dederat*. *Prae ceteris* mavult quoque Pothier. *in not. ad. h. l.*

(7) Immo Labeonem antiquitatis tenacem fuisse, testatur Gellius, *Noct. Attic.* XIII. 12. Pothier. *in not. ad h. l.* locum Gellii refert ad *Jus Publicum*, Pomponium vero intelligit de *Jure Civili*. Sic plerique Interpretes, a quibus tamen dissentit C. F. Hommel. *Diss. de Principali Caussa dissensionum inter Labeon. & Capiton.* §. 4. in *ej. Opusc. Jur. Univ. a C. G. Roessig. edit. Part.* I. *p.* 113. *seqq.* cujus rationes ponderari merentur.

(8) Ut edidit Hal. & sic in plerisque MSS. legi, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ceterum de *Masurio Sabino*, & *Nerva* vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 13. *seq.* ibiq. Stockman. & auctores ab iis citt. *Masurius* scribendum esse, non *Massurius*, do-

docet Otto, *in Praefat. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 25. & quos plures citat P. N. Arntzen. *Diss. de Masurio Sabino, Cap.* 1. §. 1. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 5.

(9) Cujacius, *h.* legit *rescripsit*, id est, respondit. In Cod. Flor. verbum *respondit* aliquanto post in margine adjectum esse, uncinulis ad τὸ *scripsit* ab eadem manu utrimque adpositis, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vulgatam lectionem *scripsit* defendit Muret. *h.* item Bynkersh. *ad h. l.* & Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculin. Cap.* 2. §. 1. *num.* 4.

(10) Vid. Charond. *in margine.*

(11) Hal. edidit: *posteaquam hoc beneficium coepit a Tiberio Caesare*, reliquis omissis. Profecto, licet Bynkershoekius hunc locum pisce saniorem dicat, vereor tamen, ne aliquo modo corruptus sit. Tentavi aliquando, an pro *hoc tamen* legi possit *quod tantum*, hoc modo: *posteaque hoc coepit beneficium dari a Tiberio Caesare*, scil. etiam aliis, *quod tantum illi*, id est, quod primum soli Sabino, *concessum erat.* Sensus Pomponii adeo esset: beneficium publice respondendi a Tiberio primum impetrasse Sabinum, deinde etiam aliis ab Imp. esse concessum. *Tantum* & *tamen* centies in MSS. confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 46. 1. Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* I. 1. 4. Ruhnkenium, *ad Vellej. Patercul.* II. 28. 4.

(12) Add. Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* §. 33. *seqq.*

(13) Qui putat, inde fluxisse hodiernam consuetudinem, Doctores Juris *annulis* honorandi. Vid. & Rupert. *ad h. l.*

(14) Accipiens haec de testationibus ipsorum JCtorum. Sic etiam F. C. Conrad. *in Praefat. ad Opusc. Bynkersh. var. arg.* qui tamen putat, non necesse esse, ut vulgata lectio mutetur. Sed Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 20. *p.* 103. ex Marano observat, ipsos Consultores solitos fuisse testes adhibere, & in testationem redigere, quod sibi a JCtis responsum esset, ut de eo constaret. Alia de audacia, & impudentia Consultorum quorumdam notavit Freher. *Parerg.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *pag.* 912. *seq.*

(15) Hujus Constitutionis Augusti solus Pomponius meminit.

Walch.

Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. 8. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Quod tamen, ut recte etiam monet Heynius, *in Prolus. de Honorib. JCtis habitis ab Impp. Roman.* &c. in *ej. Opusc. Acad. Vol.* IV. *p.* 218. *in not.* non eam vim habere debet, ut propterea fidem Pomponio denegemus.

(16) In MS. Bynk. *majoris auctoritatis.* Vid. Bynkersh. *ad h. l.* ubi tamen monet, nihil mutandum esse. Ceterum Heynius, *loc. cit. p.* 217. *Juris* interpretatur *Responsorum.* Dubito, an recte. Saltem nullus mihi locus succurrit, quo *Jus* pro *Responsis Prudentum* dicatur. Potius *Juris* dicitur pro *Juris Civilis.* Vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 3. *in not. p.* 381. edit. Stockman. Aut, si malis, *Jus* hic quoque accipi potest pro *arte Juris*, seu *Jurisprudentia*, ut saepe alibi.

(17) Hoc argumento Pomponium adversus reprehensionem Heineccii defendit quoque Bach. *loc. modo cit.* Sed Heineccium magis hic sequitur Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 154. Profecto, si caussa, quam adfert Pomponius, apud Augustum aliquid ponderis, & momenti habuerit, quod non nego, vereor tamen, ut unica fuerit, ob quam tale quid Imperator constituerit. Videndus est Heineccius, *locc.* a Bach. & Walch. *citt.*

(18) Scil. *Judicibus.* Ita Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 3. A qua sententia nec alienus videtur Heynius, *loc. cit. p.* 218. *in not.* Sed in sequentibus dicit Pomponius, Sabino a Tiberio concessum fuisse, non, ut *Judicibus*, sed, ut *populo* responderet. Videtur itaque haec Augusti constitutio generalius accipienda, ita ut nemo publice pro JCto habitus fuerit, aut qua JCtus actum aliquem publicum exercere potuerit, sive Judicibus respondendo, sive alia quacumque ratione, nisi cui Jus respondendi esset a Principe concessum. Num autem ulterius constituerit Augustus, *ut non liceret Judicibus ab eorum JCtorum Responsis recedere*, quod colligi posset ex §. 8. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* an vero Tribonianus locum Pomponii ibi male interpretatus sit, ut conjicit Walch. *ad Hopp. Comm. ad d.* §. 8. *Inst.* non est hujus loci diligentius inquirere. Egit ea de re quoque Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 2. §. 1. *num.* 4. *seq.*

(19) Vellem Vir Summus adscripsisset, quae igitur sua hac de

de re esset sententia, eoque magis, quum nec eam prodiderit in *Enarr. h. t.* §. *ult.* ubi Augusti tantum Constitutionis meminit. Pristinam libertatem respondendi restituisse Hadrianum, putat Mascovius, *de Sectis Sabinian. & Proculian. Cap.* 7. §. 5. & *ad Gravin. de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 42. Quae etiam ipsius Gravinae sententia videtur *loc.* a Schult. *cit.* & plurium aliorum Interpretum opinio est, quos secutus quoque est Zepernick, *de Judicat. Centumv.* §. 14. adject. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 356. Pristinam respondendi facultatem JCtis restitutam esse, censet quoque Bach. *in Trajano, p.* 223. Sed putat, illud jam ante Hadrianum factum, & Trajani imperio, quoniam rescripsit Hadrianus, respondendi facultatem peti non *solere*: licet in *Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 5. §. 2. hanc immutationem ipsi Hadriano adscribat. Alia autem est sententia Ant. Fabri, *in Ration. ad h. l.* existimantis etiam post hoc rescriptum Hadriani ex auctoritate Principis de Jure responsum fuisse. Aliter etiam Gebauer. *Exc.* I. *ad* §. 8. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Mihi verbis Pomponii maxime accommodata videtur Sententia Mascovii, quam latius adstruxit Zepernick. *loc. laud.* Verbum autem *solere* ita accipiendum putem, *solere* scil. more antiquo, quem reducere voluit Hadrianus. Sed suspecta mihi sunt verba *& ideo*, quae parum idoneum sensum habent. Haud scio an ea, aberrante Librario, huc relata sint ex sequentibus, pari modo, ac supra observavi ad §. 38. *not.* 4.

(20) Et Jan. Steenwinkel. *Diss. de Cajo Cassio Longino JCto.* Lugd. Batav. 1778. Alios etiam, qui de hoc JCto scripserunt, citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 17.

(21) Varias de hoc loco Pomponii Interpp. sententias recenset Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 27. *seq.* & Jan. Steenwinkel. *d. Diss. Cap.* 4. §. 2. *seq.* Vid. & Almeloveen. *Fast. Consul. p.* 328. & Bach. *d. loc. in not.*

(22) *Eousque* apud Hal. abest. Sed pari modo *post deinde* conjunxit Pomponius, supra §. 17. ubi vid. notata.

(23) A quo *interemtum* esse hunc JCtum, scribit Sueton. *in Neron. Cap.* 37. *Strangulatum*, Juvenal. *Sat.* X. *in pr.* Sed Tacitus, *loc. cit.* ut Pomponius. De qua

pugna vid. Zepernick. *de Cauff. Centumv.* §. 7. adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 250. *in not.* & ibi cit. Wolffahrdt. *Progr. de Supremis vitae diebus Caji Caffii Longini.* Steenwinkel. *laud. Diff. p.* 47. *seq. in not.* Suetonium tantum narrare dicit, quid in animo fuerit Neroni, Caffium nempe e republica submovere. Tacitum vero curatius, quid Nero voluerit, quidque Senatus, oratióne Neronis audita, decreverit; sed Juvenalis locum non attigit. Miror, neque Suetonii, neque Taciti Interpp. ea de re quicquam monuisse.

(24) Etiam Jac. Gothofred. *Manual. Jur. p.* 26. Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 206. *in not.* Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 4. §. 155. *in not.* ibiq. Walch. *p.* 286. & *p.* 287. *in fin.* Sed rectius alii a Masurio Sabino *Sabinianos* appellatos existimant, putantque propter hunc Coelium Sabinum nomen *Sabinianorum* renovatum esse. Vid. *Mascov. de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 2. *pr.* Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 13. & 21. P. N. Arntzen. *Diss. de Mas. Sabino, Cap.* 2. §. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 15. *seq.* Clar. Sax. *Onomast. Literar. Tom.* I. *p.* 214.

(25) Verba sunt: *Pegasus Trierarchi filius, ex cujus Liburnae parasemo nomen accepit, Juris studio gloriam memoriae meruit*, &c. Ita locum recte emendavit Salmas. *in Solin. Polyhist. p.* 403. ut notavit Schulting. ad ed. in 4to.

(26) Alios auctores citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. d. loc.* §. 23. De *Proculo* vid. Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 3. §. 2. Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 227. Bach. *d. loc.* §. 15. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur. p.* 278. *seq.* Hujus nominis plures fuisse, docet Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 38. *in fin.* De *Prisco Javoleno* vid. Hier. van Alphen, *Diss. contin. Spicilegia de Javoleno Prisco JCto*, in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. & quos plures laudat Stockman. *ad Bach. d. loc.* §. 27. De Celso patre, & filio vid. Bach. *d. loc.* §. 22. & 25. & quos ibid. laudat Stockman. Plures hujus nominis fuisse, notat quoque Solan. *ad Lucian. Alexandr. pr.* edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 207.

(27) Add. quos laudat Stockman. *ad Bach. d. loc.* §. 26. De

De verbis, quae apud Pomponium sequuntur, *Celsus quidem & iterum* vid. Balduin. *loc. supra cit. p.* 802. Ant. Augustin. *Emend.* III. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1507. *seq.* & Jac. Curtium, Εἰκαστῶν, II. 22. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 163. Consul *iterum* pro *secundum*, seu *altera vice* frequenter occurrit. Vid. v. gr. Ciceron. *de Divinat.* I. 35. Livium, IV. 30. Eutrop. *Breviar. Hist. Rom.* IV. 17.

(28) Item Reinold. *ad Mercer. Concil. Cap.* 2. *not.* 30. Sed vulgatam lectionem defendit Bynkersh. *ad h. l.* & *Obs.* VII. 6. *in fin.* item Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul. Cap.* 2. §. 6. Nomen *Tusciani* occurrit quoque in *inscript. L.* 18. *Cod. mand.* add. Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 291. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur. p.* 290. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 5. §. 6. Denique de *Salvio Juliano* vid. Heinecc. *Exercit.* XXIV. *Oper. Tom.* II. *p.* 798. *seqq.* & qui plures laudantur apud Bach. *Hist. Jur. loc. modo cit.* §. 4. add. Walch. *d. loc. p.* 289. Male Hug. Grotium, *in Flor. Spars. ad h. l.* hunc JCtum confundere cum Didio Juliano Imperatore, notat quoque Bynkersh. *in Praeterm. ad h. l.*

TITULUS III.

DE LEGIBUS, SENATUSQUE CONSULTIS, ET LONGA CONSUETUDINE (1).

(1) Singulas hujus tituli Leges exposuit Muretus, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 179. *seqq.* & in *ej. Operib. a Ruhnken. edit. Tom.* IV. *p.* 244. *seqq.*

De Legibus] Cicer. *pro Cluent. Cap.* 53. *Mens, & animus, & consilium, & sententia civitatis, posita est in Legibus. Ut corpora nostra sine mente: sic civitas sine Lege, suis partibus, ut nervis, ac sanguine, & membris, uti non potest.* Dio Chrysost. *Orat.* LXXV. — Tam de Ci-

vilibus, quam Philosophorum scitis Themist. *Orat.* XXIII. *p.* 286. *seq.* — De Lege fabula elegans apud Dion. Chrysost. *Orat.* I. *p.* 15. — *Leges* non esse, nisi bonas, vult Cicer. *de Legib.* II. 5. (1). — An Lex ad mores conferat, & quomodo debeat esse brevis, Senec. *Epist.* 94. (2). — Quando paucae Leges sufficiunt, quando plures requiruntur, Rupert. *ad L.* 2. §. 5. *de Orig. Jur.* (3). — De Latore, & Legibus vid. *LL. Wisigoth.* I. 1. & 2.

Longa consuetudine] De ejus & Legis differentiis Dio Chrysost. *Orat.* LXXVI. (4).

(1) Leges *ineptae* criminum caussae. Puttman. *Opusc. Jur. Crim. p.* 315. *seqq.*

(2) Verba ejus sunt: *non probo, quod Platonis Legibus adjecta principia sunt. Legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emissa divinitus vox sit. Jubeat, non disputet. Nihil videtur mihi frigidius, quam Lex cum prologo.* De quo loco Senecae vid. P. J. de Fremery, *Diss. supra laud. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 3. *p.* 73. Ubi adversus Senecam probabiliter observat, Platonem prologos a Legibus separasse, atque ut idem facerent Legumlatores, monuisse. Add. E. C. D'Engelbronner, Disp. Praesi. de H. C. Cras defensa, *de Loco Ciceronis de Legibus*, *p.* 55. Amstelodam. 1802.

(3) *An populi erroribus, & superstitioni Leges accommodare liceat*, disquisivit Js. Matth. van Geuns, Matth. F., Disputatione inaugurali. Traject. Batav. 1798.

(4) Ad hanc Inscriptionis partem pertinent tantum *LL.* 32. — 39. *h. t.*

L. I.

Lex est commune praeceptum, &c.] Plato *in Minoë p.* 564. *seqq.* Vid. ad haec Huber. *de Jure Civitat.* III. 1. *Cap.* 2. (1).

Vel ignorantia contrahuntur.] Vid. *L.* 11. §. 2. *de poen. L.* 2. *h. t.* Senec. *de Clement.* I. 2. *Interim fortuna pro culpa est* (2). Maxime apud Graecos, etiam abs-

absque culpa. Burgius, *Elector. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 317.] Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 24. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 305.] Vid. ad hunc locum Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 6.

Contrahuntur] Facit *L.* 32. *de re judic.*

Coërcitio (3)] Basil. ἐπιςροφὴ.

Communis reipublicae sponsio (4).] Facit huc Plato, *in Criton. p.* 39. Inde dicuntur homines ad servitutem juris se adstringere. Quinctil. *Instit. Orator.* II. 16. Facit huc Augustin. *Confess.* III. 8. *Generale quippe pactum est societatis humanae, obedire Regibus suis.* &c.

(1) Commentatus ad hanc Legem est Const. Landus, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1369. *seqq.* & Cujac. *ad Libb. Papinian. Definitionum.* Vid. & Noodt. *ad h. t. in princ.* Quae hic a Papiniano de Lege praedicantur, encomia magis esse bonae Legis, quam Legis in genere sumtae definitiones, ait Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. add. Valckenaer, *Diss. de Dupl. LL. interpr. p.* 10. *seq.*

(2) Add. Cujac. *Obs.* XIX. 10. & Franc. de Amaya, *Obs. Jur.* I. 3. In seq. Lege dicitur, *coërcitio eorum, quae sponte, vel involuntarie delinquuntur.* Utrumque eodem sensu. Vid. Noodt. *d. loc.* Disputat ea de re quoque Schroder. *Obs.* I. 14. *p.* 93. *seq.* & *Diss. ad L.* 2. *h. t. Cap.* 3. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 25. *seq.*

(3) Vulg. *coerctio.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Al. malunt *correctio.* Sed Florentinam lectionem tuetur Bynkersh. *Obs.* III. 19. *in fin.* & Schroder. *Obs.* I. 14. *p.* 88. & *d. Diss. Cap.* 3. §. 4. *p.* 24.

(4) Postrema haec verba etiam aptari posse ad Principum placita, notat Pothier. *ad h. l.*

L. II.

Εὕρημα μὲν καὶ δῶρον Θεοῦ (1),] Sic de *Philosophia* Cicer. *Tuscul. Quaest.* I. 26. *Philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum* (2).

 Πό-

Πόλεως δὲ συνθήκη κοινή.] Dion. Halic. *Lib.* X. *p.* 629. *in fin.* Συνθήκας γὰρ εἶναι κοινὰς πόλεων τοὺς νόμους, οὐχὶ μέρους τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν οἰκούντων. *Leges enim esse commune totius civitatis, non partis alicujus in republica conventum, & pactum.* Facit huc & Plato, *in Criton. p.* 39. Aristot. *Rhetoric. ad Theodect.* I. *ult.* Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 267.]

Inventum ac munus Dei,] Cujus nutu nisi omnia dicamus regi, frustra sit de jure disputatio. Cicer. *de Legib.* I. 7.

Ad cujus praescriptum omnes, qui in republ. sunt, vitam instituere debent.] Vid. Stobaeum, *Sermon.* XLII.

Sed & Philosophus summae *Stoicae sapientiae* &c.] D. Goth. *in not.* „ Al. *summus*, &c." Menag. *ad Diog. Laert.* VII. 183. magis inclinat, ut legatur *summae*, & τὸ *Stoicae* sit e glossemate. Basilic. scholia utrumque habent. [*Tom.* I. *p.* 36.] (3).

Stoicae sapientiae] Quam secuti multi JCti. Cujac. *Obs.* XXVI. 40. Merill. *Obs.* I. 8. & quae inde manarint, Gravin. *de Ort. & Progress. Jur. Civ.* I. 44. & *Cap.* 45. id maxime in Proculianis (4) obtinuisse ait.

Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείωντε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων (5).] Auctor hujus sententiae Pindarus, teste Herodoto, III. 38. (6), qui id extendit valde. Aliter Origen. *Contra Celsum*, V. *p.* 155. 158. Plutarch. *ad Princip. indoctum*, *p.* 780. ubi plura. — Dion. Chrysost. *Orat.* LXXV. περὶ νόμου. βασιλεὺς ἀνθρώπων, καὶ θεῶν. Jo. Chrysost. *Tom.* V. *Serm.* 4. *p.* 13. [ed. Eton. edit. de Montfaucon. *Tom.* IV. *p.* 662.] Ἄρχοντες ἀρχόντων εἰσὶν οἱ νόμοι. Plato, *Conviv. p.* 1189. τῆς πόλεως βασιλεῖς νόμοι (7).

Προστατικὸν μὲν ὧν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέων.] Alio sensu haec accipit JCtus, quam ipse Chrysippus. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1302.] Burgius, *Electo*r. *Cap.* 5. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 318. *in fin.*] legit: προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν

δὲ

δὲ ὧν οὐ ποιητέον. Προστακτικὸν Basilic. Schol. *Tom.* I. *p.* 36. (8), a quibus abest ζώων.

Praeceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum.] Cicer. *de Legib.* I. 6. *Lex est ratio summa insita in natura, quae jubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria* (9).

(1) De his verbis vid. & Pancirol. *Var. Lect.* II. 3. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1115. & Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 6. *in fin. & seq.* Dissertationem ad hanc Legem docte conscripsit Schroder. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 5. *seqq.* quam maximam partem inseruit *Obs. Jur. Civ.* I. 14. *seq.* Versiones Latinae locorum Demosthenis, & Chrysippi in Cod. Flor. non exstant.

(2) Add. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Just. & Jur. not.* 8.

(3) *Summus* mavult Schroder. *dd. locc.*

(4) Minus recte. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 47. *de orig. Jur. not.* 5. Ceterum, quantopere Romani titulo *Philosophi Stoici* honestati fuerint, intelligitur ex pluribus saxis sepulchralibus, & id genus aliis, in quibus titulus *Philosophi Stoici*, honoris caussa, adjectus legitur. Vid. v. gr. Gruter. *Inscript. p.* 388. *num.* 5. *p.* 418. *num.* 11. *p.* 426. *num.* 10. Gud. *Inscript. p.* 210. *num.* 7. *p.* 221. *num.* 6. *p.* 224. *num.* 2. add. Diss. supra laud. Jan. Steenwinkel. *de Cajo Cassio Longino, p.* 32. *seq. in not.*

(5) Sequitur: δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα. Pro quo H. Cannegiet. *Diss. de Vet. Lege Roman.* &c. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 89. & *Obs.* IV. 3. *p.* 369. substituit καὶ τῶν αἰσχρῶν ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 4. *p.* 250. Cannegieteri conjecturam probabilem dicit Schroder. *d. loc. Obs. p.* 99.

(6) Clem. Alexandr. *Stromat. Lib.* I. *in fin. p.* 356. νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, λέγει Πίνδαρος. *Lex regina est omnium mortalium & immortalium, dicit Pindarus.*

(7) Alia loca Platonis huc pertinentia citantur a Phil. Guil. van

van Heusde, *Specim. Critic. in Platon.* p. 112. & *seq.* Lugd. Batav. 1803.

(8) Sic etiam in Pand. Flor. legitur: recte. Vid. Grotium, *in Flor. Sparsion.* p. 90. *seq.* & Schroder. *dd. locc.* Pleraeque tamen editiones, etiam Russardi, & Charondae, προςατικὸν servant; sed Hal. quoque προστακτικὸν habet. De quo nihil a Brencmanno, vel Gebauero monitum miror.

(9) Ad quem locum vid. Turneb. *Oper.* Tom. I. p. 107. & *Philipp.* XI. *Cap.* 12. *Est enim Lex nihil aliud, nisi recta, & a numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria.*

L. III.

POMPONIUS *Lib.* XXV. *ad Edictum.*] Occasione *obligationum.*

Ut dixit Theophrastus,] In Libris περὶ νόμων, ut putat Menag. *ad Diog. Laërt.* p. 208. (1).

In his, quae ἐπὶ τὸ πλεῖςον &c.] Huber. *in Praelect. ad h. t.* §. 3. explicat, Leges curare (2) id, quod ut plurimum evenit, & in summa est utile, etsi contra singulos aliquando sit: Facit *L. pen. de Just. & Jur.* verb. *quod omnibus, aut pluribus.* add. Livium, XXXIV. 3. & Tacit. *Annal.* XIV. 44. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.*

(1) Vid. & Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 4. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. p. 1116. & Schroder. *Obs.* II. 1. ubi hanc Legem explicuit.

(2) Sive potius, *ordinari debere secundum id, quod* &c. Seu, ut ait ipse Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. *Leges, dum in commune aliquid sanciunt, non illa, quae raro, & ex inopinato emergunt, curae habere; sed ad ea, quae ordinarie fiunt, aptari.* Exemplum est in definitione temporis partus legitimi, pubertatis, &c. add. Jac. Gothofred. *in Comm. ad L.* 64. *de reg. Jur.* Haec etiam mihi videtur vera harum Legum sententia. In quibus adeo non docetur, non esse ferendas Le-

Leges etiam de casibus raris, & insolitis: praeterquam enim quod in Jure Romano plura exstant exempla Legum, de casibus raris, & insolitis latarum, publice quoque expedit, etiam de ejusmodi casibus Leges ferri, ne alioquin, si quando tales casus eveniant, inde juris incertitudo oriatur. Ceterum Hal. edidit: *in his quae ἐκ παραλόγου ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt:* male. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1550. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. IV.

Ex his, quae forte uno (1) *aliquo casu* &c.] Conf. *L.* 9. §. 4. *de interrog. in Jur. fac.* add. *L.* 3. *si pars hered. pet.*

(1) Secundum Basilic. legendum foret *uni:* vertunt enim, οὐδὲ ἀπὸ τῶν δυναμένων ἑνὶ συμβῆναι. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VI.

PAULUS *Lib.* XVII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 3. *si pars hered. pet.* (1).

Τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς &c.] Alludit Gregor. Nazianz. *Orat.* XXXIX. *p.* 633. ἀλλ' οὐ νόμος Ἐκκλησίας, τὸ σπάνιον. *At pro Ecclesiae Lege nequaquam censendum est, quod raro accidit* (2).

(1) In cujus fine haec Theophrasti sententia exstat. — In Vulg. hanc Legem superiori perperam annecti omissa inscriptione, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Alludit etiam Imp. Justinianus in *Nov.* 94. *Cap.* 2. Similia dicta ex Graecis Scriptoribus collegit Fabrot. *Exercitat.* II. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1177. *seq.* & ex eo L. Trip. *Diss. de Parte ventris hereditar.* *Cap.* 3. §. 5. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 51.

L. VII.

Legis virtus] Quae differt a *Juris praeceptis*, Noodt. in

in Jul. Paulo, Cap. 10. & praeceptis Philosophorum. Senec. *Epist.* 94.

Imperare, vetare, &c.] Quinctil. *Instit. Orator.* VII. 5. *Lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit.* Isidor. *Origin.* V. 19. (1).

(1) Egit de hac Lege quoque Noodt. *ad h. t.* vs. *Vidimus Legis &c.* & Schroder. *Obs.* II. 2. *p.* 108. *seqq.* ubi & alii auctores citantur. add. Idem, *Diss. ad L.* 2. *de Legib. Cap.* 3. §. 1. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 21. *seq.* Dissertationem Frid. Lud. Doering. *de Quadruplici Legis virtute*, Erford. 1776. citat Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Just. & Jur. p.* 99. *in not.*

L. VIII.

ULPIANUS *Lib.* III. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 6. *de lib. & post. hered. instit.*

Jura non in singulas personas &c.] Et iniqua sunt, quae contra jus generale sic statuuntur. *Consil. Ultraject.* III. 25.

L. IX.

IDEM *Lib.* XVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de fideic. hered. petit.* (1).

Non ambigitur, Senatum jus facere posse.] Plin. *Lib.* IV. *Ep.* 9. Sed consensu, & saepe ad Orationes Principis. *L.* 20. §. 6. *de petit. hered. L.* 16. *de rit. nupt. L. pen. ad SCtum Tertull.* & alibi. Vid. Huber. *Digress. Justin.* I. 3. (2). — Non ita tempore Justiniani (3). Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* II. 1. §. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1149.]

Jus] Unde & SCta *Leges* dicuntur. Tacit. *Annal.* XI. 13. & *L. ult.* §. 1. *de termin. moto.* add. *L.* 6. *de feriis*, & *L.* 16. *de pignorat. act.* (4).

(1) Unde colligitur, Ulpianum haec scripsisse occasione *SCti Trebelliani.* vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Hal. habet *Lib.* XIII.

(2) Add. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 3. §. 1.

(3) Neque etiam tempore Liberae Reipublicae. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 9. *de Orig. Jur.* Adeoque quod hoc loco docet Ulpianus, ita accipiendum, ut de eo aetate JCti non ambigeretur. add. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Legum interpr. p.* 46. *seq.*

(4) Add. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 2. §. *ult.* Non tamen SCtis actiones civiles improbari potuisse, censet Brencman. *de Eurematic. Cap.* 3. *p.* 53. probante Stockman. *ad Bachium, d. loc. sect.* 3. §. 1. qui dissentit.

L. X.

JULIANUS *Lib.* LIX. Digestorum.] Junge *L.* 6. & 8. *de suis & legit. hered.* (1).

Neque Leges, neque SCta ita scribi possunt, &c.] M. Senec. *Controv.* XXVII. *Et scriptum Legis angustum est, interpretatio diffusa est: quaedam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent.* &c.

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.* Quem & vid. *ibid.* de *seq. L.* 11. ubi quoque notat, JCtum appellatione *optimi Principis* intelligere *Hadrianum:* de quo dubito. Certe doctrina Juliani generalis est, & cujusque boni Principis officium complectitur. Generaliter quoque vertunt Graeci, *Tom.* I. *p.* 30. τὸν βασιλέα δεῖ ἑρμηνεύειν. In *L.* 10. τὸ *et* in verbis *sed sufficit et ea*, &c. apud Hal. abesse, neque hanc particulam agnoscere Schol. Basilic. *Tom.* I. *p.* 37. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XII.

IDEM *Lib.* XV. *Digestorum.*] Agens de *in factum actionibus*, vel *aestimatoria* potius (1).

Non possunt omnes articuli singillatim (2) &c.] Quinctil. *Declam.* 252. *Diligentissime majores hanc videntur excogitasse Legem, quod cum scirent, nullam tantam esse prudentiam, nullam immo tam certam divinationem, ut omnia quaecumque ingeniis malorum excogitari unquam potuissent,* pro-

providentia caventium videret: hac Lege omnem malitiam veluti quadam indagine, cinxerunt &c. & *Declam.* 331. *Nulla tanta providentia potuit esse eorum, qui Leges componebant, ut species criminum complecterentur. Nam & semper caventes nequitia vicisset: & jus ita multiplex atque diffusum esset, ut pro incerto haberetur ignotum. Fecerunt ergo, ut rerum genera complecterentur, & spectarent ipsam aequitatem. Multa ergo invenientur frequenter, quae Legum verbis non teneantur, sed ipsa vi & potestate teneantur.* & *Declam.* 350. *Nulla tanta esse potuit prudentia majorum, quamquam fuit summa, ut ad omne genus nequitiae occurrat. Ideoque per universum, & per genera singula conscripta sunt jura.* Late Cicero, *pro Caecin. Cap.* 18. add. Victorin. *ad Ciceron. Rhetoric.* II. *p.* 226. Platon. *de Legib. Lib.* VI. *p.* 867.

Ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.] Facit huc locus elegans Plutarch. *de Audiend. Poëtis*, *p.* 34. ὡς γὰρ Φαρμάκου πρὸς ἓν ἁρμόσαντος νόσημα, τὴν δύναμιν καταμαθόντες οἱ ἰατροὶ μετάγουσι καὶ χρῶνται πρὸς πᾶν τὸ παραπλήσιον, οὕτω καὶ λόγον κοινὸν καὶ δημοσιεύειν τὴν χρείαν δυνάμενον, οὐ χρὴ περιορᾷν ἑνὶ πράγματι συνηρτημένον, ἀλλὰ κινεῖν ἐπὶ πάντα τὰ ὅμοια. *Ut enim Medici ad certum morbum adhibito medicamento, id facultate ejus perspecta transferunt, deinde & accommodant ad quaecunque similia: sic orationem quoque communem, & quae usum suum publicare possit, non debemus uni affixam rei relinquere, sed ad omnia similia traducere.* add. *L.* 27. *h. t.* & Quinctil. *Instit. Orator.* I. 6.

(1) Secundum Cujacium, *loc. modo cit. in expl. h. l.* de *contracto emtionis venditionis*, & exemplum ponit in *L.* 34. §. *ult. de contrah. emt.* Vid. de hac Lege quoque Jo. Mercer. *Opinion.* I, 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1560. *seq.*

(2) Hal. *singulatim*, quo modo scribendum putat Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 9. & Cortius, *ad Sallust. Ca-*

Catilin. Cap. 49. *num.* 4. Sed *singillatim* praefert Graevius, *ad Sueton. in August. Cap.* 57. edit. Oudendorp. p. 261.

L. XIII.

ULPIANUS *Lib.* I. *ad Edictum Ædilium Curulium.*] Junge *L.* 1. *de Ædilit. Edict.*

Bona occasio est (1), *cetera quae tendunt ad eandem utilitatem*, &c.] Tertullian. *de Cultu feminar.* II. 2. *Nulla enuntiatio Spiritus Sancti ad praesentem tantum materiam, & non ad omnem utilitatis occasionem, dirigi & suscipi debet.*

Jurisdictione] Id est, *edicto* (2), quod tunc maxime necessarium, cum interpretatio non potest eo pervenire, quo volumus. Facit §. *ult. Inst. de L. Aquil.* — Quae ex interpretatione, sunt *civilia*, quae ex jurisdictione, *honoraria remedia.*

(1) *Bona occasio est — suppleri*, pro *supplendi.* Sic etiam Plaut. *in Captiv.* II. 3. *Vs.* 63. *seq.*

Nunc adest occasio
Benefacta cumulare.

& *in Poenul.* V. 6. *vs.* 42.

Facere occasio est.

Alia ejusmodi locutionis exempla plura dabunt Drakenborch. *ad Liv.* III. 4. 9. Cortius, ad Sallust. *Jugurth. Cap.* 89. *num.* 3. Sanctius, *Minerv.* III. 6. Bynkersh. *Obs.* V. 5. *circa fin.* Burman. *in Obs. Miscellan. Vol.* VIII. *p.* 370. *seq.* Ridendus adeo Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 3. malam hanc versionem putans verborum εὔκαιρόν ἐςι τὸ ἀναπληροῦσθαι, ut graece scriptum fuisset.

(2) Aliter Papillonius, *loc. supra cit. p.* 612. qui *jurisdictionem* hic potius accipit pro *officio ejus, qui jurisdictioni praeest*: nam is ad similia procedere debet, atque ita jus dicere, ut praec. Lege definitur. Non male illud quidem; ratio tamen, qua utitur, ab Edicto perpetuo desumta, non per omnia procedit. Retinuerunt enim

enim Praetores haud dubie, etiam post illud Edictum conditum, *juris supplendi* potestatem. Vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 8. *p.* 161. *seqq.* & Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 4. §. 4.

L. XIV.

PAULUS *Lib.* LIV. *ad Edictum.*] Pertinet ad *usucapiones.* Vid. Jac. Gothofred. *in Comm. ad L.* 141. *de reg. Jur.* (1).

(1) Ubi eadem regula occurrit, nisi quod ibi legatur *ad consequentia.* Sed forte etiam ibi *consequentias* legendum, ut hic. Vid. Jac. Gothofred. *in Comm. ad d. l.* & Ang. Jac. Cuperum, *Obs. Select. de Natura possession. p.* 73. *in not.* Saltem *consequentias* Nostri frequenter dicunt. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 412. add. Brisson. *de V. S.* voc. *consequentia.* Ceterum, non omnes JCtos Veteres aeque stricte huic regulae semper inhaesisse, apparere potest ex iis, quae notavi inferius ad *L.* 9. *de Jurisdict.*

L. XV.

JULIANUS (1) *Lib.* XXVII. *Digestorum.*] Agens forte de *testamentis militum* (2).

(1) In Basil. haec Lex prae se fert nomen Ulpiani: male. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 2.

(2) De *bonorum possessione ex testamento militis* secundum Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* Vid. de hujus Legis Sententia quoque Perrenon. *Animadv.* I. 10. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 605.

L. XVI.

Jus singulare est &c.] Ut *L.* 23. §. 3. *de fideic. libertat. L.* 44. §. 3. *de usurp. & usuc. L.* 44. §. 1. *de adq. vel amitt. poss.* (1)

(1) Quid sit *tenor rationis* exponit Papillon. *loc. supra cit. p.* 613. Vid. de hac Lege quoque Gluck. *Ausfuhrl.*

erlaut. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Constitut. Princip. p. 542. *seqq. in not.* & ibi cit. F. C. Conrad. *Diss. ad Jul. Paul. ex Libro singul. de Jure singulari reliqua.* Lipf. 1728. Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Albert. van Nievelt. Lugd. Batav. 1767.

L. XVII.

Scire Leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.] Cicer. *pro Caecin. Cap.* 28. Basilic. Schol. [*Tom.* I. *p.* 37.] allegant *L.* 19. *ad exhibend.* — Sic & Stoici de placitis. Merill. *Obs.* I. 26. (1). add. Dion. Chrysost. *Orat.* XXXVI. *p.* 442. ubi de vulgo nomina sciente, & eruditis, qui vim eorum norunt.

Vim] Quinctil. *Declam.* 271. *pr. Si haec* vis *est legis istius* &c. & *Declam.* 268. *pr. Lex contentionis* &c. *ex testamento patris pendet: cujus* vis *non est ea* &c. Sic *potestas, L.* 11. §. 5. *ad L. Falcid.* (2).

(1) Qui putat Celsum hic exprimere Zenonis monitum apud Diog. Laërt. VII. 22. μὴ τὰς φωνὰς καὶ τὰς λέξεις δεῖν ἀπομνημονεύειν, ἀλλὰ περὶ τὴν διάθεσιν τῆς χρείας τὸν νοῦν ἀσχολεῖσθαι. *Non circa voces & dictionem memoriam, sed circa dispositiones intelligentiamque utilis sententiae mentem exercere oportere.* & sic quoque Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul. Cap.* 6. §. 2. *in fin.* Sed vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. Praelim. circa fin.* Ceterum *non, sed* hic sumi pro *non tantum, sed etiam* monuit quoque J. H. Boehmer. *Praefat. de Interpretationis Grammaticae fatis, & vario usu in Jure Romano*, §. 1. praemissa *Operi Brissonii de Verb. Signific.* Vid. & Galvan. *de Usufruct. Cap.* 1. Cujusmodi locutionis cum apud Nostros, tum apud alios Scriptores Latinos plura exempla exstant. vid. Ant. Augustin. *Emend.* II. 1 in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1466. *seq.* Bynkersh. *Obs.* IV. 3. Duker. *ad Flor.* II. 2. *num.* 20. Auctor. *Obs. Jur. Civ. p.* 19. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 33. & in *ej. Opusc. syllog. p.* 116. aliosque.

(2) Verba haec *vis & potestas* saepe in jure conjunguntur. Vid. Westenberg. *ad tit. Pand. de Tutel.* §. 5. Videntur tamen passim esse synonyma, adeoque ita accipien-

pienda, quasi scriptum esset *vis*, *id est*, *potestas*, aut *vis*, *seu potestas*. *Et*, *que*, *ac* saepe esse particulas exegeticas docet Drakenborch. *ad Liv.* II. 42. 6. VI. 16. 8. XXXVIII. 49. 5. add. Forster. *Obs. Subseciv.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 926. & Schroder. *Obs.* I. 3. *p.* 15.

L. XVIII.

IDEM *Lib.* XXIX. (1) *Digestorum.*] Junge *L.* 60. *de hered. instit.* *L.* 19. *de manum. vind.*

(1) Olim Flor. scriptum fuisse XXVIII., sed postea duas unitates intrusas, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XIX.

IDEM *Lib.* XXXIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 191. *de reg. jur.* Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. p.* 386. (1).

(1) *Significatio*, *quae vitio caret*, est, per quam fit, ne quid male, & absurde constitutum videatur. Vid. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Ceterum, in Cod. Flor. pro *vitio* scriptum fuisse *vitlo*, sed statim inductam esse literam *t*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. unde conjicit legendum *quae vi caret*. *Significatio* autem, *quae vi caret*, Brencmanno est, quae non est contorta, sed simplex, pura, recta. Sed vulgatam lectionem confirmant Graeci, qui habent ἀνεπίληπτον ἑρμηνείαν, ut ipse quoque Vir Doctissimus fatetur.

L. XX.

Non omnium, *quae a majoribus constituta sunt* (1), *ratio reddi potest.*] Diomedes, *Lib.* II. *Auctoritas tantum secundum Veterum lectionem recepta*, *nec ipsorum tamen*, *si interrogentur*, *cur id secuti sint*, *scientium*. Add. Plutarch. *De his qui sero a Numine puniuntur*, *p.* 550. (2). Facit Goris, *ad Consuet. Velav. Tit.* 14. *art.* 23.

(1) Ad haec verba *constituta sunt* in altera edit. in 4[to] adscripsit: *non inventa interpretatione, quae ratione debent constare.* Varias de hac & seq. Lege Interpretum sententias recenset Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 1. §. 9. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 338. *seqq.* & Martin. Gousset. *Diss. de Ratione, ejusque circa Leges effectu, ad L.* 20. & 21. *D. de Legib.* Lugd. Batav. 1740. Vid. & Cujac. *Obs.* VIII. 12. & *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* Casp. Barth. *Adversar.* XXX. 1. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 25. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 795. Fopp. ab Æzema, *Diss. Jur. Civ.* II. 21. in eod. Thes. *ibid. p.* 834. Van de Water, *Obs.* I. 4. *pr.* Equidem putem, plerosque Interpretes falli in eo, quod hanc & seq. Legem ad materiam referant de *Legum interpretatione*, cum potius, ut ipsa verba satis ostendunt, ad casum pertineant, quo Lex quaedam clara est, & certa, adeoque proprie interpretatione non indiget. Quando igitur jus, ea Lege constitutum, sequendum, licet ratio lateat, ob quam id ita constitutum sit: *alioquin enim multa ex his, quae certa sunt*, adeoque dubium nullum habent, *subvertuntur*, id est, subverti possunt, eo scil. sub praetextu, quod eorum ratio non appareat. Conf. *L.* 9. *de religios.* & *L.* 12. §. 1. *qui & a quib. manum.* Huc etiam redire videtur sententia Noodtii, *in Comm. ad h. t.* vs. *Huc usque egi* &c. add. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 1. *p.* 4. *seq.* Est igitur harum Legum doctrina generalis, sive de Jure quodam singulari agatur, sive de privilegio, sive de alio quo jure, ut nempe, quoties Lex certa est, & indubitata, eam sequi debeamus, licet ratio ejus lateat. Neque adeo videntur hae Leges ad *jura singularia* restringendae; eoque minus, cum in ipso jure singulari earum doctrina non aliter procedat, nisi jus illud certum sit, & indubitatum, & proinde interpretatione proprie non indigeat: alioquin enim etiam in illius juris singularis rationem inquirendum, cum Legis ratione omnis interpretatio nitatur.

(2) Laudavit hunc locum Plutarchi etiam Noodt. *Obs.* I. 2. De quo vid. Wyttenbach. *in Animadv. ad d. loc. p.* 25. *seq.* ubi monuit pro ἕτεροι δὲ ἀκολουθεῖ κ. τ. λ.

Reiskium legere ἑτέροις δὲ πωλοῦσι. Sic hunc locum jam excitavit Hotoman. *ad tit. Inst. de testam. ordinand. Oper. Tom.* II. *p.* 294.

L. XXI.

Alioquin multa ex his, quae certa sunt, subvertuntur.] Ergo non debet hoc fieri, ut ea non servemus. Facit huc Tertullian. *de Coron. Cap* 2. (1).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5.

L. XXII.

Cum Lex in praeteritum &c.] Vid. de hac Lege Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 2. (1).

(1) Ubi vulgatam lectionem defendit contra alios, Legis verba transponentes. Ad *seq. L.* 23. quaedam loca Veterum congessit Grotius, *in Flor. Sparf. p.* 96. *seq.*

L. XXIV.

Incivile est, nisi tota Lege perspecta (1) &c.] Apulej. *Apolog.* ubi Scip. Gentil. *num.* 813. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 279.] Facit huc Cicero, *de Invention.* II. 40. Sext. Empiric. *Adv. Mathemat. p.* 71. Clem. Alexandr. *Stromat. Lib.* VII. *p.* 757. *in fin.* Chrysost. *Tom.* V. *Serm.* 22. *p.* 172. [ed. Eton. edit. de Montfaucon. *Tom.* VI. *p.* 162. *fin.* & *seq.*] add. Forner. *Rer. Quotid.* III. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 209.] (2) Rittersh. *Sacrar. Lection.* VII. 8.

(1) Florentiae initio scriptum fuisse *persecta*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui putat, id defendi posse, ut idem sit, ac *tota lege in partes secta:* quod non probo. Noluit enim JCtus, Legem in partes secari, sed incivile dicit, de aliqua Legis particula judicare, nisi totam Legem perspectam habeamus. Ceterum verbum illud *persecta* jam antiquitus correctum esse, ipse quoque Brencm. testatur. Basil. habent; οὐ δεῖ δικάζειν,

ἢ

ἢ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ προκομιδῆς μέρους νόμου. *Incivile* pro *incongruum*, *iniquum* &c. frequenter Nostri dicunt. Vid. Brisson. *de Verb. Sign. h. voc.* Locum Apuleji citat quoque Noodt. *ad h. t.* vs. *Incidit vero* &c.

(2) Et Ranchin. *Var. Lection.* I. 11. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 920. Vid. & Grotium, *in Flor. Sparf. p.* 94. *seq.*

L. XXV.

Nulla juris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter &c. (1)] Facit huc Quinctil. *Declam.* 277. *Dixero, Lex pro me scripta erat: non potest videri contra me valere.* Vid. Chesium, *de Different. Jur. Cap.* 78. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 849. *seqq.*] Idem in *pactis* &c. Cyriac. *Controv.* 63. *num.* 48. *seqq.* Late *Controv.* 291. *num.* 30. *seqq.*

(1) Simile docetur in *L.* 6. *Cod. eod.* add. Cujac. *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.* Pro *producamus* etiamnum in Cod. Flor. legitur *producemus*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui id non damnat. Certe post *ut* caussale cum apud Nostros, tum apud alios Scriptores Latinos nonnunquam *Indicativus* sequitur. Vid. Schroder. *Obs. p.* 56. & ibi citt. auctores.

L. XXVI.

Non est novum, ut priores Leges (1) *ad posteriores trahantur.*] *L.* 2. §. 1. *de noxal. action.* Immo & jus vetus antiquatum consideretur in novo condendo, etiam ab illis, quibus antiquum displicuit. *L. ult. Cod. Theod. de legit. hered.* [*Tom.* I. *p.* 475.] ubi Jac. Gothofred.

(1) De iisdem rebus, aut personis latae. Vid. de hac & seq. Lege Cujac. *ad Lib.* IV. *Paul. Quaest.* add. P. A. Brugmans. *Diss. de Collatione Legum, ejusque usu in earum interpretatione.* Groning. 1792. Pro *pertinerent* in *seq. L.* 27. Hal. edidit *pertineant.*

G 2 L. XXVIII.



L. XXVIII.

PAULUS *Lib.* V. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Caducariam, Cap.* 30. *& in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 235. *seq.*] Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 410. (1).

Sed & posteriores Leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint:] Fit hoc & in aliis juribus. D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 6. *p.* 59. *seq.* [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 16.]

(1) Qui a Gothofredo dissentit.

L. XXIX.

IDEM *Lib. Singulari ad Legem Cinciam.*] Vid. Brummer. *ad L. Cinciam, Cap.* 8. *p.* 116. (1).

Qui id facit, quod Lex prohibet:] Basilic. τὸ ἐναντιωθῆναι τοῖς ῥήμασι τοῦ νόμου.

(1) Est hoc unicum Fragmentum, quod ex Pauli *Libro singulari ad L. Cinciam* superfit. Vid. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 1. *not.* 3. Speciem Legis dat Burgius, *Elector. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 339. Quae tamen vera non est, si caput illud L. Cinciae, quo *certus modus donationibus statutus esset*, spurium sit, uti revera est. Vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 1. §. 34. & ibi citatos De Retes, & Meerman. *Sententia Legis* idem est, quod *ratio Legis*. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 1. §. 33. *in not.*

L. XXX.

ULPIANUS *Lib.* IV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. §. 7. *de pactis* (1).

Fraus enim Legi fit &c.] Vid. *L.* 16. *de Jur. patron.* — Hoc in omni jure factum a JCtis, contendit Cicero, *pro Muren. Cap.* XII. (2) & fieri posse, queritur Imp. Theodosius, *Novell. Tit.* XI. 2. & *Tit.* XIV. 2. — *Furtum*

tum juri facere, Quinctil. *Declam*, 248. Sed tamen id videtur ibi dici paulo aliter.

(1) Add. Noodt. *de Pact. & Transact.* *Cap.* 16. *pr.* & Schulting. *in Enarr. tit. de pact.* §. 26. *in fin.* Ceterum potest fraus Legi variis modis fieri; non male tamen Muretus, *ad h. l.* secutus Accursium, observat, quatuor praecipue modis id contingere, nempe, vel *commutatione rerum*, vel *commutatione personarum*, vel *commutatione contractuum*, vel denique *modo contrahendi*, quae singula exemplis illustrat. De ipsa locutione *fraudem Legi facere* quaedam notavit J. F. Gronov. *in Lection. Plautin. p.* 221. *seq.* & pulchre admodum Paulum hic distinguere *contra Legem facere*, & *in fraudem Legis facere*, notat Drakenborch. *ad Liv.* I, 24. 5.

(2) Sed vid. Jo. Luzac. *Observ. Apologet. pro JCtis Rom.* ubi & *pag.* 78. *not.* 16. ad hanc Legem quaedam adnotata sunt. Voces ῥητὸν ἀπὸ διανοίας de Rhetoribus Graecis sumtas esse, observat Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 98.

L. XXXI.

IDEM *Lib.* XIII. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caducar. Cap.* 30. & *in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 235. *seq.*] Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 396. *seq.*

Princeps Legibus solutus est:] Dion. Chrysost. *Orat.* LXII. *p.* 588. Τίνι δὲ ἀκριβεστέρας δικαιοσύνης, ἢ τῷ μείζονι τῶν νόμων; κ. τ. λ. *Cui accuratiore opus justitia, quam qui est supra Leges?* &c. (1). Negat, de *consuetudine* hoc verum, *Orat.* LXXVI. *p.* 649. Καὶ τῶν νόμων μὲν εἰσὶν οἱ βασιλεῖς ἐπάνω, καὶ πολλὰ πράττουσι παρὰ αὐτοῖς. τοῖς δὲ ἔθεσι κἀκεῖνοι κατακολουθοῦσι. *Et Reges quidem sunt supra Leges, multaque praeter eas faciunt; consuetudines autem ipsi quoque sequuntur.* Quod de ea, quae est Juris Civilis, vix procedit.

Legibus] Primo tantum *quibusdam*, ut ex verbis SCti constat apud Gronov. *de Lege Regia*, *p.* 68. post *omnibus*,

Dio Cass. *Histor.* p. 509. adeoque verba haec de *Civilibus* in genere possunt accipi (2), & sic Merill. *Obs.* VIII. 19. etsi illa nimis evagetur. — Hadrianus petiit veniam *Legis annariae.* Capitolin. *in D. Marco*, *Cap.* 5. Marcus Commodo. Lamprid. *in Commod. Cap.* 2. — D. Goth. *in not. Poenariis* &c. Matth. *de Crimin.* p. 301. Huber. *Digress.* I. 18.

Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, &c.] Non omnia. *L.* 57. *de Legat.* 2do.

(1) Pertinet huc etiam locus Plinii, *in Panegyr. Cap.* 65. *Quid ergo nunc primum audio, nunc primum disco? non est Princeps supra Leges, sed Leges supra Principem;* &c. Add. Grotium, *in Flor. Sparf.* p. 98. *seq.*

(2) Sic quoque Schulting. *in Thes. Controv. Dec.* 2. §. 6. licet *in Enarr. tit. de Constit. Princip.* §. 8. eorum sententiam probet, qui verba haec non de *omnibus* Legibus Civilibus intelligunt, sed de iis, quibus Principes Romani revera soluti fuerunt, vel magis in specie de *Legibus Caducariis.* Quae etiam est sententia Cujac. *Obs.* XV. 30. aliorumque, quos citat Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Justit. & Jur.* p. 274. *in not.* qui ipse priorem Schultingii opinionem amplectitur, quam late defendit Wachendorff. *Diss. de Principe Legibus soluto.* Egerunt de hac quaestione quoque Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 348. Zach. Huber. *in Diss. Jurid. & Philolog. Part.* II. *p.* 41. *seqq.* Püttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 19. *p.* 90. Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Legum interpr. Cap.* 5. *p.* 59. *seqq.* Mihi videtur Ulpianus sub *Legibus* nullam hic aliam Legem intellexisse, nisi Legem Juliam & Papiam Poppaeam, quae non tantum saepe simpliciter *Lex* appellatur, sed etiam aliquando plurali numero *Leges.* Vid. v. gr. *L.* 49. *de rit. nupt.* & *L.* 3. §. 1. *de concubin.* Saltem occasione ejus Legis JCtum haec scripsisse, constat ex Legis inscriptione. add. Heinecc. *loc. a Schult. cit.* & Schroder. *Obs.* II. 3. *p.* 111. *seqq.* Si quis tamen putet, Legem hanc ex mente Compilatorum Pand. generalius intelligendam esse, possint sub *Legibus* comprehendi omnes il-

illae Leges, quibus Principes Romani revera soluti fuerunt, id est, quarum gratia Principibus Rom. a Senatu Populoque Rom. facta est. Aut, si quis etiam latius progredi velit, & omnes Leges Civiles intelligere, tunc phrasis *Legibus solutus* sensu minus proprio accipienda est pro *Legibus non teneri*, *non obstrictum esse*: quo sensu phrasis haec sumi videtur in *L.* 23. *de Legat.* 3°. & alibi; & quo sensu Principes Romani, tanquam Summi Imperantes, dici possint omnibus Legibus Civilibus soluti. Ceterum Sam. Petit. *ad LL. Attic.* III. 2. §. 29. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 335. locum hunc ita interpungendum putat: *Princeps Legibus solutus est: Augusta autem licet, Legibus soluta non est: Principes* &c. Sed vid. Wesseling. *ad d. loc. Petit.* Trotz. *Memor. propag. p.* 257. Gebauer. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Licet* nonnunquam Indicativo jungi a JCtis, jam notavit Vossius, *de Arte Gramm.* VII. 67. add. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 14. *not.* 6. Neque adeo quoque necesse, ut pro *est* cum Hal. reponamus *sit*.

L X X X I I.

JULIANUS *Lib.* LXXXXIV. *Digestorum.*] *Lib.* LXXXIV. MS. Florent. alia manu x superscriptum, teste Gronovio (1).

De quibus caussis scriptis Legibus non utimur, &c.] Vid. *LL. Longobard.* II. 42. 6.

(1) *Emend. Pand. p.* 70. Testatur quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Florentiae scriptum fuisse LXXXIIII. sed mox quartum denarium inter L & primum superne adjectum. In Basil. hanc Legem male tribui *Ulpiano*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 2. & Dominic. van Hoogwerff. *Obs. ex Var. Jur. mater. desumt. Cap.* 1. §. 2. Lugd-Batav. 1757. Vid. de hac Lege & Cujac. *ad Libb. Julian. Digest.* In verbis *moribus & consuetudine* particulam *et* sumi pro *id est*, monet Schroder. *Obs. p.* 16. add. notata superius ad *L.* 17. *h. t. not.* 2. Pro *urbs Roma* Vulg. habet *urbs Romana*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Utrumque recte dicitur. Vid. Arntzen.

zen. ad Aurel. Victor. *de Vir. Illustr. Cap.* 6. *num.* 8. & Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 18. *num.* 8.

§. 1.

Inveterata consuetudo pro Lege non immerito custoditur.] Tertullian. *de Coron. Cap.* 4. & 5. *Consuetudo autem etiam in civilibus rebus pro Lege suscipitur, cum deficit Lex: nec differt, scriptura an ratione consistat, quando & Legem ratio commendat.* &c. Dion. Chrysost. *Orat.* LXXVI. περὶ ἔθους. Facit huc Grotius, *de Jure Belli ac Pac.* I. 1. *num.* 12.

Quod dicitur moribus *constitutum.*] *Mores* enim consuetudinem faciunt. Merill. *Obs.* I. 38.

Nam quid interest, suffragio populus *voluntatem* &c.] *Populus liber*, Zoesius, *ad h. t. num.* 3. Sed & alii *consuetudines* habent.

Sed etiam tacita consensu omnium per desuetudinem abrogentur (1).] A Principis voluntate hoc deducit Merend. *Controv. Jur.* XI. 44. Sed Principes diu voluere videri omnia agere ex populi voluntate, & Senatus. — *Tacitus, & illiteratus consensus*, Gell. *Noct. Attic.* XI. 18. Vid. de *consuetudine* & Isidor. *Origin.* V. 3.

(1) Obstat. *L.* 2. *Cod. quae sit long. consuet.* De qua vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 1. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Exposui omnem* &c. In sequentis *Legis* 33. *inscriptione* in Cod. Flor. origine exstitisse *Ulpianus Lib.* 1. &c. sed Correctorem loco *Ulpianus* male substituisse *Idem*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De verbis *Jure & Lege*, quae etiam alibi conjunguntur, vid. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 108.

L. XXXIV.

Cum de consuetudine civitatis, vel provinciae confidere (1) *quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror*, &c.] Hoc est consilii, & utilitatis, non praecepti, &

& necessitatis: alioquin enim consuetudo non posset primum induci. Zoes. *ad h. t. num.* 10. & hoc ipso ostenditur, eam obtinere, non vero inducitur ipsa. Cujac. *Obs.* XX. 1. Si tamen quaeratur, an liceat aliquid facere *ex more* invito vicino, quod potuit fieri hactenus eo volente, videtur hic opus, tale quid ita constare. Cyriac. *Controv.* 460. *num.* 27.

Contradicto] *Contradicta*, Noodt. *ad h. t.* vs. *Exposui omnem* &c. ex Basil. recte (2).

(1) Simili modo *de salute urbis confidere* dixit Caesar, *de Bello Civ.* II. 5. *in fin.*

(2) Probat hanc lectionem quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 19. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 7. §. 303. *in not.* Schroder. *Obs.* II. 2. *p.* 110. Sic jam praeïverat Leunclav. *Notat.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1504. Alii legunt *non contradicto:* haud dubie male. Vid. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1441. & Jauch. *de Negation. Pand.* p. 16. Alii denique Florentinam lectionem *contradicto* defendunt, licet vario modo. Vid. Calder. *Var. Lection.* III. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 642. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 57. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 6. *seqq.* Emendationem necessariam non esse, putat quoque Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 3. qui, argumento inscriptionis, Legem hanc restringit ad tales consuetudines, quae praerogativas honorum, & vacationes a muneribus spectant. Sed Hoffmannum, quem, suppresso licet nomine, hic etiam sequitur Dominic. van Hoogwerff. *Diss. modo laud. Cap.* 1. §. 3. refutavit Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 19. *p.* 86. *seqq.* qui ipse existimat, Ulpianum hic rebus magis, quam verbis intentum fuisse, &, pro *an etiam in judicio aliquando contradicta, & firmata sit consuetudo*, scripsisse *an etiam contradicto judicio firmata sit.* Quod probat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 460. *seqq.* — Ad *seq. L.* 35. vid. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 211. *seqq.* add. Rittershus. *ad Isidorum Pelusiotam, Lib.* III. *Epist.* 106.

L. XXXVI.

PAULUS *Lib.* VIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 2. *de donat. int. vir. & uxor.* & *L.* 1. *eod.* (1).

(1) De locutione *in tantum* vid. Ruhnken. *ad Vellej. Patercul.* I. 9. 3. & II. 8. 1.

L. XXXVII. (1).

Optima enim est Legum interpres consuetudo.] Apud Gellium, *Noct. Attic.* XX. 1. dicit Caecilius, *sententiam Legum verbis, & moribus comprehensam esse.* Livius, XLV. 32. *Usus unus Legum corrector.* Facit huc Joseph. *Contra Apion.* II. *p.* 1080. *in fin.* & Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* VII. *p.* 457.

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest.* Male enim in editt. D. Gothofred. haec Lex inscribitur *Callistratus Lib.* 1. *Quaestionum*, cum sit Fragmentum Pauli, & legendum *Idem Lib.* 1. *Quaestionum*, ut legitur in Pand. Flor., et aliis etiam editt., veluti Hal. Ruffard. Charond. Pro *usa fuisset* Hal. habet *usa fuit*: rectius scriberetur *fuerit*. Sed frequens est etiam apud alios Scriptores Latinos horum temporum permutatio. Sic Perfecto Indicativi pro Plusquamperfecto Subjunctivi usus est Vellej. Patercul. II. 52. 2. ubi vid. Ruhnkenium.

L. XXXVIII.

Aut rerum perpetuo similiter judicatarum &c.] Quod, quantum fieri potest, curandum, recte monet Isocrat. *ad Nicocl. p.* 32. De rei judicatae vi, atque auctoritate, quae plerumque tamen tantum pro exemplo est, vid. Herald. *de Rer. Jud. auctorit.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1077. *seqq.*] (1).

(1) Add. C. F. Zepernick. *Diatrib. de Rerum perpetuo similiter a Centumviris judicatarum auctoritate*, adj. *Sic-*

Siccam, de Judic. Centumv. p. 284. *seqq.* qui *ibid. p.* 377. Compilatores Pand. oscitantiae accusat, quod Fragmentum illud Callistrati sub hoc titulo collocarint contra Justiniani voluntatem, eâque, ut ait, neglecta. Quae tamen accusatio vereor ut justa sit: nam quod hic docet Callistratus, *consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem vim Legis obtinere*, id est, eandem habere vim, ac Legem, id non minus verum erat tempore Justiniani, quam fuit aetate Callistrati. Nec quicquam huc facit *L.* 13. *Cod. de sent. & interloc.* quae de *rebus* PERPETUO *similiter judicatis* non est accipienda. Vid. ipsum Zepernick. *ibid. p.* 300. Add. de rerum judicatarum auctoritate Dissertationem docte conscriptam Henr. Guil. Tydeman. *de Reb. judicat. non rescindendis.* Lugd. Batav. 1799. Quaedam ad hanc Legem notavit quoque Merill. *ad Lib.* I. *Quaest. Callistr.* in Thes. Otton. *Tom* III. *p.* 617.

L. XXXIX.

Quod non ratione introductum &c.] De irrationali consuetudine, etsi in loquendo tantum, Quinctil. *Inst. Orat.* I. 6. *in fin.* quod tamen & alibi habet usum (1).

(1) De hujus Legis sententia inter Interpp. non convenit; alii enim Legem intelligunt de consuetudine, quae naturali rationi, & aequitati repugnat, quae non est servanda in posterum, sed potius in universum abolenda. Ita Voet. *ad h. t.* §. 28. Westenb. *ad h. t.* §. *ult.* aliique; & haec quoque videtur sententia Noodtii, *ad h. t.* vs. *Exposui omnem* &c. item Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 18. Alii vero Legem non quidem accipiunt de consuetudine, quae naturali rationi, & aequitati contraria est, sed quae tamen introducta est minus idonea ratione, aut quae nititur falsa Legis interpretatione. Verum dissentiunt hi in explicandis verbis *in aliis similibus non obtinet.* Quae verba vel ita accipiunt, ut post detectum errorem talis consuetudo nullam amplius vim juris habeat. Vid. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & Bav. Voorda, *in Praef. ad Beucker. Decis. Frisic. p.* 5. Vel ita, ut detecto licet errore, valere quidem pergat in casu, quo recepta est, sed non possit ex-

extendi ad alios casus similes, licet alioquin consuetudo non minus ac Lex ad similia trahi possit. Vid. *L.* 32. *pr. h. t.* Ut adeo hic de consuetudine, seu jure non scripto, idem doceatur, quod supra *L.* 14. *h. t.* de jure scripto traditur: *quod contra juris rationem receptum est, non est producendum ad consequentias.* Huc redit sententia Papillon. *ad h. l.* item Finestr. & de Monzalv. *in Herm. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 214. eaque opinio mihi quoque videtur probabilis, & verbis Legis omnium optime convenire. Nam, quod naturali rationi, & aequitati repugnat, minus proprie *consuetudine obtentum* dicitur, cum ne possit quidem inde consuetudo oriri; ut adeo prior illa interpretatio admittenda non videatur. Accedit, quo etiam altera sententia videtur corruere, quod JCtus non dicat, talem consuetudinem detecto errore non amplius in posterum servandam esse; sed ait, *in aliis similibus non obtinet*, id est, ad alia, licet similia, non debet extendi, seu trahi, *οὐχ ἕλκεται εἰς τὰ ὅμοια* vertit Harmenopulus, *in Supplem. Thes. Meerman. p.* 17. & quo sensu *ad similia procedere* dixit Julianus in *L.* 12. *h. t.*

L. X L.

Aut necessitas constituit,] De *Constitutionibus Principum* haec capiunt Schol. Basilic. *Tom.* I. *p.* 37. Ad *Jus Gentium* refert Merill. *Var. ex Cujac.* I. 1. & *Obs.* I. 38. Vid. & Os. Aurel. *Disp. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 695. *seqq.*] (1).

(1). Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* verba *consensus fecit* refert ad *Leges*; verba vero *necessitas constituit* ad *SCta*; denique verba *aut firmavit consuetudo* ad *mores*. Cujacium sequitur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* ubi tamen addit, posse & alias juris humani species eodem referri juxta eundem Cujac. *Obs.* XIV. 16. Vid. & Wachendorff. *de Principe Legib. Soluto*, *p.* 17. Ceterum Modestinum haec hausisse e Menandro, praeter Cujac. *loc. cit.* observat quoque Scip. Gentil. *Parerg.* II. 19. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1338. De quo loco Menandri vid. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 22. — De verbo *constitit* in *seq. L. ult.*, quod Flor. Librarius

rius perperam commutavit in *constituta*, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Constitit* autem hic dicitur pro *consistit*. Quae verba saepe in Pand. permutari, supra jam notavi ad *L.* 1. §. 2. *de Just. & Jur.* *not.* 4. Verba *aut in adquirendo* &c. explicat Ant. Faber. *in Ration. ad h. l.*

TITULUS IV.

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM (1).

(1) Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Muretus, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 203. *seqq.* & in *ej. Operib. a Ruhnken. edit. Tom.* IV. *p.* 282. *seqq.*

L. I.

Lege regia] De ea non male Zoesius, *ad h. t. num.* 1. Melius J. F. Gronov. *Orat. de Lege regia.* Vid. Dion. Cass. *Lib.* LIII. passim, & maxime *p.* 508. *seq.* Strab. *Lib.* XVI. *in fin.* Vid. & Otton. *in Praef. ad Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 7. *seq.* caute (1).

(1) Vid. de hac Lege Regia quoque Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 3. *seqq.* & auctores *ibid.* citatos a Stockman. Quibus addi possint Fopp. ab Æzem. *Diss. Jur. Civ.* II. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 826. Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 20. *seqq.* Wachendorff. *Diss. de Principe Legib. soluto*, *p.* 31. *seqq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 6. §. 243. Clar. Saxius, *Orat. in Legis Regiae patronos.* Traject. Batav. 1798. Τὸ *regia* glossema Triboniani esse, putat Wieling. *Lect. Jur. Civ. p.* 113. *in not.* nec dissentit Walch. *ad Hopp. Comm. ad tit. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* §. 6. Vid. & Idsinga, *Varior. p.* 117. Sed quare ipse Ulpianus hoc verbo usus non esset, nullam equidem rationem video. Conf. Casaubon. *ad Spartian. in Hadrian.*

drian. *Cap.* 11. Similiter nihil me offendit vox *confe-rat:* nam tempus Praesens saepe usurpari pro Praeterito, notum est, & docet Perizon. *ad Sanct. Minerv.* I. 13. *not.* 4. & I. 15. *not.* 2. *&* 6. Commentatus ad hanc L. 1. quoque est Em. Soarez. a Ribeira, *Obs. Jur. Cap.* 38. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 590. *seq.* & Franc. de Amaya, *Obs. Jur.* I. 1. Dissertationem ad eandem Legem conscripsit Henr. Steph. van Son. Lugd. Batav. 1716. Verba *ei & in eum* explicuit Noodt. *Obs.* I. 3. Alii putant *in eum* dici pro *in se*, id est, populum. Sed vid. Reinold. *ad Mercer. Conciliat. num.* 181. & Duker. *ad Opusc. de Latinitt. Vett. JCtor. p.* 323. *seq.* Alias etiam de his verbis Interpretum sententias recenset Wachendorff. *d. Diss. p.* 91. *seqq.*

§. 1.

Vel de plano interlocutus est,] Obstat *L.* 3. *Cod. de Legib.* ubi vide (1).

(1) Ad cujus Legis verba *interlocutionibus, quas in uno negotio judicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune praejudicantibus,* notavit: "Gloss. in *L.* 9. §. 3. *quod met. causs.* haec restringit ad casus, quibus jus constituitur novum; non autem, ubi tantum quid juris sit, declaratur. Zoesius, *ad tit. de Const. Princ. num.* 7. capit de iis, quae specialiter constituuntur. Facit *L.* 11. *Cod. de Judic.* Huber. *in Prael. ad eund. tit. num.* 5. intelligit *Sententias.*" Mihi *d. L.* 3. *Cod.* quae est Impp. Theodosii, & Valentiniani, nihil obstare videtur: quod enim hic docet Ulpianus de *Rescriptis Principum*, eorumque *Decretis*, & *interlocutionibus*, quod scil. *vim legum* habeant, id ex mente Ulpiani cum hac limitatione accipiendum est, si nempe Principi placuerit, ut Legis vigorem habeant: alioquin enim etiam tempore Ulpiani valebant tantum in ea caussa, in qua erant data. Vid. Schulting. *Diss. Pro Rescript. Impp.* § 4. *in fin. p.* 171. & Zepernick. *de Judicat. Centumv.* §. 22. adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 403. *seqq.* An autem hac in re aliquid mutaverit Imp. Justinianus *L.* 12. *Cod. de Legib.* non est hujus loci pluribus inqui-

re-

rere. Novissime hac de quaestione egit Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 519. *seqq.* ubi & alii auctores citantur. Ceterum de Rescriptis Principum plura vid. apud Schulting. *Diss. pro Rescript. Impp. Rom.* & Cappelen Hunthum, *Diss. de Rescript. Princip. Rom.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 297. *seqq.* De Libellis, qui Principi a consulentibus offerebantur, quaedam collegit Brisson. *Sel. Antiq.* III. 7. & *de Formul. Pop. Rom.* III. 21. *seqq.* De Constitutionibus Principum in universum, praeter Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de Jure Nat. Gent. & Civ,* §. 56. *seqq.* & Comm. *ad d. tit. Instit.* & *ad h. t. Pand.*, vid. & Westenb. *in D. Marco, p.* 33. *seqq.* & Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 4. qui tamen *ibid.* §. 6. minus recte putat, *Edicta* Principum olim vim juris nullam habuisse, nisi SCto confirmata essent. Quam Bachii opinionem refutavit Zepernick. *loc. modo cit. p.* 402. *in not.*

§. 2.

Plane ex his quaedam sunt personales, &c.] Vid. *L.* 68. & *L.* 196. *de reg. Jur.* (1).

(1) Pro *vel si quam poenam irrogavit* Ernstius, *ad h. l.* ex MS. legit *ut si quam* &c. Sed nihil mutandum: nam, si necesse foret, facile particula *vel* pro *veluti* posset accipi. Sed praeterea τὸ *vel* hic manifesto distinguendi vim habet: tres enim diversas species Constitutionum personalium JCtus proponit. Etiam *vel* legitur in §. 6. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* ubi vid. Vinn.

L. I I.

In rebus novis constituendis evidens utilitas esse debet, (1) &c.] Immo juri, quod fundamentum habet in Lege Divina, vel Naturae, etsi Civili, non posse derogari a Principe, nonnulli statuerunt. Vid. Pinel. *ad rubr. Cod. de rescind. vend. Cap.* 2. §. 11. Sane hic facile peccari constat.

Evidens utilitas] Et *magna*. Vid. Abram. *ad Orat. Cicero. in Pison. Cap.* 5. & *pr. Inst. de Codicill.* ubi Cujac.

Haec

Haec vero saepe se oggerit, & tunc parendum. Facit *Nov. Marciani*, *Tit.* 5. & 6.

Quod diu aequum visum est.] Vid. Mornac. *h.* — Nec ad tempus latum. Eleganter L. Valerius apud Livium, XXXIV. 6. *Ego enim, quemadmodum ex his Legibus, quae non in tempus aliquod, sed perpetuae utilitatis caussa in aeternum latae sunt, nullam abrogari debere fateor: nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reipublicae inutilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt Leges, mortales, ut ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video.* Facit huc Jamblich. *de Vit. Pythagor. Cap.* 30. *p.* 148. (2).

(1) Forte hanc esse partem Orationis ab Augusto in Consilio Prudentum habitae de introducendo Codicillorum usu, notat de Retes. *Exc. Analect. Lib.* III. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1264.

(2) Alia etiam loca Scriptorum Veterum, huc pertinentia, attulit Muret. *h.*

L. III.

Beneficium Imperatoris, quod a divina scil. ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.] Facit Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 6. *def.* 8. An & contra Principem ipsum? Fab. *Cod.* I. 12. 8. Cyriac. *Controv.* 555. *num.* 10. *seqq.*

Beneficium] Non privilegium (1). Cujac. *ad Lib.* 1. *Feud. tit.* 21. Contra quem disputat Mornac. *h.* Sed vid. *Cons. JCtor. Batav.* V. 2. late: ubi latius volunt posse beneficium Principis extendi, ac Statuta, *p.* 17. — Idem de Officiis, & similibus, Cyriac. *Controv.* 426. *num.* 47. *seqq.*

Indulgentia] Tertullian. *de Resurrect. carnis*, *Cap.* 34. *Etiam Secularium Principum plena semper indulgentia vindicatur.*

(1) De intellectu hujus Legis, deque interpretatione privile-

gio-

giorum in universum egit quoque Gluck. *loc. modo cit. p.* 545. *seqq.* qui & alios auctores citavit. add. Voet. *ad h. t.* §. 16. *seqq.* Noodt. *ad tit. de Just. & Jur.* vs. *Quartam partem* &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Leyser. *Medit. ad Pand. Specim.* 10. *Med.* 3. Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. 6. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Joan. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 16. Mihi videtur res ad haec principia revocanda:

I°. Cum beneficia Principis sint *jura singularia*, non potest *interpretatio extensiva* in iis locum habere: haec enim in *jure singulari* cessat. *L.* 14. *de Legib.* add. §. 6. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

IIdo. Sed, sicuti in quocunque alio jure, sic etiam in beneficiis Principum, usu venit *interpretatio declarativa.* Quorsum refero nostram *L.* 3. *h. t.* Cujus adeo sententia haec est: beneficium Principis quam plenissime interpretandum esse, id est, non quidem ita, ut illud extendatur ultra casus verbis, quibus Princeps usus est, comprehensos; attamen nec ita, ut verba illa avare interpretemur contra mentem, et voluntatem Principis; sed ea cum latitudine, quam Princeps voluit, ut beneficium, quod concessum sit, effectum, quem Princeps voluit, quam plenissime habeat. Haud scio an simili modo voluntates testantium *plenius* interpretandae dicantur in *L* 12. *de reg. Jur.* ad quam vid. Jac. Gothofred.

IIIio. Si dubium sit, an beneficium Principis ad aliquem casum pertineat, licet sub verbis, quibus Princeps usus est, comprehensum, ipsius Principis est aestimare, quem velit esse modum beneficii sui. *L.* 191. *de reg. Jur.* ubi primo quidem intelligendum beneficium, quod & vivo, & mortuo poterat prodesse. Deinde species, de qua Neratius consultus erat, non ita fingenda est, ac si Imperator Titio *vivo*, aut *si viveret*, beneficium dedisset: tunc enim nullum dubium esse poterat, quin, mortuo interim Titio, beneficium evanesceret. Sed dederat Imp. beneficium Titio, quem putabat adhuc vivere, & quaerebatur, an illud etiam effici deberet, Titio licet interim mortuo.

Ex dictis sequitur, parum interesse, quale beneficium in *d. L.* 3. *h. t.* intelligas, num uni concessum, an pluribus, an toti hominum classi. Semper enim est jus singulare, adeoque utrobique eadem adest ratio. Sed

cum Lex *beneficii* mentionem faciat, adeoque ejus juris, quod Princeps in *favorem* alicujus, vel plurium constituit, ultro intelligitur, *privilegia adiosa*, quae dicuntur, proprie huc non pertinere. Ceterum *Singularia de privilegiis* scripsit G. C. Gebauer. in *Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 281. *seqq.* ubi & plures alii auctores, qui de hoc argumento egerunt, citantur. add. Gluck. *d. loc. p.* 532. *seqq.*

L. IV.

Αἱ μεταγενέςεραι διατάξεις ἰσχυρώτεραι (1) τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν.] Add. Zaleuci Prooem. apud Stobaeum, *Serm.* XLII. *p.* 280. Grotium, *in Flor. Sparf. ad §. pen. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Idque cautum XII. *Tabb.* Livius, VII. 17. Scil. *Tab.* XI. Tertullian. *de Exhortat. Castit. Cap.* 6. *Puto autem etiam in humanas constitutiones, atque decreta posteriora pristinis praevalere.* Justin. Martyr, *Dial. cum Tryphon. p.* 228. νόμος δὲ κατὰ νόμου τεθεὶς τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε, καὶ διαθήκη μετ᾽ ἔπειτα γενομένη τὴν προτέραν ὁμοίως ἔςησεν. *Lex adversus Legem lata, antiquiorem recentior abolet, & posterius testamentum priori similiter derogat.* — Etiam idem volunt in scriptis posteriore loco, licet omnia sint simul confirmata. Coren, *Obs.* 29. *p.* 210. Sed vid. & *p.* 212. — Et sanctiones, quantumlibet validae, simul corruunt. Cicer. *ad Attic.* III. 23. *Scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset, nec per Senatum, nec per populum infirmari sua Lex. Sed vides, nunquam esse observatas sanctiones earum Legum, quae abrogarentur: nam si id esset, nulla fere abrogari posset (neque enim ulla est, quae non ipsa se sepiat difficultate abrogationis) sed, cum Lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat.*

(1) Hanc vocem Interpres vertit *potiores*, sed Schroder. *Obs.* II. 4. *p.* 114. mavult *validiores.*

TITULUS V.

DE STATU HOMINUM.

De variis statibus Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent.* I. 1. §. 6. *seqq.* (1).

(1) Ad *L.* 2. *h. t.* commentatus est Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 217. *seqq.* Adnumerandam eam esse illis Legibus, quae recte a Triboniano, sed praeter mentem auctorum, alio traductae sunt, notat Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Legum interpretatione*, *p.* 106. *seq.* — De *L.* 3. *h. t.* vid. Noodt. *Probab.* I. 12. -- Ad *L.* 4. quaedam notavit J. T. Mathews, *Diss. supra laud. de Florentino*, *ejusque* VI. *Libb. priorib. Instit.* *p.* 34. *seqq.* Ubi & eleganter observavit, in definitione *servitutis* in §. 1. verba *constitutio Juris Gentium* nihil aliud denotare, nisi *statum Juris Gentium*, seu *Jure Gentium introductum*, eamque Stoicorum locutionem esse, quibus σύςασις, seu *constitutio*, erat *status*, notante Cicerone, *de Finib. bon. & mal.* III. 5. & V. 9. Lyclam. a Nyeholt. *Membran. Lib.* IV. *Eclog.* 11. verba *contra naturam* interpretatur *contra libertatem animi:* mire, ut recte notat Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 128. *seq.* De origine vocis *servi* in §. 2. nonnulla etiam monuit Gebauer. *in not. ad h. l.*

L. V.

§. 1.

Passus est.] Hic omissa esse *& mulier ex SCto Claudiano*, putat Burgius, *Elector. Cap.* 8. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 323.] (1). Sed vid. Bynkersh. *Obs.* VII. 10. (2).

(1) Item Wissenb. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 6. — De *pr. h. l.* & vero ejus sensu vid. Noodt. *ad h. t.* vs.

Illud quale est &c. De diversa servorum conditione quaedam congessit Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de Jur. person.* §. *ult.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Plura habent Laur. Pignorius, *de Servis, & eorum apud Vett. ministeriis*, & D'Arnaud. *Diss. de Jure Servor. Cap.* 14.

(2) Et Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 222. item Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 254. *in fin.* ubi tamen vid. Walchium, qui etiam mavult, quaedam hic a Triboniano omissa esse. Ceterum, modos quibus quis in servitutem venire potest, praeter Heineccium, *in Antiq. ad d. tit. Inst.* exposuit quoque D'Arnaud. *laud. Diss. Cap.* 2.

§. 2.

Et e contrario, si libera conceperit, &c.] Ex benignitate. Paul. *in Sent.* II. 24. §. 2. & 3. Non summo Jure. Ulpian. *in Fragm. tit.* 5. *in fin.*

Nec interest, justis nuptiis concepit (1), *an vulgo:*] Ita humanitas vult, non vero stricti juris ratio. Hotoman. *Obs.* IV. 12.

(1) Vulg. *conceperit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Rectius. Vitium forte inde ortum est, quod scriptum fuerit *concepit*, id est, *conceperit.* Saepe Librarios lineam per caudam literae *p* traductam neglexisse, docet Drakenborch. *ad Liv.* XXXIX. 31. 4. An idem vitium quoque exstet in verbis praecedentibus *licet ancilla concepit*, non definio, cum apud Nostros etiam alibi post *licet* Indicativus sequatur. Vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib.* In *pr.* pro *sufficit enim liberam fuisse* &c. Hal. edidit *sufficit autem*, &c. Non necesse: cum *enim*, & *nam* saepe transitioni serviant. Vid. Ernest. *ad Tacit. Histor.* IV. 11. 5. Minus recte dissentiente Heineccio, *ad Brisson. de* V. S. voc. *enim.*

§. 3.

Aut expulsa civitate (1)] Sic & Basil. & hanc tuetur lectionem Jan. a Costa, *ad rubr. tit. Inst. de cap. dem.* ubi docet, etiam civitate expulsos non male dici *servos.* add. Cu-

Cujac. *in not. priorib. ad pr. Inst. de ingen.* (2). Constantinaeus, *Subtil. Enod.* II. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 575.] putat, esse a mala manu.

Liberum an servum] *Civem an peregrinum* excidisse, putat Raevard. *Varior.* V. 13. (3).

Liberum nasci] *Et civem* addit Raevardus, *d. loc.* laudatus a Noodt. *ad h. t.* vs. *A servis transeo* &c.

Liberam matrem vel medio &c.] *Vel civem medio* &c. Raevard. *d. loc.*

(1) Praecedit *deinde postea*: de qua pleonastica locutione vid. notata superius ad *L.* 2. §. 17. *de Orig. Jur.* Marciano hanc loquendi rationem familiarem esse, exemplis docuit Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 97. — In Pand. Flor. semper scribi *praegnas*, & *praegnatem*, non *praegnans*, & *praegnantem*, notavit quoque Faern. *ad Terent. Hecyr.* IV. 4. *vs.* 18.

(2) Et Ant. Govean. *Var. Lection.* II. 11.

(3) Vel alioquin verba *aut expulsa civitate* delenda putat: quae Hal. quoque parenthesi inclusit, adjectis ab utroque latere stellulis. Raevardi conjecturam laudat & Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculian. Cap.* 9. §. 26. Aliter hanc Legem explicat Jos. Fern. de Retes. *ad tit. Pand. de interdict. & relegat.* I. 3. *in Addit.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1202. *seq.* — De definitione *libertinorum* in *seq. L.* 6. egit quoque Jo. Mercer. *Opin. & Obs.* I. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1570. *seq.* — Ad *L.* 7. Graecos quaedam adjicere, quae in Pand. Flor. non reperiuntur, notat Nic. Catharin. *Obs.* IV. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 792. Verba *quamquam alii, antequam nascatur, nequaquam prosit*, cum hac limitatione accipienda sunt, nisi ipsius partus commodum concurrat. Vid. *L.* 18. *h. t.* Immo exemplum, quo partus, qui in utero est, alii prodest, licet commodum partus non concurrat, vid. in *L.* 20. *ad SCtum Trebellian.* & *L.* 18. *quando dies legat. vel fideic. ced.* Pro *nequaquam* olim in Cod. Flor. fuisse *nequequam*, quod forte scriptum pro *nequiquam* corrupte ex *nequicquam*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VIII.

Titus Antoninus] *Divus Antoninus* legit Mornac. *h.* & in *L.* 32. §. 1. *de adoption.* Male: *Titus* enim praenomen *Pii*, qui ita & vocatur *L.* 8. *de postuland.* & apud Capitolinum.

Non laedi statum liberorum &c.] Facit *L.* 29. §. 1. *de probation.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* In Schol. Basilic. *Tom.* VI. *p.* 146. additur: Τί γὰρ, ὅτι γυνή τις ἐλευθέρα ὑπὸ μωρίας, ἢ συναρπαγῆς, ἢ ἀπάτης, ἐν συμβολαίῳ δούλην ἑαυτὴν ἀπεκάλεσεν; *Quid enim, si mulier libera, aut propter vecordiam, aut per obreptionem, aut fraudem, se in instrumento ancillam vocaverit?* — De *seq. L.* 9. vid. Cujac. *d. loc. in expl. h. l.* Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1396. *seq.* Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *de reg. Jur. p.* 743. Gluck. *loc supra cit. hoc tit. p.* 111. *seqq.* ubi & alii citantur auctores, qui *de Juribus feminarum* egerunt. add. Ger. Dorn Seiffen, *Specim. de Jur. feminar. apud Rom. tam antiq. quam novo.* Traj. ad Rhen. 4. Maj.

L. X.

ULPIANUS *Lib.* 1. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 20. *qui test. fac. poss.* (1).

Hermaphroditum] Plin. *Hist. Nat.* VII. 3. ubi Comm. Olim malo letho periere. Freher. *Parerg.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 940. *seqq.*] *Tertium genus* hominum, Tertullian. *ad Nation.* I. 19. De eo & Augustin. *de Civitat. Dei*, XVI. 8. Quosdam postea tales factos, vel sexum mutasse, quidam dicunt. Freher. *Parerg. d. loc.* Fides sit penes auctores. Agit autem & *ibid.* de famoso illo epitaphio Æliae Laeliae Crispidis (2).

Et magis puto ejus sexus (3) *aestimandum, qui in eo praevalet.*] Vid. Zacch. *Quaest. medico-legal.* VII. 1. *Quaest.* 8. *num.* 2. Cicer. *Tusc. Quaest.* V. 8. *Ex majo-*

re

re parte plerasque res nominari. Sic & Senec. *Epist.* 87. alio in casu: *Itaque potest ei esse incommodum mixtum, sed commodum dicitur a majore suae parte aestimatum.* Quinctil. *Inst. Orat.* II. 18. Arnob. *Adv. Gentes*, II. *p.* 77. Cicer. *de Finib. bon. & mal.* V. 30. *Semper ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur.* Gregor. Nyssen. *Adv. Apollin.* *p.* 235.

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. & Idsing. *Varior. Cap.* 12. *p.* 105.

(2) Quaedam de *hermaphroditis* ad hanc Legem collegit quoque Const. Land. *loc. modo cit.* Alios citat Gluck. *d. loc. p.* 110. *in not.*

(3) Vulg. *sexum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Male: subaudiendum τὸ *esse*. Sed pro *aestimandum* rectius legeretur *existimandum*, ut Hal. edidit. Vid. quae de horum verborum discrimine, deque perpetua fere eorum confusione in MSS., notarunt J. F. Gronovius, & Drakenborch. *ad Liv.* XXXIV. 2. add. Schwarzium, *ad Plin. Panegyric. Cap.* 38. & Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 3. & *in Caligul. Cap.* 60.

L. XI.

Licet post mortem avi natus sit,] Non obstat. *L.* 11. *in fin. Cod. de natur. liber.* (1).

(1) Sic etiam sentit Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 5. §. 6. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 131. *seqq.* Cujacius, *ad Libb. Paul. Respons. in expl. h. l.* putat, doctrinam Pauli quidem procedere in filio *ante mortem avi* concepto, sed aliud juris esse ait in filio *post mortem avi* concepto. Quod probat Jan. a Costa, *in not. ad pr. Inst. de nupt.* Profecto, si mortuus est parens, ob cujus deficientem consensum nuptiae justae non erant, haud dubie Jure Civili illud matrimonium in posterum legitimum erit habendum, adeoque & liberi deinde concepti & nati erunt legitimi. Sed forte ulterius progredi possumus, & dicere, justos nunc *nasci* liberos, etsi *concepti* sint, antequam mors ejus parentis contingeret; idque propter *d. L.* 11. *Cod.*

de nat. liber. In cujus Legis parte priore, fateor, egit quidem Imp. de legitimatione liberorum naturalium per subsequens matrimonium; sed in fine ejusd. Legis hanc regulam generalem in favorem liberorum statuit: in quaestionibus de statu & familia *tempus partus* inspici, nisi utilius infantibus sit, conceptionis tempus observari. Vid. ipsum Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 4. §. *ult. not.* 42. & Franc. de Amaya, *Obs. Jur.* I. 4. Qua re effecit Imp., ut non quidem tota illa regula juris antiqui, *in his qui jure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur*, vid. Ulpian. *Fragm. tit.* 5. §. *ult.* & Caj. *Inst. d. loc.* pro abrogata haberi debeat; attamen illi regulae haud parum derogatum videatur in casu, quo de statu & familia liberorum quaestio est: tunc enim voluit Imp. *tempus partus* inspici, nisi utilius infanti sit, tempus conceptionis observari; ut adeo qui jure contracto matrimonio *nascantur*, legitimi habendi sint, licet forte illegitime sint concepti. Vid. Clar. van der Keessel. *Thes. Jur. Holl. & Zeland. Thes.* 169. Hinc autem sequi videtur, id quod Paulus *L.* 11. *h. t.* docet *licet post mortem avi natus sit*, jure novo non amplius procedere; mortuo enim parente, qui in nuptias non consensit, matrimonium in posterum legitimum est habendum; adeoque & filius ex hoc matrimonio deinde natus legitimus existimandus, licet conceptus sit vivo adhuc avo: non enim secundum *d. L.* 11. *Cod.* tempus *conceptionis*, sed tempus *partus* spectandum, nisi utilius infanti sit prius tempus observari. Ceterum, doctrinae Pauli, hoc loco traditae, quae certis nititur juris principiis, quod scil. nullum sit matrimonium, initum sine consensu parentum, in quorum potestate contrahentes sunt, videri posset contradicere ipse Paulus, *in Sent.* II. 19. §. 2. Sed vid. ad eum locum Schulting. *not.* 6. add. Jan. a Costa, *loc. modo cit.* & Walch. *ad Hopp. Comm. ad tit. Inst. de nupt. p.* 88. — Pro *de conjunctione filiae* &c. Hal. edidit *de condicione filiae* &c. Sed non recte. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1542.

L. XII.

Septimo mense (1) *nasci perfectum partum*,] Aliquando

do *sexto.* Stryck. *de Jur. Sens. p.* 42. Sand. *Decision.* IV. 8. *Def.* 8. ubi quaeritur, an is possit succedere?

Perfectum] Aperturas aurium, & narium in his saepe deësse, ait Plinius, *Hist. Nat.* XI. 37. *seu* 59. (2).

Receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis.] Ἑκάστης τέχνης τοὺς δημιουργοὺς δεῖ ζητεῖν κριτάς, Chrysost. *ad Roman. Serm.* XVII. *p.* 151. [Tom. III. ed. Eton. edit. de Montfaucon. *Tom.* IX. *p.* 627.] Plura Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 299. *seq.*] (3).

(1) *Inchoato* scil., adeoque partus nascitur legitimus post mensem sextum, a tempore initi matrimonii computandum, veluti qui nascitur *die centesimo octogesimo secundo* post nuptias contractas. Vid. *L.* 3. §. *ult. de suis & legit. hered.* Obstat tamen locus Pauli, *in Sent.* IV. 9. §. 5. Sed videtur particula *aut* ibi suo loco mota, & pro *aut septimo pleno, aut decimo mense* legendum *aut septimo, aut pleno decimo mense*, cum Noodt. *ad h. t.* vs. *superest, ut* &c. quem etiam sequitur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Aliter Cujac. *ad d. loc. Paul. in Sent.* & *ad Libb. Paul. Respons. in expl. h. l.* Ita jure Pand. Sed si vera sunt, quae ad praec. Legem disputavi, partus legitimus jure novo habendus est, etiam qui ante mensem sextum ab inito matrimonio natus est: cum non amplius, uti olim, in his qui jure contracto matrimonio nascuntur, tempus *conceptionis* spectandum sit, sed tempus *partus*, nisi utilius infanti sit, tempus conceptionis observari. Ceterum, de tempore partus humani copiose, & φιλολόγως disseruit Car. Annib. Fabrot. *Exercit.* I. in Thes Otton. *Tom.* III. *p.* 1149. *seqq.* Quaedam de *partu septimestri* notavit Reinold. *Var. Cap.* 38. add. Adduens. *Explicat.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 512. & Joh. Harderum, *Disp. Medic. de Partu Septimestri, tam JCtorum responsis, quam Medicorum placitis insigni.* Lugd. Batav. 1663. Quae ad hanc Legem notavit Const. Land. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1398. parum ad rem faciunt.

(2) An vera scripserit Plinius, expertioribus ea in re relinquo. Sed non putem, partum *perfectum* hic intelligi, ad cujus formam externam nihil deëst, sed talem, qui vi-

vitam protrahere potest. add. Gluck. *Ausführl. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. p.* 78. *in not.* qui etiam alios citat.

(3) Est etiam Dissertatio, erudite conscripta Ampl. D. R. Wyckerheld Bisdom, *An & quatenus peritis in sua arte sit credendum.* Lugd. Batav. 1761.

L. XIII.

Fortunae judicio a domino commissus, &c.] *Fortuna fori,* Manil. *Astronom.* III. *p.* 62. *Fortuna judicii,* Quinctil. *Inst. Orat.* X. 1. *p.* 330. [ed. Burman. *p.* 881.] & Apulej. *Metam.* X. *p.* 151. ed. Scriver. [ed. Oudendorp. *p.* 693.] *Fortunam judicii secundam ferre,* Quinctil. *Declam.* 313. & *Declam.* 371. *Dubia judicii fortuna.* & *Declam.* 375. *Verebar fortunam judiciorum, & exempla.*

Judicio] *Judicii* emendat Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 6. & antea Burgius, *Elector. Cap.* 15. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 336.] rectissime (1). add. *L.* 9. §. 1. *qui & a quib. manum. L.* 9. *de publ. jud.* Non enim committitur sorti; sed aleae judicii. Ita Quinctil. *Instit. Orat.* X. 1. *Nec fortuna modo judicii, sed etiam ipsorum, qui orant, periculo afficimur.* & sic legere Schol. Basilic.

(1) Probat hanc emendationem quoque J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 1. *p.* 6. *seq.* Sed vulgatam lectionem, praeter Cujac. *Obs.* XVI. 9. & XXVI. 27., defendunt J. L. E. Püttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 8. *p.* 36. & in *Prolus. de Arbitrio Judicis e foro, judiciisque eliminando,* in *ej. Opusc. Syllog. p.* 204. Schroder. *Obs.* II. 4. *p.* 115. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 4. §. 9. *p.* 206. Zepernick. *de Judicat. Centumv.* §. 20. *in not.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 390. item Fineftr. & de Monzalv. *in Herm. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 231. *seqq.* ubi hanc Legem copiose exposuit.

L. XIV.

PAULUS *Lib.* IV. *Sententiarum.*] Agens de *SCto Tertulliano* (1). Dissentit Merill. *Obs.* I. 33.

Non sunt liberi, qui contra formam humani generis converso more (2) *procreantur*, &c.] Hoc ob pravitatem animarum, quae talibus corporibus jungebantur, putabant Pythagoras, Plato, Empedocles. Origen. *Contra Celsum*, I. *p.* 26. Exponi potuere ex Lege Romuli. Dion. Halicarn. II. *p.* 88. Occidi etiam: quod & sub Justiniano factum, putat Pagan. Gaudent. *de Justin. Morib. P.* I. *Cap*, 40. non tamen probat. Ex XII. *Tabb.* occidendi. Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 201. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 166. *seq.*].

Aliquatenus videtur effectus:] Non *perfectus*. Merill. *Obs.* I. 33. (3).

(1) Vid. notata ad *L.* 135. *de verb. signif.* Alios auctores laudat Walchius, *ibid.* citatus, & Idsing. *Varior. Cap.* 12. *p.* 107. *seq.* Vid. & Const. Land. *Enarrat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1399.

(2) Imprimis, si partus formam humani capitis non habeat, sed canis, alteriusve animalis. Vid. Gluck. *loc. supra cit. p.* 63. *seqq.*

(3) Vid. & Nerium, *Analect.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 470. qui *effectus* quoque retinet, sed exponit *perfectus*; & sic vertit Schol. Basilic. *Tom.* VI. *p.* 148. ὡς δοκοῦν τέλειον τετέχθαι, κ. τ. λ. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1456. legit; *quia aliquatenus videtur effectum.* Brencman. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. mavult *effictus.* Sed *effectus* legitur etiam apud Paul. *in Sent.* IV. 9. §. 4.

L. XV.

TRYPHONINUS *Lib.* X. *Disputationum.*] Vid. Fab. *Conject.* XX. 1. 2. 3. (1).

Arescusa] *Cassia Arescusa*, Inscript. apud Gruter. *p.* 790. 7. *Vicelia Arescusa*, Marmor. Arundelian. *p.* 91. 21. & apud Reines. *Inscript.* XVIII. 3. (2).

Haec

Haec conditio libertati adposita jam implenda mulieri est (3): &c.] Basilic. Schol. *Tom.* VI. *p.* 148. *Lit. u.* *καὶ φησὶν ὁ Τριφωνῖνος τὴν μὲν αἵρεσιν τὴν ἐπιτεθεῖσαν τῇ ἐλευθερίᾳ διὰ τοῦ δευτέρου τοκετοῦ πεπληρῶσθαι. κ. τ. λ.* *Dicit autem Tryphoninus, conditionem quidem, libertati impositam, impletam esse per secundum partum.* &c.

(1) Qui hanc Legem a Triboniano valde interpolatam putat. & *in Ration. ad h. l.* Quaedam ad hanc Legem notarunt quoque Const. Land. *Enarrat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1400. & Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 6. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1117. *seq.* De *Recitationibus* Alteserrae *in Libb. Tryphonini Disputationum* quaedam dixi inferius ad *L.* 11. *de postuland.*

(2) Vulg. *Arethusa.* Sed *Arescusa* etiam in seq. Lege scriptum. add. Const. Land. *loc. modo cit.*

(3) J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 1. locum hunc ita emendat: *Quaesitum est, an, et quis eorum*, id est, an aliquis, & quis eorum, *liber esset? Et haec conditio libertati adposita jam impleta mulieri est.* Mihi *τὰ haec* & *jam* suspecta sunt. Posterius forte mala geminatio est literarum *aim* in verbis *adposita implenda*, & *haec* pro *et* scriptum, quae voces, ob soni similitudinem, aeque facile permutari potuerunt, ac *nec* & *et*, quod posterius saepe factum. Vid. H. Cannegieter. *ad Fragm. Vet. Jurispr, quae exst. in Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 80. & van Dorp, *Obs. Cap.* 12. *p.* 108. Porro idem Koehler. *ibid. p.* 5. observat, in seqq. verbis pro *incipiente igitur partu* ipsum JCtum forte scripsisse *incipiente igitur tertio partu*; & sic Schol. Basilic. Denique pro *de utero matris excedere* Rittersh. *ad Phaedr.* III. *Fab.* 15. legit *excidere.* Sed non opus. Vid. Schroder. *Obs.* II. 1. *p.* 108. — In fin. seq. *Legis* 16. pro *non juris* Vulg. habet *quam juris*: res eodem redit. Vid. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1441. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 48. Similiter pro *duo pepererat* in Vulg. est *duos*: sine caussa. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXV. 21. 5. & ibi citt. auctores.

L. XVII.

L. XVII.

In orbe Romano (1) *qui sunt*,] *Ingenui.* Ez. Spanhem. *in Orbe Rom. Exercit.* II. *Cap.* 5. Auguſtin. *de Civitat. Dei*, V. 17. *Nonne Romanis, & ceteris Gentilibus una eſſet eademque conditio? praeſertim ſi mox fieret, quod poſtea graviſſime, atque humaniſſime factum eſt, ut omnes, ad Romanum imperium pertinentes, ſocietatem acciperent civitatis, & Romani Cives eſſent.*

Ex Conſtitutione Imperatoris (2) *Antonini*] *Hadriani*, Chryſoſt. *ad Act. Apoſtol. p.* 875. [*Tom.* IV. ed. Eton.] male. *Caracallae*, quem Ulpianus in *Libris ad Edictum* ſaepe ita vocat. Vid. *L.* 12. *pr. de religioſ. L.* 18. §. 1. *de minor.* Vid. Dion. *in Excerpt. Peireſc. p.* 745. & ad eum Valeſium. Salmas. *de Modo uſur. p.* 854. (3). Et temporibus D. Marci (4) id nondum factum fuiſſe, liquet ex Euſeb. *Hiſt. Eccleſ.* V. 1. *p.* 162. *ſeq.* Nec tempore Commodi, conſtat ex Inſcript. apud Sponium, *de Pag. Attic.* voc. Κεφαλή. Unde liquet, falſum eſſe Juſtinianum, qui *Nov.* 78. *Cap.* 5. id Pio tribuit (5). Hoc tamen ipſo non eſt mutatus ſtatus rerum ſoli. arg. *pr. Inſt. de uſucap. L. unic. Cod. de uſucap. transform.* & praerogativae habitantium Romae, vel in Italia. *pr. Inſt. de excuſation.* (6). Unde & poſt Caracallam multis datum Jus Italicum. Vid. *L.* 1. §. 4. *de cenſib.* add. Jac. Gothofred. *ad Geograph.* Ἀνωνυμ. *p.* 35. & maxime *ad L. unic. Cod. Theod. de Jur. Italic. urb. Conſtantinop.* [*Tom.* V. *p.* 246. *ſeqq.*] Late vid. Illuſtr. Ez. Spanhem. *in Orbe Rom. Exercit.* II. *Cap.* 4. *ſeqq.* qui plene explicat ea, quae huc pertinent.

Cives Romani effecti ſunt.] Et proinde Legibus Romanis obnoxii: quod non ita ſemper in iis, qui habebant jus civitatis. Manut. *de Civib. Rom. p.* 22. add. *p.* 20. Confunduntur tamen, *p.* 22. *med.* — Id jam ante Maecenas Auguſto ſuaſerat. Dio Caſſ. *Hiſtor. p.* 477.

(1) Vulg. *in urbe Roma:* male. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Const. Land. *loc. cit. p.* 1401. Pro qua lectione adeo minus recte pugnat Oteyz. & Olan. *Paralipom.* V. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 659. *seq.*

(2) Vulg. *Divi Antonini.* Vid Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Male. Scripsit Ulpianus *Libros ad Edictum* Imperante Caracalla. Vid. Schulting. *in not. ad Vit. Ulpian. a Bertrand. descript.* in *Jurispr. Antejustin. p.* 547. *seq.* & *in Enarr. h. t.* §. 13.

(3) Vid. & Bach. *in Trajan. p.* 66. *seq.* & *Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 3. §. 10. & auctores ibi citatos. add. Bouchaud. *de l'Impôt sur les Successions, p.* 126. *seqq.* Paris. 1766. 8.

(4) Cui tamen hanc Constitutionem adscrere denuo conatus est Jo. Paul. Mahnerus, *Comm. de M. Aurelio Antonino, Constitutionis de civitate universo orbi Rom. data auctore.* Hal. & Helmstad. 1772. 8. Sed eum refutavit Jo. Christ. Frid. Meisterus, *Lib. Sing. de Antonino Caracalla, vero civitatis per orbem Rom. propagatore.* Vratislav. 1793. 4. Vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. d. loc. p.* 438.

(5) Sic etiam Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 17. §. 3. *not.* 11. & *in Enarr. h. t.* §. 13. Noodt. *de Usufruct.* I. 21. *circa fin.* & *ad h. t. in fin.* aliique. Dubitatum tamen memini, an quidem necesse sit, erroris hic arguere Justinianum, qui *Antoninum Pium* appellans forte *Caracallam* intellexit. Constat scilicet, in vetustis monumentis *Caracallam* saepe numero *Antoninum Pium* appellari, nullo alio nomine, aut praenomine, aut cognomine addito. Ejus generis numi cum alibi inveniuntur, tum etiam exstant in Museo Numario Milario-Viscontiano, *p.* 61. *seqq.* & *p.* 101. & longe plures apud Franc. Mediobarbum, *in Impp. Rom. Numismatibus, p.* 285. *seqq.* Unde etiam factum esse, ut Nymmos, ad *Caracallam* potius referendos, nonnulli ad T. *Aelium Antoninum Pium* retulerint, docet Clar. Saxius, *in Adnotat. ad Mus. Viscontian. p.* 48. Sed primo quidem obstat, quod Imperator suum Antoninum *egregiis* Imperatoribus adnumeraverit. Quo nomine Caracalla vix ab alio quopiam est insignitus. Deinde, quod Antoninum dixerit *Pium cognominatum, ex quo etiam ad nos haec appellatio pervenit.* Quod unice con-

convenire videtur *T. Ælio Antonino*, quem Senatus *Pium* appellavit. Vid. Dion. Caff. *Histor. Lib.* LXX. §. 2. ibiq. Reimar. *p.* 1172. & a quo cognomen *Pii* ad reliquos Impp. pervenit. Quae difficultas an aliqua probabili ratione tolli possit, alii viderint. Illud facile largior, totam hanc periodum nihil ad rem facere, de qua Imp. *d. Nov.* agit, & unice adjectam videri ad blandiendum Imperatori, qui *Pius* & haberi & appellari adeo studuit.

(6) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 15.

L. XVIII.

Sed (1) *si ei, quae ex justis nuptiis concepit*, &c.] Vid. Hotoman. *Obs.* IV. 12.

(1) Hal. inserit *et*: non male. Plura sanè loca sunt, ubi pro *sed* reponendum est *sed et*, vel particula illa sic explicanda, Vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm.* *p.* 14. & ibi citt. auctores. Quod autem in praecedentibus verbis hujus Legis docetur de muliere praegnante, ultimo supplicio damnata, servanda, dum partum ediderit; id non tantum apud Romanos obtinuisse, sed & apud Ægyptios, Judaeos, Graecos, docent auctores, quos citat Idsinga, *Varior. Cap.* 14. *p.* 126. add. Brisson. *Sel. Antiq.* II. 20. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. *in fin.* De voce *praegnas* vid. notata superius ad L. 5. §. 3. *h. t. not.* 1. An *Publicius*, seu, ut Hal. edidit, *Publius Marcellus*, cui Hadrianus rescripsisse dicitur, idem sit, quem de amicis ille Imp. ad mortem voluntariam coëgit, ut narrat Spartian. *in Hadrian. Cap.* 15., non definio. Juxta Bertrand. *de Jurisper.* I. 8. §. 3. Marcellus Spartiani *Neratius* appellatus fuisset. Vid. & M. Tydeman, *de Ulp. Marcell.* I. 8. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs, *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 57. *seq.* — De *seq. L.* 19. vid. Jo. Mercer. *Opinion.* II. 9. in Thes. Otton, *Tom.* II. *p.* 1594. *seq.*

L. XX.

ULPIANUS *Lib.* XXXVIII. *ad Sabinum.*] Conf. *L.* 4. *de curator. furios.* (1).

Qui

Qui furere coepit, & statum &c. videtur retinere,] Vid. Rittersh. *ad Novell.* IX. 6. *num.* 42.

Sicut rei suae dominium retinet (2).] Hinc colligunt, a rebus ad personas argumentari nos posse. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 30. *Def.* 6. *in fin.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *Diss. de Elect. mag. inhabilis* &c. in *ej. Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 531.

(2) Τὸ *retinet* minime esse ab antiqua manu, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. neque necesse est, ut addatur. Hal. habet *sicut &* &c.

L. XXI.

Homo liber, qui se vendidit, &c.] De hoc varia Salmas. *de Modo usur. Cap.* 19. *p.* 862. *seqq.* non vera (1).

(1) Latius ea de re egit D'Arnaud. *Diss. de His qui pretii participandi caussa sese venundari patiuntur.* Qui *ibid. Cap.* 7. existimat, jus illud SCto Claudiano inductum esse, & sic quoque alii. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. qui dissentit, cum de ejusmodi jure jam respondisset Q. Mucius. Vid. *L.* 23. *de liberal. causs.* Dissentit etiam Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 2. §. 14. *in not.* Sed Bachium refutavit, & Jus illud neque ex antiquis moribus, neque e veteribus SCtis, sed ex novis, post Tiberium factis, profectum esse, probabiliter docuit J. T. Seger. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 3. *p.* 19. *seqq.* Lips. 1767. 4.

L. XXII.

Ex Constitutione] D. Marci. *L.* 10. *de Serv. exportand.* (1). Obstat *L.* 122. §. 2. *de verb. oblig.*

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.*

L XXIII.

Qui patrem demonstrare non possunt,] Qui tamen non semper aeque incertus. Cujac. *ad Nov.* 18.

Qui & spurii appellantur παρὰ τὴν σποράν (1).] Contius, *Lection. Subseciv.* II. 11. Alii a *spurio*, id est, cunno. Alii ab σύριος, unde ψούριος, & Æolice σπώριος. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ.* p. 358. *seqq.* (2).

(1) Jensius, *in Strictur. ad Pand.* p. 5. legit παρὰ τῆς σπορᾶς. Perperam.

(2) Quaedam de *spuriis* ad hanc Legem notavit quoque Const. Land. *Enarrat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. p. 1401. add. Georg. Jordens, *Diss.* I. *de Legitimat.* *Cap.* 2. §. 6. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. p. 335. *seq.* & J. L. E. Puttman, *Diss. de Querel. inoffic. testam. fratribus, atque sororibus contra spurios haud competente*, in ej. *Opusc. Syllog.* p. 217. *seqq.*

L. XXIV.

ULPIANUS *Lib.* XXVII. *ad Sabinum.*] De *caussa liberali* agens. Junge *L.* 18. *h. t.*

Lex naturae haec est, &c.] Vid. Mercer. *Opinion.* II. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 1594. *seq.*] (1). Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* XI. p. 711. ἐπὶ τὸν κοινὸν ἁπάντων καταφεύγω νόμον, ὅς οὐ τῶν ὑποβαλλομένων, ἀλλὰ τῶν μητέρων εἶναι τὰ ἔκγονα δικαιοῖ, ἐλευθέρων τε οὐσῶν, ἐλεύθερα, δούλων δὲ, δοῦλα. κ. τ. λ. *Ad communem omnium Legem confugio, quae non supponentium, sed matrum esse natos jubet; ac si matres liberae sint, eos liberos esse vult; si servae, servos.* &c.

Nisi Lex specialis aliud inducit.] Exempla vid. apud Forner. *Selection.* II. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 53.] (2).

(1) Ubi exponit, quid sit *matrem sequi.* Quo modo autem accipienda hic sit vox *naturae*, disquirit Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. jur.* p. 22. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit* 5. §. 8. *not.* 15. & Heinecc. *in Praef. Tom.* II. *Jurispr. Rom. & Attic.* p. 18. *seq.*

(2) Add. de Retes, *Opusc.* VIII. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. p. 393. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul.*

& Pap. Lib. IV. Reliq. 27. *num.* 4. in eod. Thes. *Tom. V. p.* 488. Heinecc. *in Comm. ad L. Jul. & Pap. p.* 225. *fin.* Noordkerk. *Obs. Cap.* 7. *p.* 159. *Legem specialem* hic non esse Legem, qua nominatim aliter cautum sit, sed jus speciale, quod definitioni generali derogat, notat Bynkersh. *Obs.* VII. 12.

L. XXV.

IDEM *Lib.* I. *ad L. Juliam & Papiam.*] Junge *L.* 43. *pr. de rit. nupt.* & vid. ibid.

Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, &c.] Existente legitimo contradictore. *L.* 3. *de collus. deteg.* & *L.* 4. *eod.* quae cum hac conjungenda est (1). Vid. & Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 26. *def.* 16. De *nobili*, Fab. *in Cod. Lib.* VII. *Tit.* 19. *def.* 7.

Sententia lata] Principaliter. *L. pen. tit. seq. L.* 5. §. 8. *de agnosc. & alend. lib.* Herald. *de Rer. judic. auctorit.* I. 1. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1081.] (2).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *A servis transeo* &c. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. p.* 119. *in fin.* Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 846.

(2) De ipsa regula, *res judicata pro veritate accipitur*, vid. notata ad *L.* 207. *de reg. jur.* add. Ramos del Manzan. *loc. modo cit.* II. 21. *p.* 195. & H. J. Tydeman. *Diss. supra laud. de Reb. judicat. non rescind. Cap.* 4. *p.* 36. *seqq.*

L. XXVI.

JULIANUS *Lib.* LXIX. *Digestorum.*] Junge *L.* 23. *de captiv. & postlim. rev.* (1).

Nam & legitimae hereditates his restituuntur:] Vid. *L.* 3. §. 9. *de suis & legit. hered.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* XXX. *Error.* 2. *num.* 11. (2).

(1)

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* — *In toto* pene *Jure Civili intelleguntur* &c. Aliquando enim haec regula fallit. Vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 295. add. Const. Land. *Enarrat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1402. *Intelleguntur.* Sic in Pand. Flor. passim scriptum invenitur. Vid. notata inferius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cogant. &c.*

(2) Sequitur apud Julianum: *praeterea si ancilla praegnans subrepta fuerit*, &c. De qua Legis particula vid. Clar. van der Keessel, *Diss. de Usuc. part. & foet. rei furtiv. Cap.* 2. §. 5. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 205. *seq.* add. Zach. Huber. *in Diss. Jurid. & Philol. Part.* II. *p.* 373. *seq.* & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 139. In Pand. Flor. hic, & paulo post, legitur *praegnas.* Vid. notata superius ad *L.* 5. §. 3. *h. t. not.* 1. Totam hanc Legem explicuit Jac. Petr. Yvo Diert. *Diss. ad L.* 26. *D. de Stat. homin.*, *seu de Juribus nondum natorum.* Lugd. Batav. 1798. Vid. & Guil. Jac. Huyssen. *Diss. exhib. Privilegia quaedam partus, & casus, in quibus ille pro jam nato habetur.* Lugd. Batav. 1778.

L. XXVII.

Nec adoptando patronus &c.] Alius enim non potest. *L.* 10. §. 2. *de in jus voc.* D. Goth. *in not.* „ Immo fit ingenuus. *L.* 32. *de rit. nupt.*" Lex illa bene cum hac concordat. (1).

(1) Vid. Jo. Mercer. *Opinion.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1566. Non raro, quae inter se opponit D. Gothofredus, plane non esse pugnantia, notat Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 1. *not.* 78. in *Jurispr. Antejustin. p.* 86.

TITULUS VI.

DE HIS, QUI SUI, VEL ALIENI JURIS SUNT.

L. I.

§. 2.

Ex Constitutione Divi Antonini,] *Pii.* Vid. *Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 3. §. 3. (1). Vid. progressum Juris apud Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. h. t.*

(1) Add. Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 3. in *Jurispr. Antejustin. p.* 30. *not. h.* & C. F. Walch. *Exercit. de aetate Ulp. Marcelli*, §. 12. in *ej. Opusc. Tom.* I. *p.* 328. Attamen jam ante Pium Hadrianus vetuerat, servos a dominis occidi, eosque jusserat damnari per Judices. Vid. Spartian. *in Hadrian. Cap.* 18. De quo loco Spartiani vid. Noordkerk. *de Leg. Petron.* §. 15. *p.* 116. Progressum juris breviter quoque exponit Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de his qui sui vel al. jur. sunt.* Plura habet D'Arnaud. *Diss. de Jure servorum*, *Cap.* 6. *seqq. p.* 26. *seqq.*

L. II.

ULPIANUS *Lib.* VIII. *de Officio Proconsulis.*] *Sub titulo de dominorum saevitia*, exstat & *in Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 3. §. 3. ubi vid. Pithoeum (1).

Sed dominorum interest, &c.] Ne quid seditiosius fiat. Idem in *Coll. LL. Mos. & Rom. d. loc.* (2).

Ad statuam confugerunt:] Sic & in *Collat. d. loc.* (3).

Ita ut in potestatem domini *non revertantur:*] *Sabini*, *Collat. d. loc.* (4).

Qui si meae &c.] *Quod si* &c. *Collat. d. loc.*

Divus etiam Hadrianus Umbriciam quamdam matronam, &c.] Add. aliud rescriptum D. Pii, *in Collat. d. loc.* Ceterum jam ante Pium id receptum. Vid. Hotoman. *ad* §. 2. *Inst. h. t.* Connan. *Comm. Jur. Civ.* II. 2. & Grot.

in

in Flor. Spars. ad d. §. 2. *Inst.* Senec. *de Benefic.* III. 22. quem citat Pithoeus, *ad d. loc. Collat.*

Umbriciam] *Umbram, Collat. d. loc.*

(1) Vid. de hoc loco *Collationis* etiam Noordkerk. *d. loc. p.* 126. *seqq.* H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. Cap.* 9. *p.* 111. *seqq.* & Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 197. *seq.* Verba in initio h. Legis *vel ad pudicitiam, turpemque violationem compellat* Grotius *in Flor. Sparsion. p.* 103. putat a Triboniano assuta esse; sed eum refutarunt Noordkerk. *d. loc. p.* 127. & D'Arnaud. *laud. Diss. p.* 51. — *Ælium Marcianum, Proconsulem*, non confundendum esse cum Marciano JCto, praeter Noordkerk. *d. loc. p.* 128. docet & Const. Jac. van Renesse, *de Coërcit. accusator. Cap.* 3. §. 2. in nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 617. Vid. & Oelrichs. *Diss. de Vita & Script. Marcian.* Traj. ad Rhen. 1754. In *Collat. d. loc.* appellatur *Aurelius Marcianus*; sed in §. 2. *Inst. h. t.* ut hic.

(2) Additur in Lege, *vel intolerabilem injuriam* &c. *Intolerabilis injuria*, seu, ut infra, *infamis injuria*, est contumeliae species, quae alias *stuprum* appellatur. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) De *aris, templis*, & *statuis*, servorum perfugiis, plura collegit D'Arnaud. *d. Diss. de Jure Servor. Cap.* 11. *p.* 55. *seqq.* add. Walch. *ad Hopp. Comm. ad h. t. Instit. p.* 70. Sequitur in Lege: *Etsi vel durius habitos, quam aequum est*, &c. Sic etiam Sallust. *Catilin. Cap.* 51. *num.* 11. *Multi eas gravius aequo habuere.* Ubi vid. Cortium. Pro *veniri jube*, Hal. habet *venire jube*, & sic etiam Flor. mutatum, ut notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Venire* legitur etiam in *Coll. LL. Mos. & Rom. loc. cit.* Sed *veniri* in §. 2. *Inst. h. t.* juxta edit. Cujac. Minus igitur accurate notat De La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1502. Tribonianum *in Instit. active* scripsisse, quod Ulpianus *passive* scripserat.

(4) Domini etiam in §. 2. *Inst. h. t.* Graeci hic complura addunt, quae in Libris Pand. non reperiuntur. Leunclav.

clav. *Notat.* II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1504. Pro *in potestatem*, uti & legitur in *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.*, Florentiae scriptum est *in potestate*: quod retineri potest, Vid. notata superius, *pag.* 3. *in fin. & seq.* Plura de venditione servorum, quos domini male habebant, collegit D'Arnaud. *d. Diss. Cap.* 12. *p.* 61. *seqq.* Quid sit *bonis conditionibus* vendere, exponit quoque Forner. *Selection.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 93.

L. III.

Quod jus proprium (1) *Civium Romanorum est.*] Jam tempore Romuli usitatum, an ex Lege, an ex moribus, ignorat Dion. Halicarn. *Antiq.* II. *p.* 96. *seqq.* ubi de eo accurate; & Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 202. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 167. *seq.*]

(1) Licet enim alii etiam populi satis durum imperium in liberos suos habuerint, nullius tamen Gentis patria potestas tot jura complectebatur, quot Romanorum. Vid. Walch. *ad Hopp. Comm. ad h. t. Inst. p.* 74. Fallitur adeo D. Goth. *in not.* dicens, *immo & Gentium proprium fuit.* &c. In *Graecis* lapsum esse Gothofredum, docuit quoque Schulting. *ad Calp. Flacc. Declam.* 14. De *patria potestate* duas Dissertationes conscripsit Gebauer. in *Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 123. *seqq.* ubi plures, qui de hoc argumento egerunt, citantur, quibus etiam alios addit Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 204. *seqq.* Vid. & Scheltinga, *Diss. de Emancipat. Part.* I. §. 8. *seqq.* in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 466. *seqq.* A. Perrenot. *Discept. de Patria potestate apud Rom. nunquam Legib. soluta.* Walch. *ad Hopp.*, *d. loc. p.* 76. *seq.*

L. IV.

Patresfamiliarum sunt, qui sunt suae potestatis; sive puberes, sive impuberes: simili modo matresfamiliarum;] Aliter Festus, voc. *materfamiliae* (1).

(1)

(1) Sed vid. ad eum locum Dacier. add. Pithoeum, *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 16. *not.* 7. De ipsa locutione *patresfamiliarum*, & *filiifamiliarum*, quaedam notat Cortius, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 43. *num.* 2. De *familia* secundum sententiam Juris Romani, deque jure familiae nonnulla collegit Galvan. *de Usufruct. Cap.* 8. §. 7. *seqq.* Vid. & Luc. van de Poll, *de Exheredat. & praeterit. Cap.* 4. *seqq.* & Th. Jo. Adr. van Lom, *Diss. de Familia*, Lugd. Batav. 1785. In fin. Legis verba *et pronepos* excidisse, sed reposita esse ab eadem manu, quae supra addidit *alii filiifamiliarum*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui propterea miratur, posteriora haec verba non aeque, ac priora a Taurellio asteriscis esse inclusa.

L. V.

IDEM *Lib.* XXXVI. *ad Sabinum* (1).] Junge L. 10. *de testam. tutel.*

(1) Hal. *ad Edictum.* Τὸ *et* in verbis *et deinceps*, in edit. Taurell. asteriscis inclusum, tam antique suppletum esse, ut coaevum videri possit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *vel in filii potestate* Hal. habet *potestatem*, scil. recidunt. Vulg. *potestate sunt.* Vid. Brencm. *d. loc.*

L. VI.

IDEM *Lib.* IX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 12. *de lib. & post. hered. instit.*

Filium eum definimus, &c.] Gail. *Obs.* II. 97. Struv. *h. Thes.* 43. & quomodo probetur filiatio, Fab. *in Cod.* IV. 14. *def.* 8. — Etsi forte mulier adultera fuerit, si tamen rea & cum viro fuerit, add. Cyn. *ad L.* 9. *Cod. de nupt.* — De incertitudine hujus rei Dion. Chrysost. *Orat.* XV. *p.* 236.

Placet nobis Juliani sententia, &c.] Ratio dubitandi in *L.* 1. §. 14. *de agnosc. vel al. liber.* (1) Vid. Struv. *h. Thes.* 44.

Licet vicinis scientibus,] Id est, testibus in nuptiis contractis, *L.* 9. *Cod. de nupt.* (2). Sed hic agitur de nativitate.

(1) Minus recte adeo Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Disp.* IV. §. 28. rogat, jocari hic Ulpianus voluerit, an nugari? Vid. tamen Balduin. *ad h. l.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 806. *in fin. & seq.* Pro *afuisse*, ut Flor. scriptum est, Hal. & aliae editt. habent *abfuisse*. Prius aeque rectum est. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* IV. 12. 6.

(2) Add. Perrenon. *Animadv.* I. 9. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 604. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Superest, ut differamus* &c.

L. VII.

IDEM *Lib.* XXV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 19. *de reb. dub.*

L. VIII.

IDEM *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Agens *de patria potestate*.

Patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt.] *L.* 20. *de stat. hom.* Facit *L.* 5. *rem pupill. salv. fore.*

Nam cum jus potestatis (1) *moribus* (2) *sit receptum*, &c.] Sic & in *libertate* argumentatur Cicero, *pro Caecin. Cap.* 34.

(1) *Jus potestatis* aliquoties in Jure dici pro *Jure patriae potestatis*, notat Schroder. *Obs.* I. 3. *p.* 19.

(2) Papinianus in *Coll. LL. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 8. repetit ex *Lege Regia*. Sed vid. Pithoeum, & Schulting. *ad d. loc. Collat.* add. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. jur. p.* 15. & *in Praef. Tom.* IV. *p.* 13. & H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 1. *p.* 13.

L. IX.

Filiusfamilias in publicis caussis loco patrisfamilias habetur,] Facit *L.* 7. *Cod. Theod. de Decurion.* [*Tom.*

IV.

[V. p. 369.] Ratio, ne potestas patria obsit reipublicae. Bodin. *de Republ.* I. 4. *p.* 43. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Majanf. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 362. *seqq.*

L. X.

ULPIANUS *Lib.* IV. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. p.* 287. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.] (1).

(1) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 27. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 214. *seq.* & Wissenbach. *loc. modo cit.* — De *L. ult. h. t.* vid. Georg. Jordens, *Disp.* II. *de Legitim. Cap.* 1. §. 2. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 399. *seq.* add. Jo. Mercer. *Opinion.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1592. *seq.*

TITULUS VII.

DE ADOPTIONIBUS, ET EMANCIPATIONIBUS (1), ET ALIIS MODIS, QUIBUS POTESTAS (2) SOLVITUR.

(1) De universa *adoptionis* materia, symbolis, ac speciebus ex professo egit Otto, *in Jurispr. Symbolic. Exerc.* 3. Est etiam erudita Dissertatio Casp. Ant. Conynenberg. *de Adoptionibus*, Franeq. 1728. De *emancipationibus* duas Dissertationes docte conscripsit Scheltinga, in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 461. *seqq.*

(2) Hal. *patria potestas*: non necesse. Vid. notata superius ad *L.* 8. *de his qui sui vel al. jur. sunt.* — In *L.* 1. §. 1 pro *quarum altera adoptio similiter dicitur* Ernstius, *loc. supra cit. p.* 849. legit *quarum altera adoptio simpliciter dicitur*, ex MS.

L. II.

Generalis enim adoptio duobus modis fit: &c.] *Populi* forte non meminit, quia dixit de Principe (1). Aliter Noodt. *ad h. t.* vs. *Altera adoptionis species* &c.

(1) Putat tamen *populi* mentionem ab ipso Cajo factam esse, ad *Ulpian. Fragm. tit.* 8. §. 21 *not.* 2. Plura de hoc Fragmento, deque tempore, quo arrogationes fieri desiere auctoritate populi, & factae sunt auctoritate Principis, vid. apud Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 9. *seq.* Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 226. *seqq.* Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 7. Van de Water, *Obs.* III. 16. Noordkerk. *Obs. Cap.* 17. *p.* 139. *seqq.* H. Cannegiet. *Obs.* II. 19. De vocis *arrogationis* etymologia vid. Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 257. *seq.* & Aleand. *ad Caji Instit.* L. 5. §. 1. —. De §. 1. *h. l.* vid. Riccium, *Vindic. Jur. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 770. ubi disputat contra D. Gothofredum, qui pro *non possunt* legit *nondum possunt.* add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. De *spadonum* & *castratorum* discrimine, plura vid. apud auctores citatos ad *L.* 128. *de V. S.*

L. IV.

Et emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se (1) *posse,*] Add. *L.* 1. & 2. *de Offic. Praetor.* Ut negligatur ratio *L.* 13. §. 4. *ad SCtum Trebell.*

(1) Unde explicandus locus Suetonii, *in August. Cap.* 64. ubi Augustus dicitur, nepotes suos Cajum & Lucium *domi* adoptasse. Quem locum minus bene intellexere Casaubonus, aliique. Vid. H. Cannegiet. *Obs.* II. 20. *p.* 224. *seq.* add. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription.* *p.* 140. In *seq. L.* 5. pro *in adoptionibus, eorum duntaxat, qui suae potestatis sunt, voluntas exploratur,* Hal. habet *in adoptionibus eorum, qui suae potestatis sunt, ipsorum duntaxat voluntas* &c. Quae lectio certe concinnior est, & potuit facile accidere, ut Librarius in verbis *eorum* & *eorum duntaxat* lapsus sit. Potest tamen lectio Florentina quoque retineri.

L. VI.

Cum nepos adoptatur, &c.] §. 7. *Inst. h. t.*

L. VIII.

L. VIII.

Sub Divo Claudio] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. h. t.* & *ad rubr. tit. Inst. de Curatorib.* — At sub hoc adolescentes sub Curatoribus non fuere. Haeret Noodt, *ad h. t.* vs. *Altera adoptionis species* &c. (1).

(1) Egit de hac Lege quoque Wieling, *Lect. Jur. Civ.* II. 8. qui Legem Claudii, vel SCtum, ad eos tantum curatores pertinuisse putat, qui ex Lege XII. Tabb. *prodigis*, vel ex L. Laetoria *improvidis rerum adolescentibus* dari tum solebant: postea tamen ab aetate D. Marci Legem credit ad omnes curatorem adeptos esse extensam. Aliter Toullieu, *Diss. de Auctorit. curator. aetatis*, §. 15. *seqq.* in *Collectan. p.* 275. *seqq.* qui Legem accipit de curatoribus, qui ex Constitutione D. Marci minoribus dantur, & sub nomine *Claudii* intelligit M. Aurelium Claudium, qui medio tempore inter Valerianum & Aurelianum regnavit. Quod probat Puttman. *Interpr. Cap.* 26. *p.* 119. *seqq.* & *Probab.* I. *p.* 151.

L. IX.

Etiam coecus adoptare, vel adoptari potest.] Stryck. *de Jure sens. p.* 120. (1).

(1) Qui similem rationem dubitandi reddit, ac Faber, *in Ration. ad h. l.* Aliam dat Pothier. *in not. ad h. l.* De lectione *seq. Legis* 11. quaedam monuit Schroder. *Obs.* II. 5. *p.* 117. Pro *si is, qui filium haberet*, &c. Hal. habet *si quis, cum filium* &c. *Et is filius auctor factus non esset*, id est, *non consensisset*, Ernstius, *loc. supra laud. p.* 849.

L. XII. (1).

Qui liberatus est patria potestate,] Patris naturalis. *L.* 37. §. 1. *h. t.*

(1) In archetypo haec Lex non simpliciter inscribitur *Ulpianus Lib.* XIV. *ad Sabinum*, sed *ad Massurium Sabi-*

binum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Maſſurium* tamen vitioſe ſcribi pro *Maſurium* ſupra monui ad *L.* 2. §. 47. *de Orig. Jur. not.* 8. Praeterea in aliis editt. *in fin. h. l.* additur: *Sed ſi ſemel fuerit adoptatus, amplius adoptari non poteſt.* Sed Gloſſam eſſe, recte judicat Ruſſard. Vid. & Brencm. *d. loc.* — De *ſeq. L.* 13. vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaeſt. in expl. ej. leg.* add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 2. in Theſ. Meerman. *Tom.* V. *p.* 121. *Denique* ſaepe notare *quin etiam* docet Schulting. *ad Ulp. Fragm. tit.* 22. §. 5. *not.* 13. add. Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Ulpiani*, *p.* 93.

L. XIV.

Sed etiam nepos &c.] Facit *L.* 27. *h. t.* (1).

(1) Pro *apud adoptatum patrem* Hal. habet *apud adoptivum patrem*, quod probare videtur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Heinecc. *ad Briſſon. de V. S.* voc. *adoptatus*, *patrem adoptatum* dicit non eſſe patrem adoptantem, ſed ita appellari ratione nepotis, cujus pater per adoptionem in aliam familiam tranſiit. *Per emancipationem*, ſcil. ipſius nepotis. Pothier. *in not. ad h. l.* Rationem dubitandi reddit Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Diſputat de hujus Legis ſententia etiam Hotoman. *in Comm. ad tit. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv. in fin. Oper. Tom.* II. *p.* 118.

L. XV. (1).

(1) Quid in *pr. h. l.* ſignificent verba *tacito jure*, diſquirit Ed. Calder. *Var. Lection.* II. 8. in Theſ. Meerman. *Tom.* III. *p.* 617. — In §. 1. *h. l. ſic adoptare* natum eſſe e ſequenti *ſic adoptaverit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. *ſic* ejecit. Praeterea τὸ *quilibet* idem eſſe, ac Graeci dicere ſolent ὁ τυχὼν, Latini *vulgaris*, monet Jac. Curtius, Εἰκαστῶν, II. 44. *in fin.* in Theſ. Otton. *Tom.* V. *p.* 185.

§. 2.

In adrogationibus cognitio vertitur, num &c. (1)] Cujac. *ad*

ad Lib. XXIX. *Quaest. Papinian. in expl. L.* 40. *de vulg. & pupill. subst.* Cicer. *pro Domo, Cap.* XIII. *Quod est, Pontifices, jus adoptionis? nempe, ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit, &, cum potuerit, sit expertus. Quae deinde caussa cuique sit adoptionis, quae ratio generum, ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri a Pontificum collegio solet.*

(1) Pro *quia-debeat* Vulg. habet *debet.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de Just. & Jur.* Praeterea pro *qui adrogat* Taurellius, item Gebauer. & Spangenb. edidere *quia adrogat*, τῷ *quia* duobus asteriscis incluso, indicio, illud per antiquum Librarium postea esse additum. Hal. habet *sit is, qui adrogat.* Russard. & Charond. *qui adrogat*, τῷ *qui* duobus asteriscis incluso.

§. 3.

Sed nec libertum alienum, nec majorem minor.] Junge *L.* 17. *h. t.* (1).

(1) De regula, quae subjicitur in *seq. L.* 16. quaeque etiam exstat in §. 4. *Inst. h. t.* quod scil. *adoptio naturam imitatur*, quaedam contra Huberum notavit H. Cannegiet. *Obs.* II. 20. *p.* 223. Mihi regulae sensus non videtur, praecise requiri, ut omnia illa adsint, quae naturaliter adesse deberent, ut posset adoptivus esse adoptantis filius, vel nepos; sed sufficere, modo nihil obsit, quo minus adoptivus filius, vel nepos fingi possit, talis natura esse. Hinc sponte quidem sequitur, non posse v. gr. natu minorem adoptare majorem; sed inde etiam sequitur, posse quem v. gr. aliquem adoptare in locum filii, licet uxorem non habeat. Vid. *L.* 30. *h. t.* Aut in locum nepotis, licet filium non habeat. Vid. §. 5. *Inst. eod.* Add. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 301. Illud verbo observandum, rationem hanc *adoptio enim* &c. quam Compilatores Pand. ex Javoleno inseruerunt Fragmentis Ulpiani in *L.* 15. & 17. *h. t.* unice pertinere ad verba ultima *d. Legis* 15. eamque adeo magis commode inseri potuisse Fragmento Modestini in *L.* 40. §. 1. *h. t.*

L. XVII.

L. XVII.

ULPIANUS *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 15. *h. t.*

Ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat.] Vid. *L.* 67. §. 3. *de rit. nupt.* (1).

(1) Non obstat *L.* 32. §. 1. *h. t.* Vid. Cujac. & Schulting. *locc. ibid citt.*

§. 1.

Adoptarent] *Adoptarentur*, Best. *de Rat. emend. Leges*, *Cap.* 1. §. 8. *num.* 4. *p.* 32. (1).

(1) Non recte. Vid. Jac. Voorda, *Interpr.* I. 2. qui τὸ *his* expungit, & *eorum pupillorum* separatos Genitivos dicit, quorum uterque seorsim pendet ex voce *adrogatio*. Egerunt de hac Lege etiam Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 454. & *p.* 488. *seq.* Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 8. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* 1. *p.* 177. *seqq.* Puttman. *Probab.* II. *p.* 53. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 8. §. 5. — Ad verba *seq.* §. 2. *deinde cujus vitae sit is*, &c. vid. Schroder. *Obs.* II. 5. *p.* 118. *seq.*

§. 3.

Praeterea videndum est, an non debeat permitti ei, &c.] Pro *an debeat non permitti* &c. (1).

(1) Sam. Petit. *ad LL. Attic. Lib.* II. *Tit.* 4. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 218. legit *an num debeat permitti* &c. Vulgo *non* deest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Satisdatio autem &c.] Junge *L.* 19. *h. t.*

L. XVIII.

MARCELLUS *Lib.* XXVI. *Digestorum.*] Vid. ad hanc

& seqq. LL. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Quaest. Papinian. in expl. L.* 40. *de vulg. & pup. subst.* (1).

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *Prael. in tit. de vulg. & pup. subst. Part.* III. *Cap.* 5. §. 19. *seqq. p.* 291. *seqq.* ubi recte disputat contra Ant. Fabrum, negantem ex hac cautione substituto pupillari actiones adquiri. Pro *servo publico*, ut hic legitur, in §. 3. *Inst. eod.* scriptum est *personae publicae*. Sed vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. Plura de *servis publicis* notavit Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 97.

L. XIX.

ULPIANUS *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 17. *h. t.*

Et multo magis substituto servo, *item legatariis*,] *Servo* delet Noodt. *ad h. t.* vs. *Potest igitur* &c. (1).

(1) Sed vid. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 8. *p.* 116. *seq.*

§. 1.

Quae satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in adrogatorem datur: (1)] Junge *L.* 22. *h. t.*

(1) Ad edit. in 4to. adjecit: *& facta subintelligitur.* Sic quoque Cujac. *loc. cit. ad praec. L.* 18. Jan. a Costa, *in not. ad* §. 3. *Inst. h. t.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. *in fin.* & plerique alii Interpp. Sed Finestr. & de Monzalv. *loc. modo cit. p.* 290. putat, *utilem* hanc actionem iis, quorum interest, adversus adrogatorem dari ad id, ut omissam satisdationem suppleat, eamque etiam post peractam adrogationem praestet: de quo dubito. Id recte notat, iis, ad quos res pertinet, *utilem* tantum actionem dari etiam in casu, quo cautio haec est praestita. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. Adeoque falluntur, qui tunc *directam* actionem concedunt: in qua sententia aliquando etiam versatum fuisse Jan. a Costa, patet ex *ej. not. ad d.* §. 3. *Inst. h. t.* — De arrogatione pupillorum, & feminarum ex Principis rescripto ad *seq. L.* 20. & 21. vid.

vid. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 16. adde Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. & 9.

L. XXII.

ULPIANUS *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 19. *h. t.* (1).

(1) Legem hanc 22. explicuit Caldera, *Var. Lection.* III. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 621. *seqq.*

§. 1.

Et puto, non admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam (1), *quam ex bonis ejus consequitur: & hactenus, ut ei usque ad pubertatem substituat.*] Atque adeo, si & naturalis pater ei substituerit, fieri potest, ut ex duobus testamentis substitutos habeat in duo patrimonia: & iterum, decedere *intestatus*, nullo a naturali patre ei substituto, & *testatus*, ex testamento arrogatoris. Vid. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Quaest. Papinian. in expl. L.* 40. *de vulg. & pup. substit.* Aliter Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* 1. *p.* 651. (2).

(1) Adde: *& ad omnia, quae ab arrogatore, ejusve contemplatione impuberi obtigerunt.* Vid. Cujac. *loc. cit.* Voet. *ad tit. de vulg. & pup. subst.* §. 16. Finestr. & de Monsalv. *d. loc. p.* 331. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Putans, impuberem uno tantum testamento decedere, quod scil. pater arrogator fecit, & reliqua impuberis bona ad substitutos a patre naturali non pervenire ex testamento patris, quippe quod per factam arrogationem ruptum est, sed vi cautionis, a patre arrogatore praestandae. In qua sententia ipsum quoque Schultingium versatum fuisse, non tantum apparet ex iis, quae ad edit. in 4to. adscripsit, ubi post *loc. Cujac. cit.* addidit: „sed haec mihi non placent: quorsum enim tunc cautio? & nuspiam legitur, vere heredes esse eos, qui venissent, nisi impubes arrogatus esset." Verum etiam ex adnotationibus ejus MSS., quas possideo, *ad Treutlet.*

ler. Select. Disput. ubi *ad Vol.* II. *Disp.* XI. *Th.* 8. *Lit. d.* verb. *& impuberi adrogato* &c. adscripsit: „ quo casu non opus cum Cujac. *ad L.* 40. *de vulg. & pup. subst.* dicere, pupillum posse, vel testatum & intestatum decedere, vel duobus testamentis: revera enim uno decedit testamento patris arrogatoris; sed reliqua bona illis, ad quos ea res pertinet, heres restituere tenetur vi cautionis." Additur in Lege: *Ceterum si fidei ejus* &c. *quia hoc non judicio ejus*, id est, patris arrogatoris, *ad eum pervenit*, &c. Atqui nemo legatis, & fideicommissis praestandis ulterius onerari potest, quam a defuncto accepit. Vid. *L.* 1. §. 17. *ad SCtum Trebell.* & *L.* 9. *Cod. de fideicomm.*

L. XXIII.

Non jus sanguinis, sed jus agnationis (1) *adfert:*] Cujac. *Obs.* XXVII. 6.

Nuptiis tamen etiam (2) *eorum prohibitis.*] Junge *L.* 14. *de rit. nupt.* Cujac. *loc. cit.* (3). Vid. ad *L.* 55. *de rit. nupt.*

(1) An & *jus patronatus?* Vid. Cujac. *Obs.* VII. 1. An *dignitatem?* Vid. H. Cannegieter. *Obs.* II. 18.

(2) Vulgo alterutra harum vocum abest: apud Hal. prior. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed neutra vox delenda: recte Pothier. *in not. ad h. l.* verba *sed filiae meae* &c. usque ad *est filia* parenthesi includit, & *τὸ eorum* refert ad nuptias inter adoptatum & uxorem, matremve adoptantis. Sensus adeo est, nuptias inter illas quoque personas esse prohibitas, licet nulla inter eas cognatio sit, ob solam scil. honestatem.

(3) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* — *Seq. Legi* 25. nihil obstare *L.* 5. *Cod. ne de stat. defunct.* docet Schulting. *in not. ad Vit. Ulpian. a Bertrand. descript.* in *Jurispr. Antej. p.* 550. *not. e.* — Ad *L.* 26. vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. ej. Leg.*

L. XXVII.

Ex adoptivo natus &c. (1)] Facit *L.* 14. *h. t.* Inepte D. Goth. *in not.* opponit *L.* 40. *pr. h. t.* nec conciliat.

(1) Qui *adoptatitius* dicitur, auctore Festo, *hac. voc.* add. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* Notat tamen Dacier. *ad d. loc. Festi*, *adoptatitium* Plauto dici ipsum adoptatum.

L. XXIX.

Si pater naturalis loqui quidem non possit, &c. (1)] Idem in surdo & muto admittit Stryck. *de Jur. Sens. p.* 242. Immo, ut & adoptare possit.

(1) Additur in Lege: *Perinde confirmatur adoptio*, &c. Stricto enim jure non valet, cum verba requirat. Oteyz. & Olan. *Paralipom. & Elect. Jur. Civ.* II. 7. §. 23. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 447. — De *seq. L.* 31. vid. Scheltinga, *Diss. de Emancipat. Part.* I. *Cap.* 5. §. 6. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 512.

L. XXXII. (1).

(1) In *pr. Si pubes factus emancipari desideret.* Idem traditur in *seq. L.* 33. Adeoque frustra quidam dicunt, tunc non cogi patrem ad emancipandum, sed arrogationis effecta tantisper in suspenso fuisse. Vid. Scheltinga, *loc. modo cit.* Pro *statuendum* in Cod. Flor. diu fuit *statudum*, & *en* recentius suppletum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui propterea conjicit, legendum *statutum*, litera *d* in *t* mutata. *Statuendum* tamen videtur rectius, quod & Hal. & aliae editt. habent.

§. 1.

Privignum suum tutori adoptare permittendum.] Vid. Cujac. *Obs.* II. 38. (1). Lege Attica prohibebatur tutor, pupilli matrem ducere. Diog. Laërt. *in Solon. num.* 56. ubi Comm.

(1) Et *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11. — In *seq. L.* 33. pro *reciperare* Hal. edidit *recuperare.* Sed *recipera-rassent* occurrit quoque in *L.* 31. *de minorib.* & rur-

sus

fus reciperabit in *L.* 23. §. 1. *ex quib. cauff. maj.* Alia loca habet Briffon. *de V. S.* in voc. & fic Veteres libros faepe habere, notat Graevius, *ad Sueton. in Neron. Cap.* 6. edit. Oudend. *p.* 645. add. Drakenborch. *ad Liv.* VII. 18. 1. & Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Diverf.* XIII. 77.

L. XXXIV.

Quaesitum est, si tibi filius &c.] Facit *L.* 48. *de pact. Et Labeo putat, nullam esse actionem*:] Noodt. *ad h. l. in pr.* intelligit *legis actionem* (1): non recte, ratio Pauli alio tendit (2).

(1) Eodem modo Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.*

(2) Vid. Scheltinga, *laud. Diff. Part.* I. *Cap.* 3. §. 13. *p.* 495. *seq.*

L. XXXV.

Per adoptionem dignitas non minuitur,] Vid. *L.* 6. §. 1. *de Senator.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Cujac. *ad Libb. Paul. Respons. in expl. h. l.*

L. XXXVI.

§. 1.

Apud Proconsulem &c.] *L.* 2. *pr. de offic. Proconf.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. Respons. in expl. h. l. Manumitti* hic & alibi dicitur pro *emancipari*. Vid. Briffon. *de V. S. in voc. num.* 3. & Schelting. *laud. Diff. Part.* I. *Cap.* 1. §. 5. *p.* 477. *seq.* Quapropter Tribonianum carpit Balduin. *loc. supra cit. p.* 808. *seq.* — In *seq. L.* 38. Marcellum refpexiffe ad adoptionem a femina factam, putat Fineftr. & de Monzalv. *Pracl. ad tit. de inoffic. testam. Cap.* 3. §. 25. *p.* 54. Sed quidni & ad alias adoptiones non jure factas refpexiffet? Conf. J. O. Weftenb. *in D. Marco*,

co, *p.* 281. *seq.* Quem & *ibid.* vid. de *seq. L.* 39. Ad cujus Legis verba *adhibitis etiam his*, *qui contradicent*, vid. & Forner. *Rer. Quotid.* V. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 261.

L. XL. (1).

(1) Hanc Legem exposuit Joh. van Nispen, *Diss. ad Modestin. Libb. Different. Cap.* 2. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 11. *seqq.* Vid. & Cujac. *ad Libb. Modestin. Different. in expl. h. l.* Pro *in adoptionem contingit* Hal. habet *in adoptione* &c. Sed vid. notata superius, *pag.* 3. *in fin. & seq.*

§. 1.

Et utique plenae pubertatis, *id est*, *decem & octo annis* &c.] Al. *plena pubertate:* non opus (1).

(1) *Plenae pubertatis* scil. annis. Verba *esse debet*, quae praecedunt, subaudit van Nispen, *d. loc. p.* 13. Qui *ibid. p.* 14. *seq.* monet, minus recte Sam. Petit. *ad LL. Attic. Lib.* II. *Tit.* 4. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 218. existimare, verba *id est*, *decem & octo* non esse Modestini, sed a manu Triboniani profecta. Vid. & Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 4ª. §. 2. *not.* 5. & Noordkerk. *Obs. Cap.* 4. *p.* 79. Hujus aetatis definitionem fluxisse e jure veteri, secundum quod majores XVII. annis nuptias contrahere demum poterant, observat Ampl. Laur. Petr. van de Spiegel, *Spec. de Formis negotiorum in Jurispr. Rom.*, *quae ex ominib. et exemplis fortuitis originem traxerunt*, *Cap.* 1. §. 6. Lugd. Batav. 1758. — De *seq. L.* 41. vid. Pothier. *in not. ad tit. de his qui sui vel al. jur. sunt*, *num.* 14. Pro *redadoptavit* alii habent *readoptavit*, vel *readoptaverit*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Utrumque rectum videtur. Sic & *reaccendo* & *redaccendo* dicitur. Verum τὸ *denuo*, quod additur, potuisset omitti; sed saepe pleonastice Nostri loquuntur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 17. *de Orig. Jur.* Similiter *rediisse rursus* dixit Florus, I. 3. *in fin.* ubi vid. Duker.

§. 2.

§. 2.

Spado adrogando &c.] Videtur contrarium de *castrato* tradidisse in *hoc Libro Differentiarum*. Noodt. *ad h. t. pr.*

L. XLIII.

Etiam infantem in adoptionem dare possumus.] Exemplum apud Dion. Cass. *Hist. p.* 533. (1).

(1) In *seq. L.* 43. pro *ex filio vel incerto* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 9. §. 3. *p.* 66. legit *ex filio certo vel incerto*. Hal. *vel incerte*. Vulg. *vel deinceps*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui nihil mutandum putat, sed *ex filio vel incerto* idem valere, quod universe, *ex aliquo filio*.

L. XLIV.

Ut etiam jure Legis nepos suus esset, quasi ex Lucio &c.] *Ut tam jure legeque nepos suus esset, quam si* &c. Balduin. *in Jurispr. Mucian. p.* 131. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 495.] (1) ex Gellio, *Noct. Attic.* V. 19. Duaren. *Disp. Anniv.* II. 14. Facit huc Appian. *de Bell. Civil.* III. *p.* 947. Et ita Cod. MS. Ranconeti (2), & sic habet edit. 1552. Lectio tamen vulgaris (3) habet sensum. Vid. Noodt. *ad h. t. pr.*

(1) Et *in not. ad h. l. ibid. p.* 809. Probat hanc emendationem quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. item Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Disp.* IV. §. 37. Van Eck. *Thes. Jur. controv. Thes.* 36. *p.* 6. H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 2. *p.* 21. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Quam & retinet Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 2. *num.* 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 122. eamque defendit Conynenberg. *Diss. de Adoptionib. p.* 76. *seq.*

L. X L V.

PAULUS *Lib.* III. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. p.* 290. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 223.] Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 97. [& *p.* 335.] (1).

Onera ejus, qui in adoptionem datus est, &c.] Facit *L.* 14. *de rit. nupt.*

(1) Ambo hic intelligunt onera *dotis dandae, & elocandorum liberorum.*

L. X L V I.

ULPIANUS *Lib.* IV. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. p.* 287. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.] (1).

Libertinum tamen eum manere, non dubitatur.] *L.* 32. *de rit. nupt.* Vid. Cujac. *Consult.* LVI. Gruter. *Inscript. p.* 752. *num.* 10. Sed inde nihil sequitur, & forte non recte annotavi (2).

(1) Add. Ramos del Manzan. *loc. modo cit.* II. 23. *num.* 13. *p.* 205. & Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. p.* 265.

(2) Forte, optime Schultingi! locum Gruteri annotasti ex Vertran. Mauro, *de Jure Liberor. Cap.* 43. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1075. qui ex hac Inscriptione colligit, filiam in contubernio progenitam, & a domino, vel ante, vel post patrem, vel una cum patre manumissam, appellari *naturalem.* Profecto, ut liberos in servitute quaesitos in potestate habeamus, beneficio Principis opus est, quo matrimonium confirmet: alioquin enim, licet cum parentibus libertatem acceperint, neque parentibus sui heredes sunt, neque legitimi liberi habentur. Vid. Noordkerk. *Obs. p.* 138. *seq.* ubi plura de hac Lege. Pertinet adeo locus Gruteri ad priorem Legis partem.

TITULUS VIII.

DE DIVISIONE RERUM, ET QUALITATE.

L. I.

Aut publicae sunt,] Quibus continentur & *communes*, & *universitatis* (1); & sic voce *communium* has tres species exprimit Cicer. *de Offic.* I. 7. *Ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis.*

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 11. Praecedentia verba *veluti muri, & portae* &c. Riccius, *Vind. Jur. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 776. ita interpungit: *Veluti muri, & portae civitatis quodammodo, divini juris sunt.* Sed vid. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 14. *p.* 92. Ceterum alii alio modo rerum divisionem faciunt; & saepe Vett. in dividendo variare, notant Cujac. *Obs.* XV. 33. & Schulting. *d. loc.* Rerum autem divisionem in *corporales & incorporales*, quae apud Cajum sequitur in §. 1. stoam redolere, docet Hoogwerff. *Diss. de Var. Jur. Rom. partibus stoam redolentib.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 90. *seqq.* add. Walch. *ad Hopp. Comm. ad tit Inst. de reb. corp. & incorpor.* & auctores ibi citatos. Pro *quae tangi possunt* apud Cajum, *in Inst.* II. 1. §. 2. in *Jurispr. Antej. Schult. pag.* 73. legitur *quae manu tangi possunt*; & sic Cajum scripsisse, sed Tribonianum vocem *manu* omisisse, putat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 457. *in not.*

L. II.

Quaedam naturali jure communia sunt omnium, quaedam universitatis,] Sic & Basilic. [*Tom.* VI. *p.* 163.] & Schol. Basilic. [*ibid. p.* 166.] Sed *quaedam publica* putat excidisse Otto, *ad pr. Inst. h. t.* quod diu cogitavi (1).

(1) Add. Huber. *in Eun. Rom. ad h. l.* & Wieling. *loc. modo cit.* Minus recte dissentit Noodt. *Probab.* I. 7. & 8. & *ad h. t. in pr.* existimans, *res communes* & *publicas* esse prorsus easdem. Contra Noodtium disputavit Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 209. *seqq.* Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Si quis tamen nolit verba *quaedam publica* contextui inserere, is possit dicere, Marcianum verba *quaedam universitatis* latiore sensu sumsisse, sub iisque comprehendisse tam res *populi*, quam collegii alicujus liciti. Vid. Huber. *d. loc.* Plane ut Cajus vocem *universitatis* accipit in *praec. L.* 1. *pr.* — Ad *seq. l.* 3. quaedam notavit J. T. Mathews, *Diss. supra laud. de Florentino, ejusque sex Libb. prior. Inst. p.* 51. ubi recte quoque monuit, non necesse esse, ut verbo *invenimus* addatur *et occupamus*. Alia similia loca habet Jac. Gothofred. *Diss. de Famos. latron. investig.* in *ej. Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 591. *seq.*

L IV.

Capenatis] Vid. Ortel. *Thes.* voc. *Capena.* (1).

(1) Luc. Holstenius corrigit *Capreatis.* Vid. Berkel. *ad Steph. Byzantin. de Urbibus*, voc. καπρίη. Alii malunt *Capenatibus.* Vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 42. Burman. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 60. legit *Cajetanis.* Schol. Basilic. *Tom.* VI. *p.* 166. habent Καπενάτοις. Praecedit: *dum tamen villis, et aedificiis, et monumentis*, in litore scil. jam exstructis, *abstineatur.* Conf. *L.* 6. *pr. eod.* Pro *abstineatur* Hal. edidit *abstineat*, & sic etiam legitur in §. 1. *Inst. eod.* Vid. de La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1502. De *monumentis* quaedam notat D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 13. *p.* 87. Sequitur: *sicut & mare.* Pro quo forte legendum *sicut est mare*, conjicit Wieling. *Lect. Jur. Civ. p.* 40. *in not.* Saepe hae voces in MSS. confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* VII. 40. 1.

§. 1.

Sed (1) *flumina pene omnia, & portus publica* (2) *sunt.*]

sunt.] Et adeo *publica* praesumuntur. Sande, *Decis.* V. 2. 2.

(1) Noodt. *Probab.* I. 8. pro *sed* legit *sed et*, vel τὸ *sed* putat a Marciano pro *sed et* usurpari. Sed vid. Waechtler. *loc. modo cit. p.* 214.

(2) Hal. *publici:* non opus. Saepe Adjectivum pluribus Substantivis diversi generis junctum remotiori convenit. Sic Sallust. *Jugurth. Cap.* 17. *Quae loca, & nationes* &c. *minus frequentata sunt.* Ubi vid. Cortium. add. Sanct. *Minerv.* IV. 8.

L. V.

Et ex mare reducere,]. Non pertinent huc. Cujac. *ad* §. 4. *Inst. h. t.* Nec sunt in Basil. [*Tom.* VI. *p.* 163.] Mentionem *maris* incogitantiae adscribit Noodt. *ad h. t.* Vs. *Satis de fluminibus* &c. (1).

(1) Forner. *Rer. Quotid.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 171. ὑστερολογίαν esse dicit. Sed sic non tollitur difficultas. Schroder. *Obs.* II. 5. *p.* 120. locum hunc ita restituit: *retia siccare, & ex nave reducere onus aliquod, & in his reponere,* &c.

L. VI. (1).

(1) De locutione *in tantum* vid. notata superius ad *L.* 36. *de Legib.* De ipsa JCti doctrina vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Tertia species* &c. circa fin. *Soli* est Genitivus a Nominativo *solum.* Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* Adeoque minus recte τὸ *et* Haloander omittit.

§. 1.

Universitatis sunt, non singulorum, &c.] Adeoque elegans magis, quam verum dictum Pisonis apud Ciceron. *Tusc. Quaest.* III. 20. *Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat; sed si facias, partem petam.*

Veluti — & similia,] Haec verba in Florent. (1) deësse, dicit Best. *de Rat. emend. Leges, Cap.* 17. *num.* 7. *p.* 171. Abesse possunt: exstant tamen in edit. Florent. Debuerat ille laudare auctorem suum.

Ideo & libertus &c.] *Ideo* abesse a Florent. (2) dicit Best. *d. loc. p.* 172. Exstant tamen in edit. Florent., nec debuerat omittere auctorem suum. Ipse legit *ut et* &c.

(1) Immo absunt ab edit. Haloandr. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Bestium refutavit G. van Velen, *Diss. de Quibusd. Juris Locis, Cap.* 7. Lugd. Batav. 1743. & Marokart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 53. *seq.* De *stadiis* quaedam habet Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 46. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 999. *seq.*

(2) Immo abest ab edit. Haloandr. Bestium fefellere *signa* Editorum in contextu. Vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 4. *p.* 82. *seq.* Quod vocula *ideo* hic ter repetitur, minus quidem elegans est, non tamen sine exemplo. Vid. H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. Cap.* 21. *p.* 283. add. Drakenborch. *ad Liv.* I. 3. 9. & Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers.* I. 5. 8.

§. 3.

Quae publice consecratae sunt, non private:] *Privatae*, Otto, *de Tutel. Viar. Part.* I. *Cap.* 14. *p.* 305. (1).

Semel autem aede sacra facta, etiam diruto aedificio, locus sacer manet.] Nec alienari potest. *L.* 73. *pr. de contrah. emt.* Nisi alia Lex dicta sit. Plin. X. *Epist.* 58. Facit huc dictum Senecae, *de Ira*, II. 31. *Sanctae partes sunt, si universum venerabile est;* & *de Consol. ad Helv. Cap.* 13. notat, ruinas tales adoratas fuisse (2).

(1) *Sacra privata*, & *sacra privatim*, seu *privata auctoritate, constituta* probe distinguenda sunt. Vid. Heinecc. *in Addit. ad Vinn. Comm. ad* §. 8. *Inst. h. t. num.* 3.

(2) An res sacra, mutato Principatu, in usum profanum adhiberi possit, vid. Jo. van der Linden, *Adnot. ad*

Voet.

Voet. Comm. ad Pand. hac tit. §. 6. & ibi citt. auctores.

§. 4.

Et licet postea ratum habuerit,] In §. 9. *Inst. h. t.* legitur *non habuerit:* utrumque potest defendi. Vid. Vinn. *ad d.* §. 9. *Inst.* (1).

(1) Vera tamen lectio est *ratum habuerit*, quam & confirmat Theophil. *in Paraphr. ad d.* §. 9. *Inst.* ubi vid. Reitz. add. Heinecc. *in Additam. ad d. loc. Vinn.* & Ampl. A. G. Besier, *Diss. de Ratihabitione, Cap.* 3. §. 6. Lugd. Batav. 1778. — Praecedit: *religiosum locum unusquisque sua voluntate facit*, &c. Aliud juris fuisse, si pestilentia grassaretur, ex Constitutione D. Marci, cujus meminit Capitolinus, *in Vit. M. Anton. Philos. Cap.* 13. quando non licuit, ubi quis vellet, sepulcrum facere, sed loco publice plerumque designato, & a vivorum commerciis longius remoto, probabiliter docuit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 4. propterea apud Capitolinum pro *ne uti quis vellet* &c. legens *ne ubi quis vellet, fabricaret sepulcrum.* Paulo aliter Bynkersh. *Obs.* IV. 22. Casaubonus, Gruterus, aliique haud dubie minus bene locum Capitolini intellexere.

§. 5.

Cenotaphium] Qualia quandoque plura uni exstructa. Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* I. *p.* 43. De illis & Freher. *Parerg.* I. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 891. *seqq.*] (1).

Placet locum esse religiosum:] Quo posito habet de eo locum *poena sepulcri violati*; de quo quaesitum. Sulpit. Victor. *Inst. Orat. p.* 262.

Sicut testis in ea re est Virgilius (2).] *Aeneid.* VI. *vs.* 501. Vid. Thes. Jur. Otton. *Tom.* III. *p.* 343. (3). — Quem a Marciano male adductum, putat Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* I. 16. [in eod. Thes. *ibid. p.* 357.] Vid. & Scip. Gentil. *Parerg.* II. 16. [in eod. Thes.

Tom.

Tom. IV. *p.* 1334.] qui ait, Marcianum & Virgilium non de simplici agere cenotaphio, sed quod instar veri colitur.

(1) De *cenotaphiis* in universum vid. van Vryhoff. *Diss. ad L.* 6. §. 5. *h. t.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p* 194. *seqq.* & *Obs. Cap.* 18. & R. M. van Goens, *de Cepotaphiis*, *p.* 21. *seqq.*

(2) In Pand. Flor. *Vergilius*: quemadmodum scribendum esse, ex Lapidibus antiquis docet Joseph. Castalio, *de Recta scribendi Vergilii nominis ratione*, in *Miscellan. Italic. eruditis*, *p.* 117. *seqq.*

(3) Alii cogitant de loco *Æneid.* III. *vs.* 301. *seqq.* Vid. v. gr. van Vryhoff. *d. Diss. p.* 197. & Otton. *in not. ad* §. 9. *Inst. h. t.*

L. VII.

Divi Fratres] Qui de *sepulturis* multa sancière. Capitolin. *in Marco*, *Cap.* XIII.

Contra rescripserunt.] Et hoc rescriptum sequendum invita stricta ratione juris, maxime Pontificii. Vid. Jac. Gothofred. *Diatrib. de Cenotaph.*[in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 334. *seqq.*] (1).

(1) De pugna inter *hanc* & *praec. L.* 6. §. *ult.* multi multa scripsere. Vide, praeter citatos a Schultingio, quos plures laudat van Goens, *loc. modo cit. p.* 25. quibus addi possint Galvan. *de Usufruct. Cap.* 30. *num.* 2. Bynkersh. *Obs.* I. 5. Van Vryhoff. *locc. modo citt.* H. Cannegiet. *Obs.* III. 5. Van Vaassen, *Animadv. Critic. ad Fastos Rom. Sacros*, *p.* 230. Schroder. *Obs.* II. 5. *p.* 120. *seqq.* H. J. Arntzen. *Miscellan. p.* 28. & 314. C. F. Hommel. *Opusc. Jur. univers. a C. G. Roessig. edit. Part.* I. *p.* 187. *seq.* Mihi oleum & operam perdere videntur, qui doctrinam Marciani cum rescripto Divorum Fratrum conciliare student. Neque etiam probabile est, Marcianum hoc rescriptum ignorasse. Vid. Noordkerk. *Obs. p.* 100. Adeoque nihil superesse videtur, nisi ut dicamus, Marcianum hac in re a Divis Fratribus dissensisse, & contra eorum rescriptum respondisse: quod saepius a JCtis factum. Vid. Schulting. *Diss. pro Rescript. Impp. Rom. p.* 167.

p. 167. *seq.* & Brencman. *de Eurematic. Cap.* 7. *p.* 131. Non tamen ideo necesse est, antinomiam hic statuere: nam Tribonianus rescriptum Divorum Fratrum Fragmento Marciani haud dubie non alia mente ilico subjecit, nisi ut significaret, hoc rescriptum esse sequendum. Simile exemplum vid. in *L.* 16. §. *ult.* & *L.* 17. *de pec. constit.* Alia exempla habet Bynkersh. *loc. cit.*

L. VIII. (1).

(1) *De eo, quod Jure Rom. sanctum est*, disputavit P. Changuion. Lugd. Batav. 1752.

§. 1.

Sanctum autem dictum est a sagminibus.] Immo a *sancio. L.* 9. §. 3. *h. t.* quod ab ἁγίῳ derivat Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 346. (1).

Sunt autem sagmina quaedam herbae &c.] Vid. Plinium, *Hist. Nat.* XXII. 2. & XXV. 9. *seu* 59. (2).

Sicuti Legati Graecorum ferunt ea, quae vocantur cerycia.] Vid. Plinium, *Hist. Nat.* XXIX. 3. *seu* 12. (3).

(1) Vid. & Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1356. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10.

(2) Add. Livium, L. 24. ibique Interpp.

(3) Add. Brisson. *de V. S.* voc. *Cerycia.* Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1403. Gronov. *ad Grot. de Jure Bell. ac Pac.* III. 3. §. 8. Hal. vocem hanc Graece edidit κηρυκεῖα. Quid κηρύκειον fuerit, exponit Suidas, *in Lexic. h. v.* In *seq.* §. 2. pro *immitteretur* alii habent *committeretur*; & sic quoque Schol. Basil. *Tom.* VI. *p.* 169. χρὴ κωλύεσθαι, ἵνα τὶ πλημμεληθῇ κατ' αὐτῶν. Sed Basilic. habent οὐκ ἔξεστι βλάπτειν ἢ ἐμβάλλειν τὶ τοῖς τείχεσιν. Adeoque *in muros immittere* hic idem videtur, quod *in muros immittendo committere.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. IX.

L. IX.

ULPIANUS *Lib.* LXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *ne quid in loc. sacro fiat.*

Sacra loca ea sunt, quae publice sunt dedicata:] Vid. Ciceron. *pro Domo, Cap.* 49. Balduin. *in Scaevol.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 476. *seqq.*]

§. 1.

Sciendum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem (1).] Dio Cassius, *Histor. Lib.* LVII. *p.* 608. Τὰ τὲ ἀγάλματα καὶ τὰ ἡρῷα αὐτοῦ, καὶ ὅσα οἱ δῆμοι, καὶ ὅσα οἱ ἰδιῶται ἐποίουν, τὰ μὲν αὐτὸς καθιέρου, τὰ δὲ τῶν ποντιφίκων τινὶ προσέτασσε. *Statuas & fana, ei* (Augusto) *a populis, aut privatis facta, partim ipse* (Tiberius) *dedicavit, partim sacranda alicui Pontificum injunxit.*

(1) Penes quos rei consecrandae potestas fuit, cum libera republica, tum sub Imperatoribus, egregie expositum est in Dissertatione Henric. van Alphen, *de Rei consecratione*, §. 5. Lugd. Batav. 1791.

§. 2.

Sacrarium est locus, &c.] Vid. Festum, voc. *secepistam.* ubi Ursin. (1).

Et solent, qui liberare (2) *eum locum religione volunt, sacra inde evocare.*] Quae *evocatio* differt ab *exauguratione*, de qua Raevard. *Conjectan.* II. 17.

(1) Add. Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers.* XIII. 2.
(2) Usitatum hac in re verbum. Vid. Duker. *ad Flor.* I. 7. 8. Quaedam de *evocatione sacrorum* notarunt quoque Conit. Land. *Praetermiss.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1453. Fopp. ab Æzem. *Diss. Jur. Civ.* I. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 807. P. Faber, *Semestr.* II. 4.

§. 3.

Proprie dicimus sancta &c.] Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Tertia species rerum nullius* &c. (1).

(1) Add. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 14. Egit de hoc loco etiam Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* III. 28. in Thes Otton. *Tom.* IV. *p.* 1267. Pro *etsi Deo non sit consecratum* Ulpianum scripsisse *etsi Jovi* &c. putat Wissenb. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 10. Sed vid. Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 229. add. notata superius ad *L.* 2. *de Just. & Jur.* — In *seq.* §. 4. verba *muros reficere* Bynkersh. *Quaest. Jur. Publ.* II. 14. interpretatur *muros, ex qua caussa antea dejectos, rursus exstruere.*

L. X.

POMPONIUS *Lib.* VI. *ex Plautio.*] Junge *L.* 50. *de adq. rer. dom.* (1).

(1) *In mare* pro *in mari.* Vid. de hac scriptura Drakenborch. *ad Liv.* XXVIII. 6. 2. Pro *mari occupatum* Hal. habet *a mari* &c. Sed etiam alibi haec praepositio in constructione Passivorum omittitur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* IV. 17. 10.

L. XI.

Nam Cives Romanos alia, quam per portas, egredi *non licet:*] *Ingredi*, Basilic. [*Tom.* VI. *p.* 164.] add. *L.* 3. §. 17. *de re milit.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Tertia species* &c. (1).

Nam & Romuli frater, Remus, occisus traditur (2) *ob id*, &c.] De quo Voet. *de Jure milit. Cap.* 4. *num.* 29. *seq.* Sed parum ex historiae fide. — Hoc, ut flagitium, alii traducunt.

(1) Lectionem Florentinam *egredi* defendit Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* I. *p.* 80. add. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 7. §. 304. — Num poena capitis

pitis spectet tantum ad muros Urbis Romae, an vero etiam ad muros Municipiorum, inter Interpp. disputatur. Negat Wissenbach. *Disput. ad Instit. Disp.* IX. *Thes.* 19. & Huber. *in Praelect. ad h. t. Inst.* §. 11. Sed vid. Lyclam. *Membran.* III. 6. Noodt. *loc. cit.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Dissertationem *de Sanctitate moeniorum ad L. ult. D. de rerum divis.* conscripsit H. Borgerink. Lugd. Batav. 1737.

(2) Facit huc Ovid. *Fastor. Lib.* III. *vs.* 69. *seq.* & *Lib.* IV. *vs.* 839. *seqq.* Vid. Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1403. & Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 19. Alios auctores, qui de nece Remi egerunt, citat Duker. *ad Flor.* I. 1. 8.

TITULUS IX.

DE SENATORIBUS.

Nihili Senatum fecit Justinianus, Procop. Ἀνεκδ. *p.* 64. (1). Vid. tamen, *p.* 123.

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. De *Senatu Romano* scripsere, quos citat Bach. *Hist. Jur.* II. 1. §. 12. *not. k.* *Senatus* unde dictus, Adduens. *Explic.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 512. *seq.* De *Senatoribus*, & *Patriciis* Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 8. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1118. *seqq.*

L. I.

Consulari feminae utique Consularem virum praeferendum, &c.] Refer ad casum *L.* 8. *de pact.* cum Gloss. add. P. Fabrum, *Semestr.* I. 2.

Sed vir Praefectorius an Consulari feminae praeferatur, videndum. Putem praeferri, quia (1) *major dignitas est in sexu virili.*] Alioquin dignitas Consularis major. Sidon. Apollin. II. *Epist.* 13. & V. *Epist.* 16. add. Fab. *d. loc.*

(1) De hac ratione vid. & Conſt. Land. *Exercit. Lib.* in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 1403. In Pand. Flor. quondam fuit *qua*, ſed inde *quia* factum. Vid. Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, *qua* retinere Vintimillium, praeëunte Ant. Auguſtino, *Emend.* II. 2. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1468. — Ad *ſeq.* §. 1. quaedam monuit Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 116. Pro *adicit*, ut Flor. hic & alibi ſcriptum eſt, Hal. habet *adjicit*: ſine cauſſa. Saepe enim *adicere*, *inicere*, *reicere*, & alia cum *jacio* compoſita, in Libris Vett. & Inſcriptionibus ſcribi, docent auctores, quos laudat Duker. *ad Flor.* I. 10. 5.

L. II.

Caſſius Longinus (1) *non putat ei permittendum*, &c.] Vid. Rittersh. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 52.

Propter turpitudinem] Crimen *repetundarum* videntur intelligere Baſilic. [*Tom.* I. *p.* 180.] adde ſequentia.

Vel teſtimonium dicere,] Vid. *L.* 20. §. 5. *qui teſt. fac. poſſ.*

(1) De quo vid. notata ſuperius ad *L.* 2. §. 47. *de orig. Jur. not.* 20.

L. III.

Divus *Severus & Antoninus*] Cur non *Divi?* An ſub Caracalla haec ſcripſit? (1).

(1) Vix putem: recentior enim eſt Ulpiano, cujus diſcipulus fuit. *L.* 52. §. 20. *de furt.* Hic autem pleraque ſua ſub Caracalla conſcripſit. Vid. Schulting. *in not. ad Vit. Ulpian. a Bertrand. deſcript.* in *Juriſpr. Antejuſtin.* & *ad Ulpian. Fragm. tit.* 17. §. 2. *not.* 11. Forte adeo legendum *Divi*. Voces hae ſaepe confuſae ſunt. Vid. Noordkerk. *Obſ. Cap.* 1. *p.* 14. & H. Cannegiet. *Obſ.* II. 1. *p.* 141. Plura de Modeſtino vid. apud Joh. van Niſpen, *Diſſ. ad Fragm. Modeſt. ex Libb. Differ. Cap.* 1. in Theſ. Diſſ. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 3. *ſeqq.* & Bach. *Hiſt. Jur.* III. 2. *ſect.* 5. §. 41. *p.* 483. edit. Stockman.

man. Pro *senatorem remotum* in Cod. Flor. scriptum fuisse *senatoremtum*, & recentius demum *remo* additum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse putat, tantum *mo* desiderari. Sed rectius, ut videtur, Gebauer. *ibid.* solam literam *o* Librario excidisse censet, & legendum *senatoreMotum*, id est, *senatorem motum.* — Ad *seq. L.* 4. vid. Vertran. Maurum, *de Jure Liberor. Cap.* 23. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1024.

L. V.

ULPIANUS *Lib.* I. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Explicans id caput, quod est in *L.* 44. *de rit. nupt.* (1).

Verum adoptivum quoque,] Vid. *L.* 35. *de adoption.* (2).

An ante dignitatem Senatoriam.] Vid. *L.* 2. §. 2. *de Decurionib.* (3) *L.* 9. §. 14. *de poen.* Idem in eo, qui antequam nobilis fieret, filium suscepit, Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 10. *Def.* 32. — D. Goth. *in not.* „ Immo interest: nam qui ante nati sunt, privati videntur. *L.* 11. *Cod. de dignitatib.*" Sed vid. ad illam Legem (4).

(1) Ad quod caput hanc Legem referendam, nec non *LL.* 6. 7. 9. 10. *h. t.* monuit quoque *in Enarr. h. t.* §. 3. add. Cujac. *Obs.* XXIV. 3. & Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 2. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 120. *seqq.* qui & Leges illas *ibid.* explicuit.

(2) Sequitur: *neque intererit, a quo* &c. id est, ex qua familia, quantumvis humili. Heinecc. *ad Leg. Jul. & Pap. Popp. p.* 112.

(3) Add. Curtium, Εἰκαστῶν, *Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 304.

(4) Ad quam Legem sequentia notavit: „ Haec Lex in *pr.* agit de oneribus, quae patri incumbunt, quae in filium ante dignitatem susceptum transire, Impp. negant. Nam in hac Lege actum est de praestatione *glebali*, quam praestabant Senatores nomine suarum possessionum, ut agnoscitur ex Fragmento *L.* 1. *Cod. Theod. de Senator.*

nator. [*Tom.* II. *p.* 7.] add. Zosim. II. 38. Sed in honoribus ipsis par cum post natis erat conditio, & de hoc agit pars posterior hujus Legis. Vid. Jac. Gothofred. *ad d. L.* 1. *Cod. Theod.* Ita non obstat *L.* 5. *D. de Senator.* & *L.* 22. §. 5. *ad municip.* Illud autem *glebale* post sublatum, & hinc a Triboniano omissa de eo mentio. add. Cujac. *h.*" Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 112. Jac. Coymans, *Disp. ad L.* 5. *D. de Senatorib. Cap.* 4. Lugd. Batav. 1726.

L. VI.

PAULUS *Lib.* II. *ad Legem Juliam & Papiam.*] *L.* 44. *de rit. nupt.*

Senatoris filius est & is, quem in adoptionem accepit:] Et amisit vetus nomen. Cicer. *de Legib.* II. 3.

§. 1.

Quia non amittitur Senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis: &c.] Vid. *L.* 35. *de adoption.* add. Ciceron. *pro Domo, Cap.* 14. & Noodt. *ad tit. de adoption.* vs. *Illud quale*, &c. (1). Aliud circa Jus Gentis Patriciae, & Plebejae. Perizon. *Diss. de Constit. Divin. super ducend. defunct. fratr. uxore, p.* 98. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 113. *in fin. & seq.*

(1) Vid. & Schulting. *in Enarr. tit. de adoption.* §. 13. ubi locus Ciceronis vitiose citatus est. De locutione *adoptione inferioris dignitatis* vid. Puttman. *Opusc. ex Observ. Batav. p.* 17. *med.*

L. VII.

ULPIANUS *Lib.* I. *ad Legem Juliam & Papiam.*] *L.* 44. *de rit. nupt.*

Emancipatum a patre Senatore, quasi *Senatoris filium haberi placet.*] *Quasi* impropriętatis verbum esse, vult Heinecc. *loc. modo cit. p.* 113.

§. 1.

Nec enim proprie *Senatoris filius dicetur* &c.] Sed tantum *quasi:* multo minus, qui & conceptus est moto patre. Heinecc. *d. loc. p.* 115.

§. 2.

Sed si pater amiserit dignitatem ante conceptionem hujus: &c.] Vid. *L.* 3. *de interd. & releg.* Fab. *in Cod.* II. 4. 8. *not.* 2. (1).

(1) Obstat *L.* 11. *Cod. de quaestion.* Sed vid. Burgium, *Elector. Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 342. *seq.* Forner. *Selection.* II. 20. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 70. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. VIII.

Idem *Lib.* VI. *Fideicommissorum.*] Junge *L.* 52. §. 2. *de judic.* (1).

Feminae &c.] Quibus aliquando etiam a Principe hic honos est datus & titulus. Dion. *Excerpt. Lib.* LXXIX. *p.* 913. Immo & ornamenta talia interdum feminis data. Vid. locum singularem Lampridii, *in Heliogab. Cap.* 4. ubi Casaubon.

Feminis enim dignitatem clarissimam &c.] Facit huc Euripid. *Elect. vs.* 936. (2).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XXIV. 3. & Schulting. in *Enarr. h. t.* §. 3.

(2) Alia loca habet Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1404. — Ad *seq. L.* 9. vid. & Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. ej. l.* Explicanda scil. Lex est ex *praec. L.* 7. §. 1. ex qua constat, ob amissam a patre dignitatem Liberos eam non amittere. Sensus Legis adeo hic est: si filia Senatoris nupserit Liberto, has nuptias, Lege Julia & Papia vetitas, non fieri legitimas, etsi pater deinceps Senatu motus sit: *nam quaesita dignitas* &c. id est, nam dignitas Se-

Senatoria liberis per patrem quaesita iis non aufertur, propterea quod pater eam amiserit: atque adeo nuptiarum impedimentum, licet pater deinceps Senatu motus sit, non cessat. — Legem 10. pertinere ad Caput Legis Juliae in *L.* 44. *de rit. nupt.* docet & Conrad. *Parerg.* *p.* 493. add. citatos ad *praec. L.* 5. *not.* 1.

L. XI.

Senatores, licet in urbe *domicilium habere videantur,*] Quam multos illorum nunquam vidisse, dicit Augustin. *de Civitat. Dei*, V. 17. *Num quid non multi Senatores sunt in aliis terris, qui Romam nec de facie quidem norunt?* Debuere tamen in Italia habere quartam bonorum partem. Capitolin. *in Marco*, *Cap.* 11. ubi Casaubon. (1).

(1) Forum originis retinebant Senatores ratione commodorum, non onerum. *L.* 23. *pr. ad municipal.*

L. XII.

Nuptae prius Consulari viro impetrare solent a Principe &c.] Etiam in filiabus Principum exemplum apud Herodian. I. 8. (1).

(1) Add. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 125. Noordkerk. *Obs. p.* 54. & de *Julia Mamaea* vid. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 9. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1125.

§. 1.

Senatores autem accipiendum est eos,] Sic *L.* 19. *in fin. de novation.* (1).

Illustres] Latius videntur sumi, etiam pro *Clarissimis.* Huber. *Eun. Rom. h.* Ceterum emblema Triboniani hunc §. censet Hotoman. *Epitom. h.* Cujac. *ad Nov.* 62. Wissenbach. *in Emblem. Tribon. h.* Non negante Hubero, *d. loc.* quod ad verba *qui a Patriciis & Consulibus usque ad omnes illustres viros descendunt* (2).

(1) Ad quam Legem plura alia hujus loquendi generis exempla notavit. Vid. & Wissenb. & Huber. *locc. citt.* Forster. *Obs. subseciv.* I. 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 905. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 25. Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio, Cap.* 4. §. 3. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 47. Gronov. *ad Gell. Noct. Attic.* IV. 9. Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* II. 13. 8. & III. 6. 7. qui tamen, an Latinum sit, dubitat.

(2) Triboniani manum agnoscit quoque Leuncl. *Notat. Lib.* II. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1504. Regius, *Enantioph.* II. 2. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 1497. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 1. *num.* 5. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 118. Pothier. *in not. ad h. l.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 6. §. 244. *p.* 438. Vid. tamen Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 230. *seqq.* Quem sequuntur Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 57. *med.* & Bynkersh. *Obs.* VII. 9. *circa fin.*

TITULUS. X.

DE OFFICIO CONSULIS.

De honore Epictetus apud Arrian. IV. 10. Αν ὑπατεῦσαι θέλῃς ἀγρυπνῆσαί σε δεῖ, περιδραμεῖν, τὰς χεῖρας καταφιλῆσαι, πρὸς ταῖς ἀλλοτρίαις θύραις κατασαπῆναι, πολλὰ μὲν εἰπεῖν, πολλὰ δὲ πρᾶξαι ἀνελεύθερα, δῶρα πέμψαι πολλοῖς, ξένια καθ' ἡμέραν ἐνίοις. καὶ τί τὸ γενόμενόν ἐστι; δώδεκα δεσμὰ ῥαβδίων, καὶ τρὶς ἢ τετράκις ἐπὶ βῆμα καθίσαι, καὶ Κιρκήσια δοῦναι, καὶ σπυρίσι δειπνῆσαι, ἢ δειξάτω μοί τις, τί ἐστι παρὰ ταῦτα. *Si adipisci Consulatum velis, ambire oportebit, deosculari manus, ad fores alterius contabescere, multa loqui, ac facere illiberaliter, dona mittere multis, munuscula quotidie nonnullis, & pro his omnibus quodnam operae pretium consequeris? Duodecim fasces baculorum, ut ter aut*

aut quater in rostra adscendas, ut Circenses ludos exhibeas, ut ferculis opimis instructam coenam ineas. Quodsi quid praeterea est, ostendat & proferat quispiam. & Themist. *Orat.* XVI. *p.* 203. Μεγίστη δὲ τῶν ἀνθρωπίνων τιμῶν ὑπατεία. ἡ καὶ τοῦ χρόνου γίνεται μέτρον, ἄνευ δὲ ταύτης ἀνώνυμος, καὶ ἀόριστος, ὥσπερ ἐπισήμου χωρὶς προϊών. *Omnium autem honorum, qui in homines cadere possunt, maximus est Consulatus: a quo etiam metiendi temporis ratio deducitur: quod sine illo, tam appellatione, quam determinatione caret, tanquam absque nota & insigni progrediens.* Ubi varia ii. seqq.

Jus dixere Coss. etiam sub Hadriano. Vid. Dion. Cass. *Histor. p.* 790. *in fin.* — De *inofficiosis testamentis* cognovere. Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 4. *p.* 539. [ed. Burman. *p.* 626.]

Posteriore tempore honos sine labore, ut ex *Mamertin. Panegyr. Cap.* 2. tradit P. Faber, *Semestr.* I. 2. *circa fin.* Dignitas vero ejus etiam ultra Patriciatum eminuit. Cassiodor. *Variar.* VI. 2. Sidon. Apollin. II. *Epist.* 13. & V. *Epist.* 13. P. Fab. *d. loc. p.* 17. Adhuc sub Justiniano omnium maximus fuit. Procop. *de Bell. Persic.* I. *p.* 45. (1). De ordine autem honorum quaedam Trebell. Pollio, XXX *Tyrann. Cap.* 33. temporibus scil. Gallieni. Vid. *ibid.* Salmas. (2).

(1) De Consulibus, eorumque officio quaedam quoque notavit Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 10. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1126. *seqq.* Plura habet Lyclama à Nyeholt, Dissertatione, Praeside Perizonio defensa, *de Ordinariis, & Senatoriis Roman. Magistratib. Cap.* 7. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 205. *seqq.* & Cellar. *Comp. Antiq. Roman.* II. 1. *Cap.* 3. *seqq.* ibique Walch. Est etiam Dissertatio Jac. Karsseboom, *ad Titul. Pand. de Officio Consulis,* Lugd. Batav. 1739. add. notata superius ad *L.* 2. §. 16. *de Orig. Jur.* — Magistratuum, qui vel Romae, vel in Provinciis Jus dixerunt, officia in

in Pandectis fere ita describi, ut sese habuere ab Augusti temporibus, & ante imperium Constantinopolim translatum, observat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

(2) Plura vid. apud Pançirol. *Comm. in Notitiam Dignitatum utriusque Imperii.* De Dignitatum ordine sub Theodosio Imp. agit Bach. *Hist. Jur.* III. 3. *sect.* 1. §. 14.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* II. *de Officio Consulis.*] De quo *tres* Libros scripsit Ulpianus.

Officium Consulis est, &c.] De illorum Jurisdictione quaedam Cujac. *ad L.* 99. *de V. S.* (1).

(1) Et Merill. *Obs.* V. 36. add. Noodt. *ad h. t.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. *Consilium praebere*, & *exercere* idem significare, notat Zepernick. *ad Siccam de Judic. Centumv.* p. 120. add. Pothier. *in not. ad h. l.* quem etiam vid. *ibid.* de sensu *seq.* §. 1.

§. 2.

Sed si evenerit, ut minor viginti annis Consul sit,] Facit *L.* 14. *Cod. de religios.* (1).

Qui ex SCto consilii caussam examinat:] *Ex sententia Consilii* (2), Hotoman. *Obs.* VII. *ult.* Aliter Cujac. *ad* §. 4. *Inst. qui & ex quib. causs. man. non poss.* Sed aliud testatur de illo loco, *Obs.* IV. 31. Noordkerk. *Obs. Dec. Cap.* 1. *ex SCto cum consilio.*

Apud collegam vero, caussa probata, potest.] *Potest*, scil. apud se manumittere (3), & sic non pugnat cum *L.* 20. *in fin. de manum. vindict.* Sic Duaren. *h.* Cujac. *Obs.* VII. 17. qui videndus. Wissenb. *ad Inst. Disp. V. Thes.* 23.

(1) In cujus Legis subscriptione mentio fit *pueri Consulis.* add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Noordkerk. *Obs.* p. 3. *seq.* Schroder. *Obs.* II. 6. p. 129.

(2) Quam conjecturam probabilem dicit *in Enarr. d. loc.* & *in not. ad Vit. Paul. a Bertrand. descript.* in *Ju-*

Jurispr. Antejust. p. 204. *not. c.* Sed cum postea demum inciderit in locum Noordkerkii, incertum, an ejus conjecturam deinceps praetulerit. *Ex sententia consilii* probat quoque Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 8. *num.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 145. Sed vulgatam lectionem retinet Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 5. & Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 9. §. 2. Rem tamen varie explicant. Hoffmannum sequitur Schroder. *loc. modo cit.* licet eum non nominaverit. Vid. & H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 342. & Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 1. §. 12.

(3) Quando *comma* post τὸ *vero* delendum. Sic etiam Schulting. *in Enarr. d. loc.* Vid. & Balduin. *loc. supra cit. p.* 812. Regium, *Enantioφ.* I. 29. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1495. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 851.

TITULUS XI.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO.

Vid. de eo Dion. Cass. *Histor. Lib.* LII. *p.* 480. & *Lib.* LV. *p.* 555. & Rupert. *ad L.* 2. §. 19. *de orig. jur.* (1). — Quem cum *magistro officiorum* confundere videtur Zosim. II. 25. — Habuit *consilium*, in quod & se aliquando adhibitum narrat Plinius, *Epistol.* VI. 11. — De cohortium Praetorii numero Fabrett. *Inscript. p.* 132.

(1) Add. Arnold. Drakenborch. *Diss. de Offic. Praefect. Praetor.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 50. *seqq.* & Jo. Dan. Ritter. *Histor. Praefecturae Praetor. ab origine dignitatis ad Constant. Magnum*, in *Append. Vol.* I. *Tom.* I. *Nov. Thes. Diss. Jurid.* G. Oelrichs. Vid. & P. Fab. *Semestr.* I. 1. & Wesseling. *Obs.* II. 11. Ubi Catalogum Praefectorum Praetorio P. Fabri auxit.

L. I.

Officii origo] *Officio* aliae editt. omnes (1).

Admilitiae gratia] Sic *adsacrificii* Tertullian. *de Idololatr. Cap.* 16. (2) Jac. Gothofred. *ad L.* 112. *Cod. Theod. de Decurion.* [*Tom.* IV. *p.* 485.]

Regimentis] Sic quoque Amm. Marcell. XXV. 9. *Quae difflantibus procellis Remp. excussa regimenta perito rei gerendae ductori*, &c. (3).

Data est plenior licentia] *Data eis pleniore* &c. legit Charond. *in not.* & sic expressum in edit. 1652. (4).

(1) Immo non omnes. Sic Hal. edidit *officium*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse legit *officI*, putans literam *o* male repetitam esse ex seq. voce.

(2) Alii locum hunc varie emendant. Sic H. Cannegiet. *Obs.* III. 8. *in fin.* legit *at militiae gratia.* Alii etiam aliter. Vid. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 851. Schroder. *Obs.* II. 6. *p.* 131. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 9. *num.* 4. *p.* 408. Van Dorp, *Obs. Cap.* 5. *p.* 37. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Forte nihil mutandum, & *qui adsociati, participales curae admilitiae gratia, secundam* &c. JCtus dixit pro *qui adsociati, participes curae rei militaris, secundam* &c. Tò *admilitiae* defendit Rigaltius, *ad loc. Tertullian. cit.* & *participales* hic pro *participes* dici, notat quoque Scheller. *in Lexic. h. v.* Sic etiam *perpetuale* pro *perpetuum* dixit Fulgent. *Mythologic.* I. 1. in *Mythogr. Latin. Tom.* II. *p.* 39. edit. Muncker. 1681. Vixit nempe Arcadius Charisius, cujus est hoc Fragmentum, tempore Constantini M. filiorumve ejus. Vid. Schulting. *in not. ad seq.* §. 1. & Bach, *Hist. Jur.* III. 3. *sect.* 4. §. 9. Neque adeo mirum, in ejus scriptis non eam reperiri styli elegantiam, quam quidem in antiquiorum JCtorum monumentis deprehendere licet. add. Schulting. *in Enarr. h. t. in fin.* Quaedam de *Magistris equitum* notavi supra ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur.*

(3) Et, XXVIII. 1: *Ad usque sublimia regimenta* &c. Immo Festus, voc. *regimen*, dicit, *regimen pro regimento Poëtas usurpare:* quod tamen haud dubie falsum est.

(4)

(4) Flor. *pleniore licentia*, sed recens manus *is* superaddidit, ut nunc sit *data est plenior eis licentia*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse quoque mavult *data eis pleniore licentia*, & sic passim legi in MSS. testatur. Probat hoc quoque Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 6.

§. 1.

Provocaverint] Al. *provocaverant* (1).

Postea publice sententia Principali lecta,] Constantini Magni. Vid. *L.* 16. *Cod. Theod. de appellat.* [*Tom.* IV. *p.* 249.] (2). Sub quo hunc JCtum vixisse, probat Jac. Gothofred. *ad d. l.*

Appellandi facultas interdicta est (3):] Aliud suasit Augusto Maecenas apud Dion. Cass. *Hist. Lib.* LII. *p.* 487.

(1) Sic Hal.
(2) Add. Schulting. in *Enarr. h. t.* §. *ult.* & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 52. *in fin.*
(3) Conf. *L.* 17. *de minorib.* Sed quidem appellari licuit ab eorum Vicariis. Vid. Cujac. *Obs.* XVI. 2. & Drakenborch. *laud. modo Diss. Cap.* 5. *p.* 74. Quo Capite pluribus de *Vicariis Praefectorum Praetorio* disputavit. Potuit tamen a sententia Praefecti Praetorio supplicari. Vid. Schulting. *d. loc.* & Drakenborch. *d. Diss. Cap.* 4. *p.* 68.

TITULUS XII.

DE OFFICIO PRAEFECTI URBI (1).

(1) Vulg. *urbis*: utrumque rectum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Drakenborch. *Diss. de Praefectis urbis*, in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 4.

Vid. Strauchium, *Diss. de Centum lapidib. urbicar.* (1). — ἡ τῷ δήμῳ ἐφεστῶσα ἀρχὴ, Procop. Ἀνεκδ. *p.* 73. 84. 88. &

& *de Bell. Persic.* I. *p.* 39. sed magis, *p.* 119. — Ejus instituendi consilium apud Dion. Cass. *Histor. Lib.* LII. *p.* 478. (2). Institutio, *ibid. Lib.* LIV. *p.* 524. *in fin.* — Praefectus urbi tempore Dionis non creabatur, nisi qui fuisset inter Coss., ut testatur *in Excerpt. Lib.* LXXVIII. *p.* 894. *in fin.* & *p.* 895. Sub eodem ambulatorius magistratus, ut dicitur, *p.* 908. *Lib.* LXXIX. & *eod. Lib. p.* 916. add. Trebell. Pollion. *in* XXX. *Tyrann. Cap.* 33. ubi aliter.

(1) Add. Drakenborch, *laud. Diss.* & quos plures citat Bach. *Hist. Jur. p.* 280. edit. Stockman. E quibus imprimis memorandus est Eduard. Corsinus, *de Praefectis urbis*. Pisis, 1766. 4. add. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de Orig. Jur.* De Officiis quibusdam Praefecti urbi egit quoque Cujac. *Obs.* XIII. 1. *Securitatis urbanae Custos* dicitur Vellejo Paterculo, *Hist. Rom.* II. 98. & *Vigilem urbis* eundem vocat incertus Poëta, *Antholog. Latin. Tom.* I. *p.* 254. Vid. Ruhnken. *ad loc. Vellej. cit.* & Drakenborch. *d. Diss. p.* 4. *seq.* Cur *villicus* dicatur a Juven. *Sat.* 4. *vs.* 77. disquirit G. Paauw, *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capita*, *Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 117. Vid. & Drakenb. *laud. Diss. p.* 5. & H. Cannegiet. *Obs.* III. 7. *p.* 261. *seqq.* De differentiis inter *Praetores Quaestionum*, & *Praefectos urbi* quaedam monuit Noodt. *ad h. t.* Plura habet Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 7. §. 3.

(2) De quo loco Dionis vid. Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 27.

L. I.

Omnia omnino crimina Praefectura urbis sibi vindicavit (1):] Etiam *laesae majestatis*. Vid. Matth. *de Criminib. p.* 371. Procop. Ἀνεκδ. *p.* 80. — Mandat tamen quandoque Praefecto annonae (2). Amm. Marcell. XXVIII. 1. *p.* 598. [ed. Paris. 1681.] Vel rectius Vicario suo. *ibid. p.* 515. Noodt. *de Jurisdict. & Imper.* II. 6. (3) Vereor, ne Clar. Noodt. hic lapsus sit. Nusquam occurrit

Vi-

Vicarius Praefecti urbis, sed Vicarius urbis, qui revera fuit Vicarius Praefecti Praetorio, a Constantino inductus, & qui late jus dixit. Vid. *Notit. Imper. Occid. Cap.* 45. & Pancirol. *ad Notit. Imp. Occid. Cap.* 45. *&* 48.

Intra Italiam] Haec sunt vel a mala (4) manu, vel συνεκδοχικῶς explicanda. Vid. Strauch. *Diss. supra cit.*

Epistola Divi Severi] Et *Antonini. L.* 1. §. 4. *de Legat.* 3io. (5).

(1) Taurell. *vindicaBit:* quod praefert Schroder. *Obs.* II. 6. *p.* 132.

(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. De cura Praefecti urbis circa annonam pluribus egit Drakenborch. *Diss. modo laud. Cap.* 7. *p.* 32. *seqq.*

(3) Quae sequuntur in nota, recentiore manu a Schultingio adscripta sunt. Putat tamen quoque Wesseling. *Obs.* I. 5. etiam Praefectos urbi suos Vicarios nonnunquam habuisse; sed ordinarium hoc fuisse negat Drakenb. *Diss. supra laud. de Offic. Praefector. Praetor. Cap.* 5. *p.* 71. *in fin. & seq.*

(4) Non putem. Potius haec ita accipienda sunt: *Intra Italiam*, scil. intra centesimum ab urbe lapidem. Vid. *seq.* §. 4. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. item Pothier. *in not. ad h. l.*

(5) Non tamen Praefectus urbi ex hac demum epistola omnium criminum coërcendorum potestatem nactus est, quam jam ante habuit, & ab Augusti temporibus. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Paauw. *Diss. modo laud. Cap.* 4. *p.* 126. *seq.* Minus recte dissentiunt Lipsius, & Spanhemius, a Paauwio citati. Plura de Jurisdictione Praefecti urbis vid. apud Drakenborch. *Diss. supra laud. de Praefect. urbis, Cap.* 6. *p.* 26. *seqq.* De Fabio Cilone, ad quem haec Epistola missa est, vid. Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 183. *seqq.* & Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 38. add. Schroder. *loc. modo cit.* — In *seq.* §. 2. *exhiberi* dici pro *ali*, & non tantum JCtos, sed & alios auctores hac significatione verbum *exhibere* usurpare, docet Vorstius, *ad Justin. Histor. Philipp.* IX. 2. 7. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 436.

§. 3.

§. 3.

Quam Imperator adsignaverit, (1)] Libertas tamen eligendi ei interdum data. *L*. 53. *Cod*. *Theod*. *de haeretic*. [*Tom*. VI. *p*. 193.]

(1) Haec verba non esse spuria, & a Triboniano adsuta, contra Jac. Gothofredum notat Paauw, *loc*. *modo cit*.

§. 4.

Quidquid igitur intra urbem admittitur, &c.] Facit huc Capitolin. *in Pertinace*, *Cap*. 13.

Sed & si quid intra centesimum miliarium admissum sit,] Quae loca & regiones *urbanae*, *urbicariae*, *suburbicanae*, & *suburbicariae* dictae (1): pars scil. *Piceni*, & *Etruriae*. Reliquae autem harum partes *annonariae*, qualis & tota Italia. Vid. Salmas. *ad Trebell*. *Pollion*. *in* XXX. *Tyrann*. *Cap*. 24. Fuit autem procul dubio territorium hoc bene distinctum more illorum temporum: de quo vid. Salmas. *d*. *loc*. Non semper idem fuit spatium. Pagan. Gaudent. *Jurid*. *Exposit*. I. 9. [in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 351.]

(1) Add. Schulting. *in Enarr*. *h*. *t*. §. 2. & Pithoeum, & Schulting. *ad Collat*. *LL*. *Mos*. *&* *Rom*. *tit*. 14. §. 3. *not*. 12. Quos & vide *ibid*. de postremis hujus §. verbis: *si ultra ipsum lapidem*, *egressum est Praefecti urbi notionem*. add. Perizon. *ad Sanct*. *Minerv*. I. 15. 1. Hal. edidit: *sed si ultra ipsum lapidem egressum est*, *Praefecti urbi notio non est*. *Lapidem* pro *miliario* dici plurimis exemplis docuit Brisson. *Sel*. *Antiq*. IV. 8. & Ott. Arntzen. *Diss*. *de Miliario aureo*, *sect*. 1. §. 9. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol*. I. *Tom*. II. *p*. 102. *seq*.

§. 5.

Si quis servum suum &c.] *L*. 24. §. *ult*. *de pignor act*.

§. 8.

§. 8.

In qua eos compulerint,] Al. *in quam eos* &c. (1).

(1) Sic Hal. Sed post *in* saepe *Ablativum* pro *Accusativo* poni, & contra, notavi supra *pag.* 3. *in fin.* & *seq.* In praecedentibus verbis pro *qua eos premant* Hal. habet *qua eos comprimant:* non recte. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Ernstium, *loc. supra cit.* *p.* 852.

§. 9.

Ut nummularii] D. Goth. *in not.* „Et argentarii &c." De horum munere quaedam Salmas. *de Usur. Cap.* XVII. (1).

(1) Add. citatos inferius ad *L.* 4. *pr. de edendo.*

§. 11.

Cura carnis omnis, ut justo pretio praebeatur, &c.] Vid. Mornac. *h.* add. Amm. Marcell. XXVI. 3. *in fin.* & ad eum Valesius, XIV. 5. (1). Carnis saepe exiguum Romae pretium. Vid. Casaubon. *ad Lamprid. in Alexandr. Sever. Cap.* 22.

(1) Vid. & Drakenborch. *laud. Diss. de Praefect. urbis, Cap.* 7. *p.* 35. *in fin.* & *seq.* Non obstare *L. ult.* §. 1. *de L. Jul. de annon.* docet Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XVII. §. 9. Curam *Ponderum* quoque ad Praefectum urbi pertinuisse, notat Trekell. *ad Brisson. Sel. Antiq.* I. 6. add. Drakenborch. *d. Cap.* 7. *p.* 37.

§. 12.

Quies quoque popularium, &c.] D. Goth. *in not.* „Populares, consessus theatralis: &c." Urbana multitudo, Capitolin. *in Marco, Cap.* 17. ubi Casaubon. Vid. & Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad h. t. Cod.* Et mox:

„Factio

„ Factio agitatorum, quorum alii Venetae, &c." Add. Tacit. *Annal.* XIII. 24. *seq.* Nerium, *Analector.* I. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 334.] (1).

Et disciplina spectaculorum &c.] Procop. *de Bell. Persic.* I. *p.* 39.

Et sane, debet etiam dispositos milites stationarios habere &c.] *Statio militaris*, Tertullian. *Apologet. Cap.* 2. Otto, *de Tutel. Viar. Part.* III. *Cap.* 9. (2).

Ad tuendam popularium quietem,] *L.* 28. §. 3. *de poenis.*

Et ad referendum sibi, quid &c.] *Si vi quid* &c. Nerius, *Analector. d. loc.* quod non probo (3).

Quid in urbe agatur.] Flor. *quid ubi agatur* (4).

(1) De voce *popularium*, & de toto hoc §. vid. G. Paauw, *Diss. supra laud. Cap.* 3. *p.* 120. *seqq.* add. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. p.* 146. *seqq.* & *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 37. Wesseling. *ad Sam. Petit. in LL. Attic.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 149. Otton. *in Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 20. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 7.

(2) Plura de his militibus vide apud Paauw, *loc. cit.* & auctores ibi laud. add. Wesseling. *Obs.* II. 11. & Drakenborch. *d. Diss. de Offic. Praefect. urb. Cap.* 9. *p.* 40. *seq.* Quo Capite egit de cura Praefecti urbis circa ludos.

(3) Neque probat Hoffman. *Meletem. ad Pand. loc. cit.*

(4) *Ubi* hic dici pro *ubique*, & saepe in Pand. Flor. voculam *que* omitti, observat Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap. ult. p.* 138.

§. 13.

Et quavis (1) *alia solitarum regionum potest,*] D. Goth. *in not.* „ Non *urbicaria*, &c." Immo hac maxime: quod non negat Cujac. *loc. a Gothofred. cit.* (2).

Interdicere poterit & spectaculis:] *L.* 28. §. 3. *de poenis.*

Et si quem releget ab Italia, summovere eum etiam a pro-

provincia sua.] Conf. *L.* 7. §. 11. *de interd. & relegat.*

(1) Flor. *et qua alia* &c. seu, ut Taurellius edidit, *quAlia.*
(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Pothier. *in not. ad h. l.* De illis *regionibus solitis* egit quoque Nic. Anton. *de Jurib. Exulum*, I. 12. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 35. ubi & alia habet de *h.* §.

L. III.

Potestatem non habet.] *Imperium* juxta Strauchium, *Diss. de Cent. Lapid. urbic. ad h. l.*

Extra urbem &c.] *Nec extra*, D. Goth. *in not.* & Rittersh. *ad Novell.* IX. 6. *num.* 12. (1).

(1) Sed nihil mutandum, recte monuit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* ubi & refutavit Strauchium. add. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Egerunt de hac Lege quoque Balduin. *loc. supra cit. p.* 813. Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* II. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1213. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 365. *seq* Ernstius, *loc. supra cit. p.* 852. Lyclam. a Nyeholt, *Membran.* I. 10. §. 1. Conrad. *Parerg. p.* 394. *in not.* Ceterum, an Praefectus urbi quoque potuerit *bonorum possessionem dare*, disputant Interpp. Vid. quos citat Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 104. *seq.* qui ipse negantium partes tuetur.

TITULUS XIII.

DE OFFICIO QUAESTORIS.

Quaestores Consulum, Tacit. *Annal.* XVI. 34. (1). Quadraginta Quaestores creavit Caesar. Dio Cass. *Hist. Lib.* XLIII. *p.* 237.

(1) Ubi vid. Lipsium.

L. I.

Gracchanus denique (1) *Junius* &c.] D. Goth. *in not.* „ Citatur hic §. 1. *eod.* & a Varrone &c," & Plinio, *Hist. Nat.* XXXIII. 2. (2).

Quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent,] Non obstat Tacit. *Annal.* XI. 22. Vid. Abram. *ad Cicer. Philipp.* II. 20. (3).

(1) *Denique* saepius uni membro subjungitur. Vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 22. §. 5. & ibi citt. auctores.

(2) De Junio Gracchano vid. & Carrio, *Emend.* I. 19. in Gruter. *Face Critic. Tom.* III. *P.* II. *p.* 126. *seqq.* Brisson. *de V. S.* voc. *Gracchanum.* Grot. *de Vit. JCtor.* I. 9. §. 19. Ernest. *Clav. Ciceron. in Ind. Histor.* voc. *M. Junius.* Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 4. §. 53. *p.* 257. edit. Stockman.

(3) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Ceterum de dissensu Veterum in definienda Quaestorum origine pluribus disputarunt Ernest. *ad Tacit. loc. cit.* Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 257. *seqq.* D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 3. *p.* 28. *seqq.* qui pro *quos ipsi non sua voce,* &c. legendum putat *quos non populi suffragio, sed ipsi sua voce crearent*: temere. Quaedam de Quaestoribus, eorumque officio notavit quoque Lyclama, *Diss. supra laud. de Ordin. & Senator. magistr. Cap.* 3. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 168. *seqq.* & Siccam. *de Judic. Centumv.* I. 11. *p.* 98. *seqq.* edit. Zepernick. Alios etiam citat Walch. *ad Cellar. Comp. Antiq. Rom.* II. 1. *Cap.* 14. §. 3. add. Carol. Crucium, *Diss. de Officio Quaestorum.* Lugd Batav. 1727. De vocis origine ad *seq.* §. 1. vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 338. *seq.* & Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1860. De *Fenestella* vid. Saxium, *Onom. Literar. Tom.* I. *p.* 209. In Pand. Flor. appellatur *Faenestella.*

§. 2.

Ex Quaestoribus quidam solebant provincias sortiri &c (1)] Hae interdum *Lege*, vel *SCto* datae. Cicer. *Philipp.* II. 20. ubi Abram.

Candidati Principis.] Mentio *Quaestoris Candidati* in veteri Inscriptione apud Valesium, *ad Euseb. de Vit. Constant.* M. IV. 1. Sponium, *Miscellan.* p. 189. Gruter. *Inscript.* p. 352. *num.* 5. add. Lamprid. *in Alexandr. Sever. Cap.* 43. (2).

Hi etenim solis libris (3) *Principalibus in Senatu legendis vacant.*] Id jam sub Augusto factum, colligo ex Dion. Cass. *Hist. Lib.* LIV. *p.* 539. Non sub Constantino demum, ut vult Zosim. *Histor.* V. 32. (4). add. Dion. Cass. *Histor. Lib.* LX. *p.* 665. Casaubon. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 3.

(1) Quod Ulpianus repetit *ex SCto, quod factum est Decimo Druso, & Porcina Consulibus.* De quo vid. Zepernick. *ad Siccam. loc. cit. p.* 100. *seq.* ubi disputat contra Bachium, qui, Pighium secutus, legendum putat *D. Bruto & Aemilio Coss.* Vid. & Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. p.* 200.

(2) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Heinecc. *in Antiq. ad tit Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* §. 45. *in not.*

(3) Est, qui pro *libris* legat *literis.* Sed vid. Pauw, *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capita, Cap.* 1. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 113.

(4) Sed *in Enarr. h. t.* §. 2. Quaestorem illum, cujus Zosimus meminit, novum magistratum putat, & diversum a *Candidatis Principum.* Quae etiam est sententia Valesii, *ad Amm. Marcellin.* XX. 9. Sed *Candidatis Principum* nomen *Quaestorum Sacri Palatii* temporibus Constantini inditum esse, censent alii, in quibus etiam est Ritter. *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 4. §. 200. & Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & Bach. *Hist. Jur.* III. 3. *sect.* 1. §. 4.

§. 3.

Hodieque obtinuit, indifferenter &c.] *In ut differenter* Mſ. Florent. (1). Probantibus Ant. Auguſtino, *Emendat.* II. 1. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1463. *in fin.*] & Scip. Gentil. *Parerg.* I. 7. [in eod. Theſ. *ibid. p.* 1280.] *Tam Patricios,*] *Senatores* legit Hotoman. *Epitom. h.* *Quaſi primordium gerendorum honorum.*] Cicer. *in Verrem,* I. 4. *Quaeſtura, primus gradus honoris.*

(1) Florentiae legi *inuddifferenter*, leviter delęta litera *d*, teſtatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui lectionem Taurellianam *indifferenter* tuetur; putans illud *inud* eſſe confuſam repetitionem literarum *inuit* ex praecedente voce *obtinuit*, propter ſequens *in* in *indifferenter.*

§. 4.

Qui Candidati Principis dicebantur,] De his vid. Valeſium, *ad Amm. Marcell.* XX. 9. (1).

(1) Add. Briſſon. *Sel. Antiq.* I. 17. & quos plures *ibid.* citavit Trekell. Vid. & Ritter. *loc. modo cit.* Pro *dicebantur* Hal. edidit *dicuntur*, atque ita ſcripſiſſe Ulpianum, ſed Tribonianum ſubſtituiſſe *dicebantur*, quoniam Conſtantini temporibus nomen eorum mutatum erat, cenſet Pothier. *in not. ad h. l. Epiſtolas* eſſe *Orationes Principis* notat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Proprie tamen *Orationes* dictas fuiſſe, quae Principe praeſente in Senatu recitabantur, *Libellos* vero, ſive *Epiſtolas*, quae a Principe abſente ad Senatum mittebantur, ut per Quaeſtorem recitarentur, licet hoc diſcrimen non ſemper obſervatum fuerit, monet Trekell. *ad Briſſon. Sel. Antiq.* I. 16. ubi plura de Orationibus Principum. In Pand. Flor. hic, & alibi ſcriptum eſt *Epiſtulas.* Vid. Briſſon. *Parerg.* §. 12.

TITULUS XIV.

DE OFFICIO PRAETORUM. (1).

(1) Scil. *urbani* & *Peregrini*. Conrad. *de Praetore Peregrino*, §. 16. in *Parerg*. *p*. 30. Aliter Noodt, *ad h. t.* Hal. edidit *de Officio Praetoris*.

Cognovere adhuc Praetores quidam de criminibus sub Marco. Vid. Capitolin. *in ejus Vit*. *Cap*. 24. *L*. 1. *de offic. ej. cui mand. est jurisd.* (1).

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Ceterum de officio Praetoris quaedam notavit Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 12. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom*. II. *p*. 1132. *seqq*. & Lyclama, *Diss. supra laud*. *Cap*. 6. in Thes. Diss. Jurid, G. Oelrichs. *Vol*. II. *Tom*. II. *p*. 193. *seqq*. Vid. & Averan. *Interpr. Jur*. I. 6. *seq*. Alios citat Walch. *ad Cellar. Comp. Antiq. Rom*. II. 1. *Cap*. 10. §. 4. add. notata superius ad *L*. 2. §. 27. & 28. *de orig. Jur*. *De Judicibus a Praetore & Provinciarum Rectoribus ad caussas privatas dijudicandas dari solitis* Dissertationem scripsit Joh. Hop, in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol*. I. *Tom*. II. *p*. 507. *seqq*. Nonnulla de judicibus datis habet quoque Schulting. *Diss. de Recusat. Judic*. *Cap*. 6. *p*. 29. *seqq*.

L. I.

Apud filiumfamilias Praetorem potest pater ejus manumittere.] *L*. 4. *de adoption*. *L*. 2. *de offic. Praesid*.

L. III.

ULPIANUS *Lib*. XXXVIII. *ad Sabinum*.] Agens de *tutelis* (1). Lopez. *Animadv*. *Cap*. 6. [in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 442. *seqq*.] minus bene. Desid. Herald. *Obs*. &

& Emend. Cap. 4. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 1316.] & Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 14. non recte.

Barbarius Philippus (2)] D. Goth. *in not.* „ Vixit sub M. Antonio, tempore Triumviratus." Quo talia crebro evenere. Dio Cass. *Histor. Lib.* XLVIII. *p.* 377. Jac. Gothofred. *ad h. l. p.* 16. [in *ej. Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 532.] (3).

Quasi Praetor non fuerit.] Quod est *juris. Qua, si,* id est, *etsi* (4).

Atquin] Id est, *tamen. L.* 1. *si serv. vind.* & ipse Pomponius *L. ult.* §. 1. *de Jurejurand.* Jac. Gothofred. *ad h. l.* [in *ej. Oper. minor. p.* 530.]

Verum est, Praetura eum functum,] Quod est *facti.* add. Jan. a Costa, *ad Cap. sciscitatus.* 13. X. *de rescript. p.* 54. (5).

Et tamen videamus &c.] Hic jam incipit Ulpianus tractare quaestionem, non decisam a Pomponio.

Quamdiu latuit in dignitate Praetoria,] Aliter certum, omnia irrita esse per *L.* 2. *Cod. de eo qui pro tutor.*

Functus sit:] *Functus non sit,* Zoes. *ad h. t. num.* 10. (6): male.

Quid dicemus? quae edixit, quae decrevit, nullius fore momenti?] Et reiteranda? Vid. *L.* 13. *Cod. Theod. de infirm. his, quae sub Tyrann.* &c. [*Tom.* V. *p.* 471.] ibique Jac. Gothofred. Facit huc Dio Cass. *Histor. Lib.* XXXIX. *p.* 97.

An fore propter utilitatem eorum, &c. (7)] Haec vera ratio, scil. utilitas & aequitas. Praeterea bona fides eorum, qui publicam electionem sunt secuti. Non obstat *L.* 44. §. 1. *de judic. L.* 19. *qui & a quib. manum.* Non enim agunt de iis, qui publica auctoritate, & electione egere. Nec *L.* 15. *de Jurisdict.* ibi enim nequidem ratione officii Magistratus id jus habet. Nec *L.* 10. *de Decurion.* Vid. Jac. Gothofred. *loc. cit.* [*p.* 537. *seq.*] add. Goris, *Adversar. Tract.* IV. §. 35. & Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst.*

de

de testam. ordin. — Simile *L.* 9. *Cod. Theod. de infirm. his, quae sub Tyrann.* &c. [*Tom.* V. *p.* 466.]

Vel Lege,] Ut in *datione tutoris* (8).

Et verum puto, nihil eorum reprobari.] *L.* 2. *Cod. de sent. & interloc.*

Cum etiam potuit Populus Romanus servo decernere hanc potestatem;] Etsi sciret, multo magis ignorans, acta sustinere.

Quod jus multo magis in Imperatore (9) *observandum est.*] De cujus judicio non oportet disputari. *L.* 3. *Cod. de crim. sacrileg. L.* 5. *Cod. de div. rescript.* Vid. late Jac. Gothofred. *loc. cit.* [*p.* 538. *seq.*]

(1) Vid. Jac. Gothofred. *loc. cit. p.* 531. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Ceterum, praeter citatos a Schultingio, de hac Lege quoque egerunt Ant. Contius, *Disputat.* I. 2. Cujac. *Obs.* XVIII. 33. Lyclama a Nyeholt, *Membran.* I. 6. Ant. Guib. Costan. *Quaest. Jur. Memorab. Cap.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 408. *seqq.* Calder. *Var. Lect.* II. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 615. *seq.* aliique, quos citat Trotz. *in Praef. ad Oper. minor. Jac. Gothofred. p.* 31. Vid. & Herald. *Animadv. in Salmas. Obs. ad Jus Attic. & Rom.* V. 10. *p.* 363. *seq.* & *Miscellan. Defension. pro Salmas. ad Jus Attic. & Rom. p.* 360. *seqq.*

(2) βάρβαρον φιλέλληνα hominem vocat Suidas, *in voc.* ubi vid. Kusterum, add. Otton. *de Ædil. Colon. Cap.* 5. §. 6. *p.* 161. *seq.*

(3) Add. J. G. Hoffman. *Singular. Capp. ex Histor. Triumvirat.* §. 16. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 305. *seq.*

(4) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Neque repugno: dubito tamen, an unquam ita locutus quis sit: *quia, si Praetor non fuerit, atquin verum est, Praetura eum functum, & tamen videamus* &c. Forte levi facta emendatione locus possit restitui, si scil. pro *atquin* legatur *at, quum,* vel *quia,* & pro *functum et* reponatur *functum esse*, id est, *esse.* Sic, postquam Ulpianus narraverat, quid Romae accidisset cum Barbario

Philippo, referre pergit sententiam Pomponii, putantis, *nihil ei servitutem obstetisse, quasi Praetor non fuerit*, id est, quod Praetor non fuerit, seu, quo minus jure Praetor fuerit. *Quasi* pro *quod* non insolens est. Vid. Tursellin. *de Particul.* in voc. Esse malam e Graeco versionem somniat Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 7. Hanc autem Pomponii opinionem Ulpianus neque probat, neque refutat, utpote parum facientem ad rem, de qua agere instituerat. Igitur sic pergit: *At*, id est, quidquid sit de illa sententia Pomponii, jure an minus Praetor fuerit Barbarius Philippus, *quum*, vel *quia verum est, Praetura eum functum esse*, hoc enim erat facti, quod negari non poterat, *tamen videamus*, id est, modo videamus &c. Scil. quid juris sit circa ea, quae tanquam Praetor latente servitute gesserit. Quam quaestionem Ulpianus in seqq. verbis examinat, & decidit. Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* Quod si quis pro *tamen* reponere velit *tantum*, illi non refragabor. Centies hae voces in MSS. confunduntur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 47. *de Orig. Jur. not.* 11.

(5) Quem laudat Burman. *ad Quinctil. Instit. Orator.* III. 6. *p.* 244.

(6) Is nempe sic legit: *si servus, quamdiu latuit, dignitate Praetoria functus non sit.* Eodem modo Contius, *loc. supra cit.* Cujacius, *Obs.* XVIII. 33. & *ad L.* 2. *Cod. de sent. & interloc.* legit: *non dignitate Praetoria functus sit.* Sed vulgatam lectionem defendit Joh. Robert. *Animadv.* I. 18. & *Recept. Sent.* I. *ult.* Heraldus, *Obs. & Emend. loc. cit.* τὰ *in dignitate* delet, legens *quamdiu latuit, Praetura functus sit.* Me vulgata lectio non magnopere offendit, eaque videtur retinenda. Emendatio Heraldi sensum non mutat.

(7) Argumentum, quod hic tractat Ulpianus, latius & erudite exposuit Janus Schimmelpenninck, *Diss. de Insigni Juris Publici loco, qui est de negotiis, quae gesserit Magistratus, quem dicunt injuste creatum; iisque quae apud eum fuerint actitata.* Lugd. Batav. 1793.

(8) De locutione *lege vel quo alio jure agere* quaedam notavit Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* XI. §. 24. *not.* 71.

(9) Ita antiquam manum correxisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Costan. *loc. supra cit.*

haec

haec accipit de servo, Duce, seu Imperatore exercitus, vel Consule Romano.

L. IV.

Praetor neque tutorem, &c.] *L.* 5. *de offic. Praesid.* (1).

(1) Add. *L.* 4. *de tutor. & curat. dat.* & ad eam Legem Pothier. *in not.* Egit de *h. l.* etiam Ant. Quintanad. *de Jurisd. & Imp.* I, 6. §. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 233.

TITULUS XV.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILUM.

Vigiles noctu per plateas clamantes, Chrysost. *in Act. Apostol. Serm.* XXVI. *in fin.*, [ed. de Montfaucon. *Tom.* IX. *p.* 214.] — Inter justos milites non sunt habiti. Lips. *ad Tacit. Annal.* IV. 5. (1).

(1) Sic etiam Huber. *in Praelect. ad h. t.* Vid. tamen F. G. Houck. *Diss. de Officio Praefect. Vigil. circa incendia*, §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 212. Quaedam de Praefecto Vigilum, ejusque officio notavit quoque Suarez. *ad L. Aquil.* I. 2. *sect.* 6. §. 36. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 30. *seq.* add. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de Orig. Jur.* Disputationem *de Praefecto Vigilum Rom.* conscripsit Omar. Van Visvliet. Lugd. Batav. 1731.

L. I.

Interveniebant nonnunquam & Aediles (1), *& Tribuni plebis.*] Dio Cass. *Histor. Lib.* LIII. *p.* 513. & *Lib.* LIV. *p.* 522.

Erat autem familia publica (2) &c.] Dio Caff. *Histor. Lib.* LV. *p.* 544. *Familia publica reg.* VIII. apud Gruter. *Inscript. p.* 1033. quam Gudius huc refert.

Fuerant & privatae familiae (3) &c.] Vellej. Patercul. II. 91.

Deinde Divus Augustus maluit per se huic rei consuli.] Dio Caff. *Histor. Lib.* LIV. *p.* 522. & *Lib.* LV. *p.* 566.

(1) *Aediles Plebis* intelligit Houck. *laud. Diss.* §. 5. *p.* 206. *seq.* De verbis praecedentibus *qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti sunt* vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 388. & Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1359. Nonnulla de his Triumviris notavit quoque Merill. *Obs.* II. 3. & Briffon. *Sel. Antiq.* II. 8. ibiq. Trekell. Plura habet Houck. *d. Diss.* §. 4. *p.* 204. *seqq.*

(2) Id eft, fervi, publice ad id comparati, ut incendia exstinguerent. Houck. *d. Diss.* §. 6. *p.* 208.

(3) Id eft, fervi privatorum. Houck. *d. loc. p.* 209. quem & *ibid.* vid. de voce *gratia.* add. Briffon. & Trekell. *loc. cit.*

L. II.

Pluribus uno die incendiis exortis (1).] Alia cauffa apud Appian. *de Bell. Civil.* V. *p.* 1179.

(1) Incendia Romae frequentia fuiffe, & quas ob cauffas, docet Houck. *d. Diss.* §. 1. *seq. p.* 197. *seqq.*

L. III.

Nam salutem reipublicae tueri, &c.] Ifocrat. *ad Nicocl. p.* 29. Plura Rittersh. *ad Novell. Part.* II. *Cap.* 2. *num.* 2. (1).

Itaque septem cohortes (2) *opportunis locis constituit*;] Dio Caff. *Hist. Lib.* LV. *p.* 566. De hoc numero, & locis vid. Fabrett. *Inscript. p.* 259. *seq.*

Ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur:] In qua-

quatuordecim regiones tunc primum urbs divisa. Dio Cass. *Hist. Lib.* LV. *p.* 554. (3).

(1) Add. Houck. *d. Diss.* §. 7. *p.* 210. *seq.* qui dubitat, an quidem unice cura salutis reipublicae Augustum ad hoc impulerit. Vid. & Trekell. *ad Brisson. loc. modo cit.*

(2) Erant libertini Latini, quibus ut diligentius vigilarent, constituta erant certa praemia Lege Visellia. Vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 19. & Bach. *ibid. sect.* 2. §. 16. add. Houck. *d. loc. p.* 211. *seqq.* ubi plura de his cohortibus. Vid. & Brisson. *loc. cit.* ibiq. Trekell.

(3) Verba *spectabili viro*, quae in Lege sequuntur, a Compilatoribus Pand. addita esse, putant Nic. van Alphen, *Diss. ad L.* 100. *de V. S. p.* 41. Lugd. Batav. 1741. aliique. Sed vid. Houck. *laud. Diss.* §. 10. *p.* 216. *seq.* Quo §. plura habet de variis Synonymis, & honorum Epithetis, quibus insignitus deinceps fuit Praefectus Vigilum.

§. 1.

Et quia plerumque (1) *incendia culpa fiunt inhabitantium:*] Vid. *L.* 9. *de inc. ruin. naufr.* & §. 4. *h. l.*

(1) *Plerumque.* Non obstat *L.* 11. *de peric. & comm. rei vend.* Vid. Houck. *d. Diss.* §. 12. *p.* 221. *seq.* qui *ibid* §. 11. pluribus disputavit de potestate Praefecti Vigilum, ad priora hujus §. verba, & an Jus Gladii habuerit, citatis etiam praecipuis, qui de hac quaestione egerunt, auctoribus. Pro *receptatoribus* Hal. edidit *receptoribus.* Sed utrumque dicitur. Vid. notata inferius ad *L.* 13. *de offic. Praesid.*

§. 2.

In horreisque] De quibus vid. Salmas. *ad Lamprid. in Alexandr. Sever. Cap.* 39. (1).

Erycio Claro] De quo vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 185. (2).

Quae-

Quaestionem habere de servis custodibus,] Vid. *L.* 4. *Cod. de loc. conduct.*

(1) Vid. de iis & Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 18. aliosque ibid. citatos a Trekell. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 18. *not.* 6. Noodt. *Probab.* IV. 3. Schroder. *Obs.* II. 6. *p.* 133. *in fin.* Hieron. van Alphen, *Diss. de Javoleno*, *Part.* II. *Cap.* 2. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 69. *seq.* Const. Landus, *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1418. pro *horreis* legit *hortis*; male. Vid. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 13. *p.* 82. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 5. §. 10. *p.* 31. pro *in horreisque*, *ubi* &c. reponit *in*, vel *item horreis*, *quod*, vel *quia ibi*, aut *quippe ubi*: sine necessitate. Vocula *que* etiam ab aliis ad posterius verbum rejicitur. Sic Nepos, *in Hamilcar. Cap.* 4. *in Hispaniamque venit*; & *in Hannibal. Cap.* 3. *in Italiamque pervenit*. add. Marckart. *d. loc.* & ibi cit. Burman. *ad Ovid. Metam.* XIV. 30. Praecedit: *In insulis*, id est, domibus. Vid. Heinecc. *in Additam. ad Brisson. de* V. S. *num.* 2. & Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Qui hunc eundem esse putat, quo iterum & Severo Coss. natus est Severus, vid. Spartian. *in Vit. Severi*, *Cap.* 1. & Antoninum, qui huic Claro rescripsit, intelligit Antoninum Pium. Vid. de hoc Erycio Claro etiam Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 38.

§. 3.

Calceatum] Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 3. (1).

Cum hamis] Petron. *Cap.* 78. *in fin.* ubi Comm. Hier. Elen. *Diatrib.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 143.] (2). D. Goth. *in not.* „ Juvenalis, *Sat.* XIV. *vs.* 305. ubi vetus Scholiastes hos Vigiles *sparteolos* appellat.” add. Holsten. *ad Passion perpet. & felicit. apud Ruinart. p.* 107. (3).

Et dolabris.] Ad effringendas aedes, ubi erant incendia.

(1) Et *Obs.* III. 17. Vid. & Houck. *laud. Diss.* §. 13. *p.* 223. & Schroder. *Obs. p.* 132. *seq.*

(2) De *hamis* & *dolabris*, praeter Bynkersh. *loc. a* Schul-

ting.

ting. cit. vid. & Raevard. *Varior.* I. 8. Brisson. *Sel. Antiq.* II. 8. ibique Trekell. Houck. *d. Diss.* §. 14. *p.* 223. *seqq.* Schroder. *Obs. p.* 133. De verbo *coërrare* quaedam notat Athan. Oteyz. & Olan. *Paralipom.* II. 11. §. 16. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 464.

(3) Et Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 30. — Sequentem §. 4. explicuit Houck. *laud. Diss.* §. 15. *seqq. p.* 226. *seqq.* Hotoman. *Obs.* VIII. 15. legit: *Et omnes inquilinos admonere, ut curam adhibeant, ne* &c. Vid. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 853. De *capsariis*, quorum mentio fit in §. 5. vid. Cujac. *Obs.* V. 8. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 19. *p.* 128. H. Cannegiet. *Obs.* I. 12. *p.* 82. add. Brisson. *de V. S.* in voc. Torrent. *ad Sueton. in Neron. Cap.* 36. *in fin.* & Wouweren. *ad Petron. Satyric. Cap.* 30. Liberi an servi fuerint, dubitat Pignor. *de Servis, Cap.* 15. *in fin.*

L. IV. (1).

Fustibus vel flagellis] *L.* 3. §. 1. *h. t.* Juxta distinctionem *L.* 10. *de poen.* Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* I. 8. *num.* 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1118. *in fin.* & *seq.*] (2).

Ad Fabium Cilonem] Vid. Gruter. *Inscript. p.* 406. *num.* 8. & 9. & *p.* 407. *num.* 1. & 2. (3).

(1) In hujus Legis inscriptione pro *Praefecti urbi*, ut Florentiae legitur, Hal. edidit *Praefecti Vigilum.* Frequens est eorum nominum confusio. Vid. Noodt. *Probab.* II. 5. *pr.* Bynkersh. *Obs.* II. 8. — *Insularios*, quorum hic mentio fit, alii dicunt insulae dominos, vel qui insulas conducebant. Vid. Gloss. *h.* & Herald. *de Rer. judicat. auctorit.* I. 8. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1118. Alii vero putant, esse servos insularum custodes. Vid. Burman. *ad Petron. Cap.* 95. Noodt. *ad h. t.* Pothier. *in not. ad h. l.* & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spangenb.

(2) *Flagrorum* poenam servilem fuisse, docet quoque Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 3. adject. ej. *Miscellan. p.* 275.

(3)

(3) Add. citatos superius ad *L.* 1. *pr. de offic. Praef. urbi. not.* 5. De ultimis Legis verbis *fugitivos conquirere* &c. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 6. *not.* 11. in *Jurispr. Antej. p.* 231.

TITULUS XVI.

DE OFFICIO PROCONSULIS ET LEGATI. (1).

(1) Post Magistratus Urbanos Compilatores Pand. statim transire ad Rectores Provinciarum; de Italia vero, iisque, qui Italiae praeerant, nihil in Pand. haberi, & quam ob caussam, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

De *Proconsulibus* quaedam Alciatus, *de Magistr. Civ. & Milit. Offic.* Plura & meliora de his, & Provinciarum divisione, Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 22. & *ad Capitolin. in Marco, Cap.* 22. Vales. *ad Excerpt. Peiresc. p.* 102. (1). Tempore Liberae Reipublicae & tales fuere, qui nondum Consulatum gesserant (2). Cicer. *de Legib.* I. 20. add. Fabricium, *ad Ciceron. pro Ligar. Cap.* 3. Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 22. & *ad Capitolin. in Marco, Cap.* 22. & quid sub Constantino, & post, Idem *ad Lamprid. in Heliogab. Cap.* 11. & *ad Trebell. Pollion. in XXX. Tyrann. Cap.* 33. add. eundem *ad Vopisc. in Probo, Cap.* 13. — Sortiebatur Provinciam. *L.* 36. §. 1. *de adoption.* Philostrat. *de Vit. Apollon. Tyanens.* V. 36. Hinc Proconsules Provincias fortiti in Inscript. apud Sponium, *Itin. p.* 344. *Tom.* I. (3). — *Quantum ad nomen quidem Proconsul, sed quantum ad potentiam Consul,* Salvian. *de Gubernat. Dei*, VII. *p.* 241. Im-

Immo & hi *Consules* dicti. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 7. *p.* 309.

Legati] Παρέδρων Dioni Cassio, *Hist. Lib.* LIII. *p.* 505. Talem adsciscebant sibi Praetorii unum, Consulares tres. Dio Cass. *ibid.* Hunc autem *magistratum* fuisse, negat P. Fab. *ad L.* 70. *de reg. jur. p.* 318. *seqq.* Sed contrarium probat Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 10. Dabantur a Senatu, vel a magistratibus adsumebantur. Cicer. *pro Sextio, Cap.* 60. & *pro L. Manil. Cap.* 19. Appian. *de Bell. Civ.* I. *p.* 633. *seq.* Vid. Sigon. *de Antiq. Jur. Provinc.* II. 2. (4).

(1) De differentiis inter Proconsules & Praesides vid. citatos ad *rubric. tit. de offic. Praesid.*
(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *p.* 145. *circa fin.*
(3) Add. Schulting. *d. loc.* §. 3. *in fin.*
(4) Add. Schulting. *d. loc.* §. 5.

L. I.

Proconsul ubique quidem Proconsularia insignia (1) *habet, statim atque urbem egressus est:*] Dio Cass. *Histor. Lib.* LIII. *p.* 504.

Potestatem autem non exercet, &c.] Facit *L. ult. de offic. Praef. urb.*

(1) De quibus vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 14. & Pancirol. *Thes. var. lect.* I. 10. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 938.

L. II.

Omnes Proconsules statim quam urbem egressi fuerint, habent Jurisdictionem:] Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 504. Non ante, nisi singularibus casibus. Ryck. *ad Tacit. Annal.* XII. 41. 2.

Sed voluntariam:] Non tamen omnes species, sed tantum

tum *legis actiones*; (1) juxta Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 6. *in fin.*

Ut ecce, manumitti apud eos possunt &c.] Plin. *Lib.* VII. *Epist.* 16.

Et adoptionis fieri.] *L.* 36. §. 1. *de adoption.* Cujac. *ad Nov.* 95.

(1) Quas procedente tempore solos *actus Jurisdictionis voluntariae* dici coepisse, notat Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. *not.* 75. Vid. & Scheltinga, *Diss.* I. *de Emancipationibus*, *Cap.* 3. §. 12. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 494.

§. 1.

Apud Legatum vero Proconsulis &c.] Vid. Vinn. *de Jurisd. Cap.* 8. *num.* 11. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 9. *p.* 172. *seq.* ubi & egit de conciliatione hujus Legis cum *L.* 17. §. 1. *de manum. vind.* Qua de re potius ad *d. L.* 17. nonnulla monebimus.

L. III.

Omnino enim non (1) *est apud eum legis actio.*] Paul. *in Sent.* II. 25. §. 4.

(1) *Omnino non*, id est, plane, vel prorsus non. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 3. §. 2. Minus recte haec verba explicat Perrenon. *Animadv.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 601. Nec melius Charond. *Verisim.* I. 3. in eod. Thes. *ibid. p.* 688.

L. IV. (1).

(1) *Ne in hospitiis praebendis oneret provinciam.* Dum scil. non contentus est Proconsul ea domo, quae ipsi sufficere possit. Ita Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Stratores (1)] *Viarum* scil. Vid. Otton. *de Tutel. Viar.*

Viar. Part. II. *Cap.* 7. *p.* 407. Vide tamen seqq.; ubi varia habet (2).

Sed vice eorum milites &c.] *Milites* pro *Officialibus*, qui perpetuo in Provincia erant, capit Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de Stratorib.* [*Tom.* II. *p.* 225.] Vid. eund. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de custod. reor.* [*Tom.* III. *p.* 36. *seq.*] de hoc loco.

(1) Hal. *Statores*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quod mavult quoque Balduin. *loc. supra cit. p.* 814.

(2) Add. Schroder. *Obs.* II. 7. *p.* 134. *seq.* & ibi citt. auctores.

§. 2.

Proficisci autem Proconsulem melius quidem est sine uxore:] Senec. *Controv.* XXV. (1).

Cotta & Messala Consulibus] A. U. C. 773. Sed Tacitus id confert in annum 777. *Annal.* IV. 20. ubi vid. Lipsium, qui putat, Ulpianum hic errasse (2).

Ut si quid uxores eorum &c.] Facit huc Juven. *Sat.* VIII. *vs.* 127. *seqq.*

Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in conjuge crimen, &c.

An idem in aliis casibus, vid. Matth. *de Crimin. in Prolegom. Cap.* 1. *in fin.*

(1) Add. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 254. & De La Rue, *Amoen. Jur. Obs.* I. 3. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 1493. *seq.* qui *ibid.* II. 3. *p.* 1507. credit, Ulpianum hic jocari. Sed vid. Tacit. *Annal.* III. 33. ibique Lipsium. add. Puttman. *Opusc. Jur. Crim. p.* 65. *seq.*

(2) Egit ea de re quoque Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 27. qui etiam alios citat. Vid. & Puttman. *d. loc. p.* 9. *in not.* Pothier. *in not. ad h. l.* legit *Cotta Messalino consulente*, secutus Cujacium, *Obs.*

VI, 30. Sed Cujacium refutavit De La Rue, d. loc. I. 2. p. 1492. Neque emendatio Cujacii placet Lipsio, loc. a Schult. cit. Placet autem Bachio, *Hist. Jur.* III, 1. *Sect.* 3. §. 8. p. 345. edit. Stockman. & H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judicat. non rescindend.* p. 153. *seq.* Errasse Ulpianum censet etiam Wieling. *Diss. de Connub. milit. Rom. Cap.* 1. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. p. 300. — In *seq.* §. 3. verbum *excusantis* denotare *cum humanitate recusantis*, notat Bynkersh. *Obs.* VI, 11. Hal. edidit *excusans*, & in margine notat: *alias*, *recusando*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte monet, nihil mutandum esse, et τὸ *excusantis* referendum ad τὸ *fui*, quod praecedit.

§. 4.

Si edictum Decessori suo miserit:] Cui nequidem eum facile obvium fieri, ait Aristid. *Orat. de Urbe Roma*, p. 362. Ergo alio itinere videntur decessisse: olim aliud. Nerius, *Analector.* I. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 331. *seq.*]

§. 5.

Καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον, *id est, inter matrices urbes Ephesum* (1), *primum attingere.*] Plures enim saepe unius provinciae metropoles. add. *L. unic. Cod. de metropol. Beryto. L.* 11. *Cod. Theod. de Tironib.* [*Tom.* II. p. 386.] & ibi Jac. Gothofred. Adeoque nihil muto (2).

(1) Verba, *id est, inter matrices urbes Ephesum* in Cod. Flor. non exstant, sed pro *primum* ibi legitur *primam*. Putat tamen Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legendum *primum* ob ea, quae habet Spanhem. *de Usu & praestant. numism. Diss.* IX. Plura de urbe *Epheso* vid. apud Steph. Byzant. *de Urbib.* in voc. ibique Interpp. add. Berterium, *Pithan. Diatrib.* I. *Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. p. 807. Quare autem Proconsuli Asiae necessitas imposita fuerit *per mare* Asiam applicare, ex numismatibus illustrat. Spanhem. *d. loc. Tom.* I. p. 608.

(2) D. Goth. *in not.* legit καὶ τὴν μητρόπολιν. Add. Byz-

Bynkersh. *Obs.* VI. 18. *in fin.* & Schroder. *Obs.* II. 7. *p.* 137. *seq.* qui *ibid.* in initio hujus §. pro *ingressum* legit *in ingressu*, vel *in ingressum*. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. recipiendum putat *ingressurum*, aut substituendum *in ingressu*, aut rescribendum *ingressum etiam hunc observare oportet*. Forte nulla emendatione opus, sed *ingressum* scriptum pro *ingressurum* vel *ingredientem*. Vid. Van Dorp, *Obs. Cap.* 15. qui plura ejusmodi enallages temporis exempla habet. add. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 6. *p.* 195. — De verbis, quae in Lege sequuntur, *quas Graecia* ἐπιδημίας — *appellat, sive* κατάπλουν egit etiam Schroder. *loc. cit.*

§. 6.

Post haec ingressus provinciam, &c.] Non ante.

Mandare jurisdictionem Legato suo debet:] Modo mandare velit (1). Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 9. *num.* 7. *L.* 6. §. 1. *h. t.* — Ipse sufficere omnibus non poterat. Sigon. *de Antiq. Jur. Provinc.* II. 5.

(1) Non enim cogitur. Vid. & Bynkersh. *Obs.* VI. 23. & H. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. Venuleji de Offic. Proconf. Cap.* 3. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 491. Minus recte dissentit Cujac. *Obs.* VII. 21. & *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 5. *h. t.*

L. V.

Aliquando mandare jurisdictionem Proconsul potest, etsi nondum in Provinciam pervenerit:] Exemplum apud Dion. Cass. *Hist. Lib.* XXXIX. *p.* 116. (1) & *Lib.* LII. *p.* 518.

(1) Proprie ibi occurrit exemplum Praefecti, qui contra Legem extra Provinciae fines erat profectus, & suo arbitrio bellum susceperat, relicto in Provincia filio admodum parvo natu.

L. VI.

Ut innocentem ipse liberet:] *Ipsi liberent* (1) legendum puto ex seqq.

Sed hoc genus mandati extraordinarium (2) *est:*] Vid. *L.* 1. *pr. de offic. ej. cui mand. est jurisd.* Post tamen hoc concessum. *L. unic. Cod. h. t.* (3).

(1) An Legati? Hoc velle videtur Schultingius, & huc faciunt verba seqq. *nec liberandi igitur reos jus* &c. Sed non putem a Florentina lectione recedendum. Vid. Rygerbos, *Obs. Cap.* 2. & Herm. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. Venulej. Saturnin. de Offic. Proconf. Cap.* 3. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 494. *seq.* Pro *solent* in initio Legis Hal. edidit *solet*: quod mavult quoque Balduin. *loc. supra cit. p.* 814. — *Custodias* pro iis qui in custodia sunt, Nostri frequenter dicunt. Vid. Brisson. *de V. S.* voc. *custodia, num.* 4.

(2) Unde Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 9. id magis ad factum pertinere putat, quam jure probari. Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 4. *extraordinarium* explicat, non civili jure, neque Legum ordine, sed singulari jure receptum. Egit de hac Lege quoque Ferand. Adduens. *Explic.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 514. *seq.* & pluribus Rygerbos, *Obs. Cap.* 2. qui verba haec *sed hoc genus mandati extraordinarium est* parenthesi includit, ut sequentia verba connectantur cum eo, quod praecedit: *scilicet ut praeauditas custodias* &c. Addit etiam aliam conjecturam. Sed Herm. Oosterdyk. *loc. modo laud.* putat, verbum *liberare* vario sensu hic a JCto usurpatum esse: nempe in priore Legis parte pro *liberare a custodia, dimittere*, in posteriore vero parte pro *liberare a crimine, absolvere.*

(3) Add. Vinn. *de Jurisd. Cap.* 1. §. 9.

§. 3.

Vetus proverbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων (1).] Facit huc Quinctil. *Inst. Orat.* XII. 7. *in fin. Sed tum quoque tenendus est modus: ac plurimum refert, & a quo accipiat, & quantum, & quousque.* Gregor. Nazianz. *de Vit. sua, num.* 89. (2).

Nam valde inhumanum est, a nemine accipere; sed passim, vilissimum est; & omnia (3), *avarissimum.*] Plin.

Pa-

Paneg. p. 41. edit. Steph. add. Mevium, *ad Jus Lubec.* L. I *art.* 4. *num.* 22. *seqq.*

Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus &c. (4).] Plin. *Lib.* IV. *Epist.* 9.

Sed nec xenia (5) *producenda sunt ad munerum qualitatem.*] Ut tanquam munera necessario sint praestanda. *L.* 194. *L.* 214. *de V. S.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 335. (6). Vid. omnino *L. unic. Cod. Theod. ne damn. Prov. inflig.* [*Tom.* IV. *p.* 100.]

(1) In edit Gothofred. additur: *id est, neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus;* & sic quoque Hal. Sed in Cod. Flor. haec verba Latina non exstant.

(2) Add. Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1405. & Curtium, Εἰκαστῶν, III. 4. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 194. De proverbiis in jure vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 103. & ibi citt. auctores.

(3) Hal. *per omnia:* male.

(4) *Donum* & *munus* quomodo differant vid. in *L.* 194. & 214. *de V. S.*

(5) De *xeniis* vid. Jan. Langlaeum, *Semestr.* VI. 1. & Brummer. *ad L. Cinciam, Cap.* 7. §. 12. Ceterum, quae hic de *xeniis* traduntur, ea non porrigenda esse ad Judices, monet Puttman. *Advers. Jur. Univ.* I. 4. *p.* 76. *seq.* & ibid. cit. Leyser. *Medit. ad Pand. Specim.* 615. *Med.* 27.

(6) Aliter verba haec interpretatur Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 515. Pro *producenda* Vulg. habet *perducenda.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. quae de his verbis notavi supra ad *L.* 1. *de orig. Jur.*

L. VII.

Si in aliam quam &c.] *Aliquam* Bynkersh. *Obs.* II. 6. ubi de his *laudationibus* (1).

Et ferias secundum mores & consuetudinem, quae retro obtinuit (2), *dare.*] *L.* 4. *de feriis.*

(1) De quibus vid. & Trotz. *Memor. propag. p.* 7. & Schroder. *Obs.* II. 7. *p.* 138. *seq.* add. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 324.

(2) De La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1502. *in fin:* legit *consuetudines*, & *obtinuit* dictum putat pro *obtinuerunt:* sine caussa. Ceterum *ferias indictivas* hic intelligendas esse, notant Bynkersh. *loc. a Schult. laud.* & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 126. add. Schulting. *in Enarr. tit. de feriis*, §. 3.

§. 1.

Aedes sacras, & opera publica circumire &c.] Add. Plin. *Lib.* X. *Epist.* 42. & Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de operib. publ.* [*Tom.* V. *p.* 312. *seq.*] (1).

(1) Sequitur in Lege: *an sarta tectaque sint.* Ita scil. legendum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. In ipso Cod. Flor. legitur: *an sarta tecta quae sint.* Hal. habet *an sarta tecta sint, & quae sint.* De *Curatoribus operum*, quorum in seqq. mentio fit, quaedam notavit Joh. Wasteau, *Diss. de Jur. & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 209. & Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 233. *seq.*

§. 2.

Cum plenissimam autem Jurisdictionem *Proconsul habeat*,] Sub qua *merum imperium* hoc loco contineri, negat Sutholt. *de Jurisdict. num.* 115. Sed sequentia contrarium videntur evincere; & haec fuisse videtur mens Triboniani (1).

Vel extra ordinem *jus dicunt*,] *L.* 2. §. 33. *de orig. Jur.* Sutholt. *de Jurisd. num.* 211.

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 1. add. notata inferius ad *L.* 1. *de offic. ej. cui mand. est jurisd.*

L. VIII.

L. VIII.

Et ideo majus imperium &c.] Dio Caff. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 519. (1). Non tamen militare. Dio Caff. *d. Lib. p.* 504. *seq.* (2).

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* VIII. *ult. num.* 4. & Tronchin. *Disp. de Var. Cap. Juris, Cap.* 1. in Suppl. Thes. Meerman. *p.* 601. Legem hanc a Pratejo nimius recte relatam esse inter exempla Legum temere geminatarum, docet G. Pauw, *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capp. Cap.* 1. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 113. *seq.*

(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4.

L. IX.

IDEM *Lib.* I. *de Officio Proconsulis.*] D. Goth. *in not.* „ Al. *Lib.* II. & ita emendat Cujac." & Jac. Gothofred. *ad L.* 71. *de reg. Jur.* Recte. Facit inscriptio *L.* 7. *h. t.* (1).

Sane, si fiscalis pecuniaria caussa sit, quae ad Procuratorem Principis respicit, melius fecerit (2), *si abstineat.*] Nisi aliud Imp. jusserit. Plin. *Lib.* X. *Epist.* 88. & Capitolin. *in Clod. Albin. Cap.* 2.

(1) Quae cum hac Lege jungenda. Noodt. *ad tit. de offic. Procurat. Caesar.* add. notata ad *L.* 71. *de reg. Jur.* ubi verba §. 1. hujus Legis regulae instar repetuntur: de quibus vid. & Zoannet. *Restit. Lib. Cap.* 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 658. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 3. *p.* 20. qui putat *per libellum*, & *de plano expedire* esse eadem.

(2) Quod est consilii & suasionis. Vid. omnino Noodtium, *loc. modo cit.* Pari modo loquitur Ulpianus in *L.* 1. *de inoffic. testam.*

§. 2.

Circa Advocatos patientem esse Proconsulem oportet.]



(3) Add. citatos superius ad *L.* 1. *pr. de offic. Praef. urbi.* *not.* 5. De ultimis Legis verbis *fugitivos conquirere* &c. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 6. *not.* 11. in *Jurispr. Antej. p.* 231.

TITULUS XVI.

DE OFFICIO PROCONSULIS ET LEGATI. (1).

(1) Post Magistratus Urbanos Compilatores Pand. statim transire ad Rectores Provinciarum; de Italia vero, iisque, qui Italiae praeerant, nihil in Pand. haberi, & quam ob caussam, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

De *Proconsulibus* quaedam Alciatus, *de Magistr. Civ. & Milit. Offic.* Plura & meliora de his, & Provinciarum divisione, Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 22. & *ad Capitolin. in Marco, Cap.* 22. Vales. *ad Excerpt. Peiresc. p.* 102. (1). Tempore Liberae Reipublicae & tales fuere, qui nondum Consulatum gesserant (2). Cicer. *de Legib.* I. 20. add. Fabricium, *ad Ciceron. pro Ligar. Cap.* 3. Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 22. & *ad Capitolin. in Marco, Cap.* 22. & quid sub Constantino, & post, Idem *ad Lamprid. in Heliogab. Cap.* 11. & *ad Trebell. Pollion. in XXX. Tyrann. Cap.* 33. add. eundem *ad Vopisc. in Probo, Cap.* 13. — Sortiebatur Provinciam. *L.* 36. §. 1. *de adoption.* Philostrat. *de Vit. Apollon. Tyanens.* V. 36. Hinc Proconsules Provincias fortiti in Inscript. apud Sponium, *Itin. p.* 344. *Tom.* I. (3). — *Quantum ad nomen quidem Proconsul, sed quantum ad potentiam Consul*; Salvian. *de Gubernat. Dei*, VII. *p.* 241.

Im-

Immo & hi *Consules* dicti. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 7. *p.* 309.

Legati] Παρέδρευον Dioni Cassio, *Hist. Lib.* LIII. *p.* 505. Talem adsciscebant sibi Praetorii unum, Consulares tres. Dio Cass. *ibid.* Hunc autem *magistratum* fuisse, negat P. Fab. *ad L.* 70. *de reg. jur. p.* 318. *seqq.* Sed contrarium probat Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 10. Dabantur a Senatu, vel a magistratibus adsumebantur. Cicer. *pro Sextio, Cap.* 60. & *pro L. Manil. Cap.* 19. Appian. *de Bell. Civ.* I. *p.* 633. *seq.* Vid. Sigon. *de Antiq. Jur. Provinc.* II. 2. (4).

(1) De differentiis inter Proconsules & Praesides vid. citatos ad *rubric. tit. de offic. Praesid.*
(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *p.* 145. *circa fin.*
(3) Add. Schulting. *d. loc.* §. 3. *in fin.*
(4) Add. Schulting. *d. loc.* §. 5.

L. I.

Proconsul ubique quidem Proconsularia insignia (1) *habet, statim atque urbem egressus est:*] Dio Cass. *Histor. Lib.* LIII. *p.* 504.

Potestatem autem non exercet, &c.] Facit *L. ult. de offic. Praef. urb.*

(1) De quibus vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 14. & Pancirol. *Thes. var. lect.* I. 10. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 938.

L. II.

Omnes Proconsules statim quam urbem egressi fuerint, habent Jurisdictionem:] Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 504. Non ante, nisi singularibus casibus. Ryck. *ad Tacit. Annal.* XII. 41. 2.

Sed voluntariam:] Non tamen omnes species, sed tantum

tum

not. 44. & H. Cannegiet. ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Coll. LL. Mos. & Rom. p. 297.

(2) Add. Cortium, ad Sallust. Catilin. Cap. 42. in fin.

L. XII.

Legatus, mandata sibi jurisdictione, Judicis dandi jus habet (1):] Vinn. *de Jurisd. Cap.* 6. *num.* 4. (2).

(1) Adfirmative vertunt quoque Graeci, *Tom.* I. *p.* 191. Alii *non habet*: male. Vid. Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1406. Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1441. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 17. & 123. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Add. P. Fab. *ad L.* 70. *de reg. Jur.* & Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 500.

L. XIII.

Legati Proconsulis nihil proprium habent, nisi a Proconsule eis mandata fuerit Jurisdictio.] Sed tunc habent (1). Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 8. *num.* 2. Perrenon. *Animadv.* I. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 606.] Aliter Leonin. *Emend.* II. 20. *num.* 14. (2).

(1) Scil. quaedam propria, quae Legato a Proconsule mandari nequeunt, sed quae peculiari jure Legato sunt concessa, postquam ipsi a Proconsule jurisdictio mandata est. Quorsum etiam pertinet exemplum in *seq. L.* 15. ut possit Legatus *tutores dare.* Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Kyclama a Nyeholt, *Membran.* IV. 15. Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 1. Oosterdyk. *loc. modo cit. p.* 491. *seq.* Glück *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld* , tit. *de Jurisdiction. p.* 244. *in not.*

(2) Et Bynkersh. *Obs.* VI. 23. Aliter etiam Cujac. *Obs.* VII. 21. Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1217. *seq.* Fopp. ab Ætzema, *Diss. Jur. Civ.* I. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 819. *seq.* Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 347. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. XIV.

ULPIANUS *Lib.* XX. *ad Legem Juliam & Papiam.*] *Lib.* III. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. p.* 281. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 217.] ubi de occasione (1). Dissentit Heinecc. *ad L. Jul. & Pap.* I. 5. *p.* 68.

Proconsules non amplius, quam sex fascibus utuntur.] Itaque prudenter capiendus Cyprianus, *Epist.* 37. (2). — Egesippum citat Cujac. *Obs.* XIX. 13.

(1) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* IV. *Reliq.* 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 447.

(2) Qui *duodenos* Proconsulibus tribuit. Sed vid. Schult. *in Enarr. h. t.* §. 3. *circa fin.* Quaedam ad hanc Legem quoque notavit Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1406. *seq.* & Schroder. *Obs.* II. 7. *p.* 139. *seq.* Vid. & Brisson. *Sel. Antiq.* III. 14. ibiq. Trekell. *p.* 78. & Gebauer. *Progr. de Insigni different. inter. Procoss. & Legatos Caesar.* in *ej. Exercitat. Academ. p.* 703. *seq.* — De *seq. L.* 15. vid. notata ad *praec. L.* 13. & Noodt. *de Jurisd. & imp.* II. 8.

L. XVI.

Proconsul portam Romae ingressus, deponit imperium.] Vid. ad *L.* 2. *h. t.* Appian. *Civil.* I. *p.* 668. *Imperium.* D. Goth. *in not.* „ Id est, insignia magistratus &c. Alii voluntariam Jurisdictionem. Cujac. *ad Nov.* 95. " Is utrumque probat (1).

(1) Et *Obs.* XII. 33. notat, Proconsulis imperium hinc dici esse *ad urbem*, & *Consulem ad urbem* pro *Proconsule*: & hinc Augusto data Proconsulari potestate, specialiter adjectum fuisse, ne eam, Romam ingressus, deponeret: quod & L. Fulvio, Proconsuli, & M. Marcello datum.

T I-

TITULUS XVII.

DE OFFICIO PRAEFECTI AUGUSTALIS.

Vid. Çujac. *ad L.* 3. *Cod. de Canon. largit. titul.* — Proconsulare imperium Agypto non constituendum, volebant Sacerdotes. Trebell. Poll. *in* XXX. *Tyrann. Cap.* 22. — De Ægypti aditu difficili Joseph. Ἀλωσ. IV. 10. — D. Goth. *in not.* „ Caussam constituendi vid. apud Tacitum &c. " & Dion. Cass. *Histor. Lib.* LI. *p.* 455. ubi de Ægyptiorum ingeniis (1). — Hominum in ea extra Alexandriam myriades 750. Joseph. Ἀλωσ. II. 16. *p.* 807.

(1) Add. Pagan. Gaudent. *Jurid. Expositiom.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 350. Quaedam de Ægyptiis habet quoque Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 30. Plura de hoc Praefecto vid. apud Schulting. *in Enarr. h. t.* Noodt. *ad h. t.* Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 24. Vid. & Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 18. edit. Burman. *Tom.* I. *p.* 236.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* XV. *ad Edictum.*] Agens forte *de Judiciis.*

TITULUS XVIII.

DE OFFICIO PRAESIDIS.

Vid. P. Fab. *ad L.* 70. *de reg. Jur.* (1). — Dicti & *Propraetores*, quia erant militares. Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 504. (2). — His quoque dati Legati (3). — De Provinciis Caesaris, & Senatus Populique Romani, iisque, qui

qui iis praeërant, quaedam Valesf. *ad Excerpt. Peiresc. p.* 102. (4). D. Goth. *in not.* „ Adde quaedam ad officium Praesidis ex *L.* 102. *de solution.* &c." & *L.* 9. *in fin. de offic. Proconf.*

(1) Add. Jo. Boreel de Mauregnault, *Diss. de Officio Praesidis*, in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 85. *seqq.* De differentiis inter Proconsules & Praesides, post Cujac. *Obs.* XX. 37. Lipsium, *Exc. ad Tacit. Annal.* I. 75. Campianum, *de Offic. & potestate magistr. ad titt. de Offic. Proconf. & de Offic. Praesid.* accurate egit Gebauër. *Progr. de Insigni differentia inter Proconf. & Legat. Caes.* in *ej. Exercit. Acad. p.* 701. *seqq.* An potuerit quoque Praeses cognoscere de *caussa liberali*, & status controversiis, disquirit Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 21. *p.* 300. *seqq.* Vid. & Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 9.

(2) Item *Legati Augusti Pro Praetore*, & *Legati Consulares*, de quibus variis eorum nominibus vide auctores citatos a Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 24. *p.* 284. add. notata inferius ad *L.* 20. *h. t.*

(3) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. *in fin.*

(4) Plura de Provinciarum divisione, ab Augusto inter se & Senatum Populumque Romanum facta, notavit quoque Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Proconf.* §. 3. Vid. & Bach. *loc. modo laud.* §. 23. & ibi citt. auctores.

L. I.

Praesidis nomen generale est:] Unde Tribonianus in *L. ult. Cod. de bon. vacant.* hoc nomen posuit, cum in *Cod. Theod.* [*Tom.* III. *p.* 452.] esset *Proconsul*, ut Legem generalem faceret (1).

(1) Add. Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 36. Sequitur in Lege: *licet Senatores sint.* Sic etiam Hal. Sed. in Cod. Flor. *sunt*, quod retineri potest: saepe enim apud Nostros post *licet* indicativus sequitur. Vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib.* Male quidam hic ne-

negationem inserunt. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 204.

L. I I.

ULPIANUS *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Ubi de *adoptionibus* agit.

Praeses apud se adoptare potest, &c.] *L.* 2. *pr. de offic. Proconf.*

L. I I I.

Et hoc, dum in provincia est:] Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 505.

Nam & in mandatis *Principum est*,] De quibus Dio Cass. *d. Lib. p.* 506. (1).

Ut curet is, qui provinciae praeest, malis hominibus (2) *provinciam purgare.*] *L.* 13. *h. t.*

Nec distinguitur, unde sint.] Vid. tamen *L.* 15. §. 4. *ad L. Jul. de adult.*

(1) Plura vid. apud Vizzanium, *de Mandatis Principum.* Praecedit in Lege: *si quid manu commiserint.* Hal. *si quid in alium manu* &c. Bondam. *Animadv. Critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 234. legit *si quid mali commiserint.* Sed vid. Puttman. *Diss. Var. Jur. Civ. Capp. contin. Cap.* 4. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 122.

(2) *Malos homines* hic esse latrones, notat quoque Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* 9. *p.* 146. *Seq. L.* 4. & 5. in nonnullis Codicibus non reperiri, notat Hal. *in margine.*

L. V I.

IDEM *Lib.* I. *Opinionum.*] *De Officio Proconsulis*, Freher. *Parerg.* II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 919.] (1).

Illicitas exactiones, — prohibeat Praeses Provinciae.] Quatenus ex iniquis oneribus, uni impositis, teneatur, Mev. *Decision. Part.* VI. *Dec.* 170. & *seq.*

(1)

(1) Sed. vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* II. §. 8. & Noordkerk. *Obs. p.* 13.

§. 1.

Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur.] Covarruv. *Var. Resol.* I. 1. Mornac. & Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* III. *Cap.* 3. *num.* 32. — D. Goth. *in not.* „ Al. *gestorum.* &c." Scip. Gentil. *ad Apulej. Apolog. p.* 4. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 3. *in fin.*] Basilic. Schol. *Tom.* I. *p.* 409. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἐκ τῶν κατὰ πλάνην γενομένων οὐ βλάπτεται. male. Perrenon. *Animadv.* II. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 639.] (1).

Et ideo Praeses provinciae id sequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quae probabuntur (2).] D. Goth. *in not.* „ Hinc colligi solet, Judicem debere judicare secundum probata. &c." Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 515. *seq.*] parum bene (3).

(1) Egit de hoc loco etiam Charond. *Verisim.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 688. *seq.* Cujacius, *ad Libb. Resp. Modestin. in expl. L.* 26. *de neg. gest.* verbum *erroribus* transponit, & legit *veritas rerum gestarum erroribus non vitiatur. Gestorum* legit quoque Faber, *in Ration. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* Equidem nihil mutandum putem, sed verba haec ita accipienda: *Veritas rerum, erroribus gestarum*, id est, propterea quod erroribus gestae sunt, *non vitiatur*, id est, non mutatur, neque deminuitur.

(2) Hal. addit *sequi*, & sic etiam Pothier. Vulg. hoc verbum inserit post vocem *quod.* Sed in Pand. Flor. neutro in loco τὸ *sequi* reperitur. Forte *quod convenit eum* JCtus dixit pro *quod sequendum existimabit, sibi persuasum habebit* &c. *Convenire aliquem* etiam dici pro *aliquem redarguere, convincere, ratione persuadere*, notat Barthius, *in Adversar.* XLII. 5. *circa fin.*

(3) Egere de hac quaestione etiam Cujac. *Obs.* XII. 19. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* XII. *Thes.* 14. *Lit. e. & f. p.* 495. *seqq.* Crusius, *Diatrib. ad L.* 40. *de hered. inst. Cap.* 12. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 672 *d. seq.*

seq. Ant. Merend. *Controv. Jur.* V. 49. Integer Tractatus de hoc argumento exstat in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 501. *seqq.* Recte autem dicitur, Judicem judicare debere secundum acta & probata; si vero Judicis conscientia cum actis & probatis pugnet, oportere eum Judicis personam exuere, & induere personam testis. Vid. Huber. *in Praelect. ad tit. Inst. de offic. Judic.* §. 3.

§. 3.

Ad concutiendos *homines*] Vid. Pricaeum, *ad Luc.* III. 14.

Et sub specie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat.] *Nov.* 17. *Cap.* 8. Cicero, *ad Attic. Lib.* VI. *Epist.* 1. de Publicanis, *efficio*, inquit, *ne cui molesti sint.* Pric. *ad Luc.* III. 13. (1).

(1) In *seq.* §. 4. pro *neque prohibita exerceri* Pothier. edidit *neque prohibitas* &c. Non putem necesse: certe non in contextum recipiendum. Illicitarum olim mercium exempla collegit Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 4.

§. 5.

Ne tenuis vitae homines] *Et ne tenuis* &c. in MS. suo reperit Forner. *Rer. Quotid.* I. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 148.] (1).

Sub praetextu adventus officiorum (2),] Cicer. *in Verr.* III. 19. Facit huc Idem, *ad Q. Fratrem*, I. 1. *Cap.* 2. *in fin.*

Lumine unico,] D. Goth. *in not.* „ Zoannet. (3) *Restit. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 661.] legit *limine unico*, &c." Et sic in MS. suo reperit Forner. *Rer. Quotid.* I. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 157.] Ipse Vulgatam tuetur, & eleganter Mornac. *h.* Bynkersh. *Obs.* I. 14. Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 22. (4). Facit huc Apulej. *Metam.* IX. *p.* 144. ed. Scriver.

(1) Flor. olim fuisse *tenui vitae*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui inde conjicit, legendum *tenui vita*.
(2) Id est, *Officialium*. Bynkersh. *Obs.* III. 14. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 8. §. 7. *p.* 224. Frequenter sic loqui JCtos, notat Turneb. *ad Sueton. in Vespasian. Cap.* 14. edit. Burman. *Tom.* II. *p.* 248.
(3) Quem sequitur Zinzerlin. *ad Val. Flacc. Lib.* IV. *vs.* 28.
(4) Receptam lectionem *lumine unico* defendit quoque Burman. *ad Quinct. Inst. Orat.* X. 3. & Schroder. *Obs.* II. 7. *p.* 140.

§. 7.

Sicuti Medico imputari eventus mortalitatis (1) *non debet*,] Eleganter Mornac. *h.* Quinct. *Inst. Orat.* II. 17. *Et medicus sanitatem aegri petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia aegri, aliove quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non excidit.*

Ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet.] Paul. *in Sent.* V. 23. §. *ult.* (2) add. Gail. *Obs.* II. 3. *num.* 5. *seqq.*

Praetextu humanae fragilitatis &c. (3)] In arte suspicabili. Vid. Arnob. *Adv. Gentes*, *Lib.* I. *p.* 28.

(1) Pro *mortis*, ut saepius alibi. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 376.
(2) Ubi vid. Schulting. Egit de hoc loco Pauli etiam Puttman. *Interpr. & Observ. Cap.* 25. ubi disputat contra van Vryhoff. *Obs. Cap.* 13. qui locum Pauli accipit de iis medicis, qui magicum remedium dederunt.
(3) Egit de hoc loco quoque Noordkerk. *Obs. Cap. ult. p.* 176. *seq.* qui pro *decipientis* legit *desipientis*, & pro *homines* reponit *hominis*. *Desipientis* probat quoque van Vryhoff. *loc. modo cit. p.* 60. Sed Florentinam lectionem tuentur Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 9. §. 10. Puttman. *loc. cit. p.* 114. *seq.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 12. *p.* 187. *seq.*

§. 8.

Qui universas provincias regunt,] *Totas*, non *partes*. Non autem admittenda distinctio Merillii, *Lib.* I. *Var. ex Cujac. Cap.* 3. (1) in Praesides *universarum*, & *singularum provinciarum*. Vid. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. ne sine jussu Princip.* &c. [*Tom.* III. *p.* 325.] Huber. *Digress.* III. 7. (2).

(1) Et *Obs.* VI. 29, putantis Praesides *universarum*, non vero *singularum provinciarum* Jus gladii, & deportandi habuisse. Merillium sequitur Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* V. *Thes.* 13.

(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Boreel de Mauregnault. *Diss. supra laud. p.* 112. Vid. & Nic. Anton. *de Jurib. Exul.* II. 27. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 121. & Os. Aurel. *Dispunct.* II. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 698. Neque etiam cum Hotoman. *Obs.* III. 12. distinguendum inter Praesides, qui insulas sibi subjectas habebant, & non habebant, quasi illis quidem, non vero his jus deportandi competiisset. Vid. Bynkershoek. *Obs.* VI. 22. Pluribus de quaestione, an Praesides jus deportandi habuerint, disputarunt G. Pauw. *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capita, Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 128. *seqq.* & G. Best. *Conject. ex Jur. Civ. Cap.* 2. in eod. Thes. *ibid. p.* 205. *seqq.* Vid. & Zoannet. *Restit. Cap.* 21. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 662. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 855. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 421. *seq.*

§. 9.

Necessitatem (1) *solutionis moderetur,*] Non idem in *poenis Lege definitis. L.* 244. *de V. S.* Matth. *de Criminib. Lib.* XLVII. *Tit.* 3. *Cap.* 3. *num.* 6.

(1) *Necessitatem* edidit quoque Haloander. Sed Flor. legitur *necessitate*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse legendum putat *necessitati*, probante Gebauero, *ibid.* add. Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 13.

L. VII.

L. VII.

IDEM *Lib.* III. *Opinionum.*] *De Officio Proconsulis*, Freher. *Parerg.* II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 919.] (1).

(1) Sed vid. laudatos superius ad inscriptionem *L.* 6. *h. t.* Pro *detractantem*, ut Flor. legitur, alii habent *detrectantem*: Sed *detractare* Veteres scripsisse, notat Duker. *ad Flor.* I. 22. 2. *p.* 208. add. Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Cap.* 62. & Drakenborch. *ad Liv.* XXXIV. 15. 9. — In *seq. L.* 8. pro *adire potest* Hal. edidit *adire potes*, & verba *eum, qui provinciae praeest*, *adire potes*, aliis literis exprimi curavit: non male. Sunt enim verba rescriptionis, vid. *seq. L.* 9. quorum sententia in seqq. verbis exponitur. *Potes* scribit quoque Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 7. *Caesarem nostrum*, id est, Hadrianum, sub quo Julianus floruit. Pro *aestimare* in fine Legis Hal. edidit *existimare*. Vid. quae de his verbis notavi superius ad *L.* 10. *de statu homin.*

L. IX.

Vel Legato] Male Perez. *in Prael. ad tit. Cod. de ped. Jud. num.* 3. hac voce etiam *Judices pedaneos* censet contineri (1).

(1) Sequitur in Lege: *quamvis non sit adjectum* &c. Vulg. *non* omittit. Sed vid. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 128. *seq.* Pro *aestimabit*, & *aestimare* hic etiam Hal. edidit *existimabit*, & *existimare*.

L. X.

Correctorum, & Praesidum provinciarum] Leonin. *Emend.* VII. 8. *num.* 9. *Praesidum, & Correctorum provinciarum*, sed haesitat, & nihil mutandum (1).

(1) Vid. Finestr. & de Monzalv. *in Herm. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 414. *seqq.* ubi pluribus hanc Legem ex-

explicuit. add. de *Correctoribus* eund. *ibid. p.* 5. *seq.* & Schulting. *in Jurispr. Antejustin. p.* 683. — In *seq. L.* XI. pro *Judices* non reponendum *indices*, notat Schroder. *Obs.* II. 8. *p.* 141.

L. XII.

Non tamen spectandum est,] *Non tam tamen* (1). Grotius, *in Flor. Spars. ad h. l. p.* 115. Forner. *Rer. Quotid.* II. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 162.] Jac. Gothofred. *ad L.* ἀξίωσις, *Cap.* 11. [in *ej. Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 99.] Dissentit Bynkersh. *Obs.* I. 10. (2).

(1) Simile exemplum, quo *tam* a praecedenti *tamen* interceptum est, adfert Drakenborch. *ad Liv.* V. 51. 4.

(2) Ipse quoque Schulting. ad edit. in 4to. ad locum Fornerii, qui etiam *non tam tamen* legit, notavit: „hoc tamen non necesse." Vid. & Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 11. §. 2. *p.* 415. *Tam* ante *quam* saepius omitti, docet quoque Drakenborch. *ad Liv.* II. 56. 9. ubi & alii auctores citantur. In inscriptione hujus Legis in Cod. Flor. Librarium errore scripsisse *Proconsulis* pro *Proculus*, notat Brencm. *Histor. Pand.* II. 5. *p.* 153.

L. XIII.

Congruit bono & gravi Praesidi curare, ut pacata &c.] Cassiodor. *Variar.* VI. 21. Facit huc Herald. *ad Tertullian. Apologet. Cap.* 2. *p.* 21. Pricaeus, *ad Act. Apostol.* XXIV. 3.

Ut malis hominibus *provincia careat,*] *L.* 3. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Sequitur in Lege: *receptoresque eorum coërcere,* &c. Sic etiam Hal. Sed Vulg. *receptatoresque* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quemadmodum edidit quoque Pothier. Sed utrumque rectum: *receptores* dixit etiam Callistratus in *L. ult.* §. *ult. de abigeis*; & Paul. *in Sent.* V. 3. §. 4. Plura de his vid. apud Puttman. *Diss. de*

Re-

Receptatoribus, in *Adverf. Jur. univ. Lib.* II. *p.* 219. *feqq.* In *feq.* §. 1. pro *furiofis*, *fi non poffint* &c. *obviam eundem eft*, Hal. edidit, *furiofi fi non poffint* &c. *obviandum*. Recta eft Florentina, cui poft *τὸ furiofis* Taurellius recte comma adfcripfit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Occurrit tamen verbum *obviare* non tantum apud Noftros, fed etiam apud alios fcriptores Latinos. Vid. Heinecc. *in Additam. ad Briffon. de V. S.* in voc. & Drakenborch. *ad Liv.* IX. 23. 4.

L. XIV.

Commodus] Alii *Verus* legunt, alii eum voce *Commodi* intelligunt ex *fin. L. praec.* & *L. pen. ad L. Pompej. de parricid.* Sed potuit & Marcus cum filio eadem de re refcribere. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 176. (1).

Tertyllo] *Tertullo* melius, ut in veteri infcriptione apud Menag. *d. loc. p.* 177. (2).

Potes de modo poenae ejus diffimulare (3), *cum fatis furore ipfo puniatur.*] Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 5. Quinctil. *Declam.* 314. Senec. *Hercul. Furent. vf.* 1098.

Solus te jam praeftare poteft
Furor infontem.

Huc quoque facit Cicer. *de Nat. Deor.* I. 9. *Deinde quid eft affecutus, cum omnes ftulti fint fine dubio miferrimi, maxime quod ftulti funt: miferius enim ftultitia quid poffumus dicere?* &c. M. Senec. *Controv.* XXVII. *Quid legis intereft excipere, ne fraudi fit ei, qui per infaniam patrem pulfavit, cum illi non fupplicio, fed remedio opus fit?*

Ac, fi putabis,] Hal. *aut fi* &c. quod praefert Leonin. *Emend.* III. 17. *num.* 14.

Quoniam tam ad poenam,] Hal. *quoniam non tam* &c. Sed in MS. Leonini erat *quod non tam* &c. Vid. Leonin. *d. loc. num.* 15. & fic Accurfius: quod videtur rectum. (4).

Si vero, ut plerumque adsolet, intervallis quibusdam sensu saniore,] *Sensu sanior est* legit Charond. & Haloand. (5).

An per immanitatem facinoris,] *An pro immanitate &c.* Charond. (6). — Hinc DD. quidam volunt, furiosos ob enormia crimina posse puniri; male. Vid. Matth. *d. loc. num.* 7.

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 4. *not.* 27. Egerunt de hac Lege etiam Lectius, *Ad Æmil. Macr. de Publ. Jud.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 93. *seq.* Ernstius, *loc. supra cit. p.* 855. Westenberg. *in D. Marco, p.* 367. *seqq.* Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. & Rom. tit.* 6. §. 4. *p.* 211. *seq.* & Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Jo. van de Poll, Lugd. Batav. 1741.

(2) Ipsos Veteres in hoc nomine scribendo variasse, dicit Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 26. §. 8. Sed non probat.

(3) Pro *dissimulare* Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. & Rom. loc. modo cit.* substituit *dispensare*; putat tamen etiam vulgatam lectionem posse retineri: rectius, mea sententia. Sensus enim Legis est: *potes respectu poenae illi facinori alioquin statutae dissimulare*, id est, interprete Nonio Marcello, in voc. *fingere te nescire, quae scias*: quod adeo eodem redit, ac si diceretur, *potes poenam ei remittere, potes eum poena absolvere.*

(4) *Non tam* legit quoque Schroder. *Obs.* II. 8. *p.* 142. & sic etiam Lectius, *loc. modo cit.* & Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Florentinam lectionem retinent Westenberg. *in D. Marco, p.* 374. & Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Collat.*

(5) Quod probat Leonin. *loc. cit. num.* 16. & Westenberg. *d. loc.* Bondam. *Animadv. Critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 233. legit *sensu saniore est.* Sed. Jo. Cannegiet. *d. loc.* nihil mutat, putans *si-sensu saniore* scriptum per ellipsin esse pro *si-sensu saniore sit*, vel *fuerit.* Porro in sequentibus Legis verbis Florentiae legitur: *non forte eo momento scelus admiserit, nec morbo ejus danda est*

venia.

venia. Leonin. *d. loc. num forte* &c. *nec-danda sit venia*, ex Norico. *Num* patrocinantur quoque Graeci. Vid. Leunclav. *Notat.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1505. Bondam. *d. loc. num forte* &c. *nec-danda esset venia.* *Num* legit quoque Jo. Cannegiet. *loc. cit.* nec dissentit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui tamen non male notat, licet *num* recipiamus, non tamen propterea necesse esse, ut seqq. verba corrigamus: cum ejusmodi transitus Modorum apud Nostros frequens sit. Ad edit. in 4to. adscripsit Schultingius, „ Glossa verba *nec morbo ejus danda est venia* includi vult parenthesi. Matth. *de Criminib. in Proleg. Cap.* 2. *num.* 7. intelligit morbum *leviorem.*" Verba illa parenthesi quoque includit Pothier.

(6) Jo. Cannegiet. *d. loc. per immanitatem* exponit *propter immanitatem*, vel ita emendat. Sane, voces *per* & *propter* nonnunquam in MSS. confundi, vel etiam aliquando *per* pro *propter* poni, docet van Staveren. *ad Nepot. in Eumen.* Cap. 11. add. Drakenborch. *ad Liv.* XXXIII. 18. 22. & *Epitom. Lib.* LXXXIV. & van Dorp. *Obs. Cap.* 11. *p.* 94.

L XV.

Illud observandum est, ne qui provinciam regit, fines ejus excedat, &c.] Cicer. *in Verr.* I. 29. & *in Pison. Cap.* 21. Dio Cass. *Hist. Lib.* XXXIX. *p.* 116. Caesar, *de Bell. Civ.* I. 85. Casaubon. *ad Sueton. in Caes. Cap.* 19. Cujac. *ad L.* 2. *de V. S.* (1).

(1) Verba *nisi voti solvendi caussa* veteri superstitioni adscribit Balduin. *loc. supra cit. p.* 816. quae adeo ex ejus sententia omittere debuisset Tribonianus. Ad *seq. L.* 16. vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. *num.* 10. Pro *aut Libertini eorum* Hal. edidit *aut Liberti eorum.* Sed vid. notata superius ad *L.* 4. *de Just. & Jur. not.* 2.

L. XVII.

Si forte Praeses provinciae manumiserit &c.] Facit *L.* 3. *de offic. Praetor.*

L. XVIII.

Plebiscito continetur, &c.] *Plebiscitum Calpurnium de repetundis* intelligit Brummer. *ad L. Cinciam, Cap.* 15. §. 14. (1).

Ut ne quis Praesidum munus, donum (2) *caperet: nisi esculentum* &c.] Add. *L.* 6. §. 3. *de offic. Proconf.* Aliud in *Judicibus* juxta Stryck. *de Jur. Senf. p.* 370. (3). Jus Canonicum cum DD. hoc generaliter accipit, *Cap. Super. de rescript. in* 6to. Foenum quoque, & quaedam alia Lex Julia fumi finit. Cicer. *ad Attic. Lib.* V. *Epist.* 16.

(1) Ubi refutavit Burgium, *Elector. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 339. qui putabat, esse partem quamdam *Legis Cinciae*. add. Cujac. *Obs.* VI. 18. & Balduin. *loc. supra cit. p.* 816.

(2) Hal. *donumve.*

(3) Add. notata superius ad *L.* 6. §. 3. *de offic. Proconf. not.* 5.

L. XIX.

Observandum est Jus reddenti (1) &c.] Vid. ad hanc Legem Commentarium L. Goris (2), *ejus Adversariis* adjectum. Cicer. *ad Q. Fratrem*, I. 1. & *de Offic.* I. 25. Jan. Langl. *Semestr.* II. 1.

Ut in adeundo quidem facilem se praebeat,] Vid. Pricaeum, *ad Act. Apostol.* XIV. 4.

Sed contemni non patiatur:] *L.* 9. §. 2. *de offic. Proconf.*

Ne Praesides provinciarum in ulteriorem *familiaritatem Provinciales admittant:*] Adeoque nonnulli principes viri vitabant convivia. Vid. Comm. *ad Ciceron. de Offic.* I. 38. D. Goth. *in not.* „ Al. *interiorem* &c." Qui scil. non in atrium tantum, sed & in intimas partes domus admittuntur, & sunt intimae admissionis: de quo Abram. *ad Ciceron. Philipp.* II. *Cap.* 19. Nihil mutandum. Bynkersh. *Obs.* V. 14. *Ultimae cogitationes*, id est, intimae, Quinctil. *Declam.* 377.

Nam

Nam ex conversatione aequali contemtio dignitatis nascitur.] Plutarch. *in Pericle*, *p.* 155. add. Maynard. *Decision.* I. 78. (3).

(1) Quomodo autem versari debeat Praeses in exigendo, si debita publica exigat, docet *L.* 33. *pr. de usur.* De qua Lege vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 4.
(2) Praeter quem, & Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 115. *seqq*, item Bynkersh. *Obs.* V. 14. vid. & A. Vereul, qui Dissertationem ad hanc Legem conscripsit. Lugd. Batav. 1792. Quaedam ad eandem Legem notavit quoque Otto, *ad Pufendorff. de Offic. Hom. & Civ.* II. 18. §. 10.
(3) Et Const. Land. *Exercit. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1407. Hanc rationem unice accommodatam esse hominum vulgo, qui pluris haberi, quam esse volunt, haud immerito dicit Bynkersh. *loc. cit.* add. M. Temminck. *ad Fragm. quaed. L. Jul. de Judio. Cap.* 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 100. *seq.*

§. 1.

Sed & in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat,] Facit huc Lucian. *in Demonact. p.* 582. [edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 392.] Πῶς ἂν τις ἄριστα ἄρξῃ; Ἀόργητος, ἔφη, κ. τ. λ. *Quomodo optime imperaret aliquis? respondit, si non irascatur*, &c. Egregie Cicero, *ad Q. Fratr.* I. 1. *Cap.* 13. Qui omnino videndus *de Offic.* I, 38. add. casum elegantem apud Maynard. *Decision. Tholos.* I. 94.

Neque precibus calamitosorum inlacrimari oportet:] Facit huc Plato, *Apolog. Socrat. p.* 27. (1).

Id enim non est constantis & recti Judicis,] Qualis etiam metu *appellationis* non debet retardari. *L.* 55. *Cod. Theod. de appellat.* [*Tom.* IV. *p.* 281.]

Cujus (2) *animi motum vultus detegit.*] Gellius, *Noct. Attic.* XIV. 2. *L.* 22. *Cod. ad L. Corn. de fals.* Vid. Jac.

Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. eod.* [*Tom.* II. *p.* 180.]

Et summatim ita jus reddet (3) &c.] Add. Philon. περὶ Δικαςοῦ. [ed. Thom. Mangey, *Vol.* II. *p.* 344. *seqq.*]

(1) Alia loca huc pertinentia citavit Puttman. *in Adversar. Jur. univ.* I. 4. *p.* 75. De verbo *inlacrimari* vid. Burman. *ad Anthol. Latin. Tom.* I. *p.* 463.

(2) Auctor Anonymus, *in Observ. Miscellan. Vol.* I. *p.* 426. legit *JudiciSi cujus*, id est, *Judicis, si cujus*: sed non opus. Vid. Puttman. *Prolus. de Arbitrio Judic. e foro Judiciisque eliminando*, in *ej. Opusc. Syllog. p.* 200. *in not.* & Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 22. §. 18. *Animi motum* JCtum dixisse pro *sententia*, pro qua in *L.* 20. *comm. divid.* simpliciter *Judicis motus* dicitur, observat Bynkersh. *Obs.* V. 14. add. Puttman. *in Adversar.* I. 4. Egit ea de re quoque Lyclama, *Membran.* V. 11. & J. G. Blancard. *Diss. de Villa motu Judic. diruta, &c. Cap.* 2. §. 7. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 306. *seq.* De verbo *vultus*, quod nonnulli male mutant in *vulgus*, vid. Van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 27. *p.* 138. *seqq.* Faciunt huc etiam quae notavit Gronov. *ad Min. Felic. Cap.* 4. *p.* 30. *seq.*

(3) Flor. *reddi debet.* Hal. *reddere.* De *ingenio Judicis* Epistolam scripsit Mascovius, a me cit. ad *L.* 9. §. 2. *de offic. Proconf.* Burman. *ad Ovid. Heroid.* VI. 39. τὸ *ingenio suo* interpretatur *sponte*.

L. XX.

Legatus Caesaris, id est, Praeses,] Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 504. Leonin. *Emend.* VII. 8. legit *Legatus Caesaris, vel Praeses*: male (1). An dicti etiam *Proconsules*, & *Proconsules Augusti*? Negat Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 3. (2). Distingui videntur *Provinciae Legatoriae*, & *Praesidiales* apud Lamprid. *in Alexandr. Sever. Cap.* 24. ubi Salmas.

Abdicando se non amittit imperium.] Vinn. *de Jurisd. Cap.* 8. *num.* 4. (3).

(1) Al. *Legatus Caesaris, idem Praeses.* Vid. Ernstium, *loc. supra cit. p.* 855.
(2) De variis Praesidum nominibus vid. citatos superius ad *inscript. h. t. not.* 2. De *Correctore* quaedam notavi ad *L.* 10. *h. t.*
(3) Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.*

L. XXI.

Actor rerum agentis] Basilic. [*Tom.* I. *p.* 184.] ἐκδιοικητὴν τῶν τοῦ δεσπότου πραγμάτων (1).

(1) De *actore rerum* quaedam notavit Lipsius, *in Exc. ad Tacit. Annal.* II. 30. *lit. f.* Egit de hac Lege etiam H. Cannegiet. *Obs.* III. 8. *p.* 279. *seq.* qui pro *ut non solam jacturam adversus substantiam*, legit *ut non solum jactura evertat substantiam.* Paulo aliter Schroder. *Obs.* II. 8. *p.* 143. qui etiam legit *ut non solum jactura*, sed *adversus substantiam* retinet. *Ut non solum jactura* edidit quoque Hal. & omnia fere MSS. habent, ut notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. D. Goth. *in not.* legit *ut non ad solam jacturam* &c. & sic quoque Graeci, ὥςε μὴ πρὸς μόνην ζημίαν, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. Vocem *devirginata* tuentur Bynkersh. *Obs.* I. 25. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 324. *seq.*

TITULUS XIX.

DE OFFICIO PROCURATORIS CAESARIS, VEL RATIONALIS.

Procuratoris Caesaris] Vid. quaedam apud Cujac. *ad L.* 3. *Cod. de jure fisc.* & *Obs.* XIX. 13. Lipsium, *ad Tacit. Annal.* XII. 60. *Exc. b.* Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 13. *in fin.* Vide & de his Goesium, *in Addend. ad Pilat. Judic. p.* 14. *seqq.* non tamen omnia proba (1). — D. Goth. *in not.* „ Qui & *Curator Caesa-*

saris." (2). Dio. Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 506. Dicti & *Speciales* (3), & *magistri.* Cujac. *ad L.* 5. *Cod. de jur. fisc.* In. Basilic. saepe appellatur Καθολικὸς (4). Ταμίαι vocantur ab Apollon. Tyanens. *Epist.* 30. & Διοικηταὶ, *Epist.* 31. — Missi etiam in provincias Populi. Dio Cass. *Hist. Lib.* LVII. *p.* 618. *in fin.* & *seq.* Plutarch. *Praecept. Politic. p.* 813. *e.* Cujac. *ad L.* 3. *Cod. de jur. fisc.* An vero & in easdem *Quaestores* missi? Videtur adfirmare Dio Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 505. (5). — Interdum unus in pluribus Provinciis hoc officio functus. Bynkersh. *Obs.* II. 21.

Rationalis] Lamprid. *in Alexandr. Sever. Cap.* 45. *Procuratores, id est, Rationales* (6). *Rationator*, in veteri inscriptione apud Ryckium, *ad Tacitum, p.* 5. *Rationalis summae rei*, in inscriptione *Legis* 7. *Cod. ubi causs. fisc.* &c. (7). Vide & de eo Valesium, *ad Amm. Marcellin. Lib.* XXVIII. *p.* 522.

(1) Plura de *Procuratore Caesaris* vide apud Brisson. *Sel. Antiq.* III. 18. & quos plures ibid. citat Trekell. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 3. *num.* 14.

(2) Hoc negat Lipsius, *loc. a Schult. cit.* Sed vid. Bynkersh. *Obs.* II. 20. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3.

(3) Vid. Schulting. *d. loc.* §. *ult.*

(4) Vid. Cujac. *ad L.* 5. *Cod. de jure fisc.* Nominantur & *Catholiciani* in *L.* 9. §. *ult. Cod. de bon. proscriptor.* add. Mascov. *Exercit. de Procurat. Caesar.* in *ej. Opusc. Jurid.* & *Philol. a Puttman. edit. p.* 10.

(5) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

(6) Fuerunt enim iidem. Vid. Casaubon. *ad Lamprid. loc. cit.* & Cellar. *ad Eutrop. Breviar. Hist. Rom.* IX. 14. Unde Noodt. *ad h. t. pr.* non male putat, τὸ *vel* in inscriptione hujus tituli sumi pro *id est.* add. Mascov. *d. loc. p.* 4. *in not.* & H. J. Arntzen. *Miscellan. p.* 169. *Rationales* postea dictos Procuratores solius rei familiaris, ut a Procuratoribus vice Praesidum distinguerentur, notat Burman. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 12. Constitutio quaedam Gordiani, ad

Ra-

Rationales missa, exstat in *Jurispr. Antej. Schulting. p.* 699.

(7) Add. Cujac. *Obs.* VIII. 32. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. — Ad *L.* 1. §. *ult. h. t.* quaedam notavit Averan. *Interpr. Jur.* I. 12. *num.* 40. *seq.* & ad *seq. L.* 2. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. *not.* 43. Utrumque Fragmentum pertinere ad Procuratores hereditatium, notat Mascov. *d. loc. p.* 27. add. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. p.* 182. qui *ibid. p.* 187. *seqq.* plura de his Procuratoribus habet.

L. III.

Curatores Caesaris jus deportandi non habent:] Conf. *L.* 2. *Cod. de poen. Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 3. Facit huc Tacitus, *Annal.* IV. 5. *L.* 4. *Cod. ad L. Fab. de plag.*

Curatores] Sic & *L.* 10. & *L.* 11. §. 1. *de Publican.* (1). Hic vero accipi possunt qualescunque (2), cum & Praesides eo jure careant. Huber. *Eun. Rom. h. p.* 78. Curatores *vice Praesidum* intelligit (3).

Quia hujus poenae constituendae jus non habent.] Id est, quia ipsis id non est specialiter concessum, quod opus est, *L.* 6. §. 1. *de interd. & releg.* Ideoque, etsi JCtus incommodius loquatur, non est tamen, quod haec αἰτιολογία carpatur a Forner. *Rer. Quotid.* III. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 218.] & A. Matth. *Colleg. Jurid.* I. *Disp.* 10. (4). — Τὸ *hujus* abest a Libris nonnullis: recte (5). Bynkersh. *Obs.* II. 20. qui tamen mox alia tentat, & tandem retinet vulgatam, accipiens de Procuratore quovis. — D. Goth. *in not.* „ Et criminalis cognitionis, nisi cum funguntur vice Praesidum, &c." Qui dicti etiam *Procuratores & Praesides.* Vid. Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 13. *in fin.* (6).

(1) Add. notata superius ad *rubr. h. t. not.* 2.
(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3.
(3) Sic etiam Mascov. *d. loc. p.* 29.

(4)

(4) Item a Mascov. *d. loc. p.* 28. & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 1. §. 33. *p.* 26. Excusat Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 17. *p.* 80. Sed videtur cum Schultingio haec ratio defendi posse. add. Trekell. *de Testam. fact. ap. Rom. Cap.* 3. §. 61. *p.* 202. & P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 3. *p.* 82.

(5) Τὸ *hujus* rejicit quoque Fern. de Retes, *ad tit. D. de interd. & releg.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1194. & M. Augustin. Campian. *de Offic. & Potestat. Mag. Rom. p.* 431. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. putat in exemplo, ex quo Pand. Flor. descriptae sunt, exstitisse *quia hi jus poenae constituendae jus non habent*, & redundans alterutro in loco vocabulum non, ut debebat, esse deletum. Equidem non tantum nihil mutandum, sed τὸ *hujus* omnino retinendum putem: nam sive hic tantum intelligas Procuratores vice Praesidum, sive qualescunque, non recte dixisset JCtus *quia poenae constituendae jus non habent:* cum utique Procuratores vice Praesidum jus poenae constituendae habuerint. Sed jus deportandi, adeoque *hujus* poenae constituendae jus nulli Procuratori concessum est, uti ne Praesidi quidem datum. Vid. notata superius ad *L.* 6. §. 8. *de offic. Praesid.* Ceterum Mascov. *loc. cit. p.* 30., secutus Bachovium, sequentem §. 1. Triboniano adscribit, quoniam, ut ait, quae in *d.* §. traduntur, non cohaerent cum iis, quae Callistratus in *pr.* hujus Legis docuerat. Sed, si hoc argumentum procederet, iis locis, in quibus manus Triboniani agnoscitur, facili negotio plura alia addi possent. Praeterea, quis certo dixerit, apud ipsum Callistratum haec ita cohaesisse? Forte plura JCtus de Procuratoribus Caesaris in universum scripserat, ex quibus Tribonianus excerpsit, quae sibi videbantur utilia. Nomen *Hermiae*, cujus mentio fit in *seq.* §. 2. etiam aliis fuisse, notat Burman. *ad Sueton. de Illustr. Grammatic. Cap.* 10.

(6) De Procuratoribus *vice Praesidum* latius egerunt Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Bynkersh. *Obs.* II. 21. Schroder. *Obs.* II. 9. *p.* 144. *seqq.* Mascov. *loc. cit. p.* 11. *seqq.* qui omnes in eorum numerum referunt quoque *Pontium Pilatum.* Vid. & Burman. *ad Sueton.*

ton. in Claud. Cap. 12. Dissentit tamen H. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 287. Quamvis ejus rationes parum firmas dicat Puttman. *ad Mascov. d. loc. p.* 14.

TITULUS XX.

DE OFFICIO JURIDICI.

Vid. Pancirol. *de Magistr. Municip. p.* 189. — *Juridicus Provincialis* pro *Praeside*, Apulej. *Metam.* I. *p.* 7. [ed. Oudendorp. *p.* 29.] — Ἐπιτροπεύων ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, Dio Cass. *Hist. Lib.* LXXVII. *p.* 879. nisi is sit *Procurator.* — Spartian. *in Sever. Cap.* 17. — Vid. de eo Reines. *ad Inscript. Class.* II. *Inscript.* 26. (1).

(1) Qui putat, hunc Juridicum non solis Alexandrinis jus dixisse, sed Ægyptiis generaliter. Quae etiam est sententia Schultingii, *in Enarr. h. t.* §. 1. & Noodtii, *ad h. t.* Sed Reinesio contradixit, & solis Alexandrinis hunc Juridicum jus dixisse, probavit Ritter. *in Praef. ad Tom.* V. *Cod. Theod.* & *ad Heinecc. Hist. Jur.* I. 4. §. 177. add. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 24. De Ægypti fertilitate quaedam quoque notat Schwartz. *ad Plin. Panegyr. Cap.* 30.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* XXVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 15. *L.* 17. & alias *de adoption.* (1).

Quia data est ei Legis actio.] Contra morem veterem Reipublicae. Tacit. *Annal.* XII. 60. Ubi vid. Lipsium.

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

L. II.

IDEM *Lib.* XXXIX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 1. *de tutor. & curat. dat.* &c. (1).

(1)

(1) Vid. Schulting. *loc. modo cit.* Qui *ibid.* §. 2. monet, de Magistratibus Municipalibus in Digestis non esse titulum, sed in Codicis Libro primo esse titulos *de Defensoribus Civitatum*, & *de Magistratibus Municipalibus*, idque secundum ordinem Edicti Perpetui, qui etiam alibi in Codice exactius servatus est, quam in Digestis, in quibus, quae ad Municipia spectant, ad Librum ultimum rejiciuntur. Pluribus de ordine *Edicti Perpetui* in Pand. non semper servato disputavit Bynkersh. *Obs.* II. *ult.* Vid. & Finestr. & de Monzalv. *in Hermogen. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 227. *seq.*

TITULUS XXI.

DE OFFICIO EJUS, CUI MANDATA EST JURISDICTIO.

Vid. Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 8. — Posteriore tempore dicti *pro Praefecto agere*, *ejus vicem gerere*, quandoque & *Vicarii*, sed improprie. Vid. ad *tit. Cod. de offic. vicar.* (1).

(1) Ubi citavit Valesium, *ad Amm. Marcellin.* XIV. 5. *p* 17. & Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. de Proxim. Comitib.* &c. *Tom.* II. *p.* 150. — Singulas hujus tituli Leges exposuit Muretus, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 211. *seqq.* & in *ej. Operib. a Ruhnken. edit. Tom.* IV. *p.* 295. *seqq.*

L. I.

Quaecunque specialiter &c.] Sutholt. *de Jurisdict. num.* 138. (1).

Et ideo videntur errare magistratus, &c.] Perez. *in Prael. ad tit. Cod. de Jurisd. omn. Judic. num.* 22. *seq.* cujus tamen ratio non est bona.

Qui cum publici judicii habeant exercitionem Lege vel

SCto

SCto *delegatam*,] Hoc ita semper est. Averan. *Interpr. Jur.* I. 3.

Jurisdictionem *suam mandant.*] Quam Papinianus hic sumit pro *mero imperio*, etsi dissentit Sutholt. *de Jurisd. num.* 120. & alii. Sic etiam loquitur Tertullian. *ad Scapulam*, *Cap.* 4. *Potes & officio jurisdictionis tuae fungi, & humanitatis meminisse, vel quia & vos sub gladio estis*, &c. (2).

Hujus rei fortissimum argumentum, &c.] D. Goth. *in not.* „ a contrario sensu hoc argumentum sumtum est, quod an Jure valeat, vide ap. Socinum &c. " add. Cyriac. *Controv.* 153. *num.* 63. *seqq.* (3).

Ut is, cui obtigerit exercitio, possit eam, si proficiscatur, *mandare.*] Alii hoc accipiunt generaliter, & extendunt etiam ad morbum, uti Sutholt. *de Jurisd. num.* 407. (4).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* III. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1243. Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 4.

(2) Add. notata superius ad *L.* 7. §. 2. *de offic. Proconf.* & Noodt. *de Jurisd. & Imp.* I. 1. *in fin.*

(3) Pluribus ea de re disputavit Jac. Ger. van Nes tot Meerkerk, *Diss. de Natura & vi argumenti a contrario sensu petiti.* Lugd. Batav. 1791. Quaedam de *argumento a contrario* habet quoque Merenda, *Controv. Jur.* I. 7. Mascov. in *Prolus. de eo, quod singulare est in demonstrat. Jur. Civ.* in *ej. Opusc. Jurid. & Philol. p.* 420. *seqq.* & Puttman. *Adversar.* I. 6. *p.* 120. *seqq.* ubi etiam alios citat.

(4) Etiam Vinn. *de Jurisd. Cap.* 3. *num.* 2. Voet. *ad tit. de Jurisd. num.* 9. aliique: nec dissentit ipse Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 9. Rectius tamen, mea sententia, id neque ad morbum, neque ad aliam caussam similem extenditur. arg. *L.* 14. *de Legib.* Est enim haud dubie hoc jus singulare. Non tamen cum Perezio, *loc. a Schult. cit.* aliisque hanc exceptionem restringendam putem ad judicium publicum *Legis Juliae de vi.* Non enim Papinianus id Legi Ju-

liae tribuit, veluti aliquod peculiare, sed dicit, hoc Lege Julia de vi esse cautum; adeoque nihil obstat, quo minus hoc caput generale fuisse credamus. Vid. Voet. *loc. cit.* §. 10. & Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 5. — In *seq.* §. 1. τὸ *et* in verbis *sed et ejus, qui mandavit* &c. malam repetitionem esse τοῦ *ed* in *sed*, recte notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quid autem sit *mandare jurisdictionem* eleganter exponit Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 1. Qui tamen *ibid.* I. 2. & II. 2. minus bene interpretatur verba ultima *imperium quod Jurisdictioni cohaeret*, &c. Rectius Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 34. *circa fin.*

L. II.

Mandata jurisdictione a Praeside, consilium non potest exercere is, cui mandatur.] Vinn. *de Jurisd. Cap.* 6. *num.* 2. *in fin.* (1).

(1) Qui *consilii* verbum refert ad manumissionem e *Lege Ælia Sentia* peragendam. Eodem modo Jo. Did. van Leeuwen, *Diss.* II. *de Juris Studios. Cap.* 1. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 390. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 121. *seq.* qui *ibid.* lectionem Florentinam §. 1. hujus Legis *si tutores vel curatores* &c. defendit contra Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 10. legentem *ut si tutores* &c. Noodtium sequitur Pothier. *in not. ad h. l.* in *tit. de Jurisd. num.* 17. — Ad *seq. L.* 3. vid. & Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. ej. l.* Pro *mandatu* Vulg. habet *mandato:* non opus. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 7. & Drakenborch. *ad Liv.* V. 13. 5.

L. IV.

§. 1.

Ut si (1) *possessio bonorum detur:*] Quod ad *voluntariam jurisdictionem* pertinere, dicit Vinn. *de Jurisd. Cap.* 6. *num.* 1. de quo dubito (2).

(1)

(1) Abest haec particula a Cod. Flor. — De hujus Legis *princ.* vid. Jo. Vollenhove, *Diss. de suspect. tut. & cur. Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 205. *seqq.* & Noodt. *ad tit. Pand. de susp. tut. & curat.* vs. *Proxima Ulpiani cura* &c.

(2) Consentit tamen, quod ad bonorum possessionis *edictalis* petitionem, vel agnitionem pertinet, *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 17. Additur in Lege: *vel si qui* &c. & paulo inferius *vel is, qui* &c. Quo utroque loco *qui* scriptum pro *cui*, literis *c.* & *q.* confusis, notat Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 6.

L. V.

Mandatam sibi jurisdictionem mandare alteri non posse, &c.] Non magis, quam commodatarius alteri commodare potest (1).

(1) Haec adscripta leguntur ad edit. in 4to. Conf. Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 8. §. 6.

§. 1.

Mandata jurisdictione privato, etiam imperium &c.] Quod proin a *jurisdictione* est diversum, Vinn. *de Jurisd. Cap.* 7. *pr.* (1).

Quia jurisdictio sine modica coërcitione (2) nulla est.] Id est, *nullius momenti*, & intelligit Jurisdictionem Magistratuum majorum: minores enim *imperium* non habuere, immo nec ejus partes absque speciali concessione. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 3. Nec credo, aliam mentem Cujacio fuisse. add. Merill. *Obs.* II. 15. (3). *Nullum* tamen, seu *nullius momenti esse* non dici Latine, nisi de iis, quae factionem habent, notat Os. Aurel. *Dispunct.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 701.] (4).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 34. *circa fin.* Minus bene haec explicat Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 2.

(2) Vulg. *coërctione.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Similem harum vocum permutationem notavi supra ad *L.* 1. *de Legib. not.* 3.

(3) Sic etiam Schulting. *loc. cit.* §. 35. & *ad Paul. Sent.* V. 5a. *not.* 6. Alia tamen est opinio Averanii, *Interpr. Jur.* I. 4. qui Magistratibus Municipalibus *mixtum imperium* tribuit. Vid. & Joh. Wasteau, *Diss. de Jur. & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 285. *seq.* Est haec disputatio, ut videtur, magis de verbo, quam de re. Si tamen sententia dicenda sit, mihi ita videtur tenendum. Modicam coërcitionem Magistratus Municipales habuisse, vix negari potest. Vid. Otton. *de Ædilib. Colon. Cap.* 13. Modicam autem coërcitionem mixti imperii esse, nisi cavillari velimus, hic locus Pauli aperte probat. Possunt itaque Magistratus Municipales certo sensu dici, mixtum habuisse imperium. Nuquam tamen, quod sciam, Magistratibus Municipalibus *imperium* tribuitur, immo denegantur iis potius, quae magis imperii sunt, quam Jurisdictionis. Ratio, me judice, haec est, quod modica coërcitio tantum particula aliqua sit excellentioris illius potestatis, quam Veteres appellatione *imperii* intelligere solebant. Hinc Majoribus quidem Magistratibus *imperium* tribuunt, non vero Magistratibus Municipalibus, ne scil. nomen darent iis, qui tantum particulam aliquam habebant ejus, quod nomine significatur. Pluribus de hac Legis periodo disputavit quoque Scip. Gentil. *de Jurisdict.* I. 5. *Oper. Tom.* III. *p.* 9. *seqq.*

(4) Qui propterea verba haec ita interpretatur: *quia nulla est jurisdictio, quae modicam coërcitionem conjunctam non habeat*, seu *quae mixtum imperium conjunctum non habeat.* Unde tunc sic argumentatur: Atqui Mag. Municipales habuerunt *Jurisdictionem.* Ergo & *mixtum imperium.* Fateor tamen, me non satis intelligere, quare *jurisdictio nulla* pro ea, quae nullius momenti est, minus Latine dicatur, quam v. gr. *actio nulla*, &c. aut *vita nulla*, ut dixit Cicero, *de Senectute, Cap.* 3.

TITULUS XXII.

DE OFFICIO ADSESSORUM.

Adsessores describit Joseph. *Contra Appion. Lib.* II. Ἐπιστάτας τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. Vid. de iis Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* I. 8. *num.* 10. *seqq.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1120. *seqq.*] (1). Meminit Philostr. *de Vit. Apollon. Tyanens.* V. 36. *in fin.* ubi plurium mentio. — Ab horum autem sententia non licebat recedere Magistratibus. Augustin. *Confession.* VI. 10. Herald. *d. loc. num.* 13. Ipsa etiam verba illis praeëuntibus Praetor pronuntiabat. Senec. *de Tranquill. anim. Cap.* 3. (2). add. Achill. Tatium, VIII. *p.* 499. — Athenis etiam Πάρεδροι interdum a Magistratibus adsumti. Demosthen. *Contra Midiam*, & ibi Ulpianus. Vid. Herald. *d. loc. num.* 14. ubi tamen *num.* 16. docet, illic eos etiam Magistratus fuisse. Vocantur & ἐπιγνώμονες. Achill. Tat. VII. *p.* 447. Vid. & de iis *Vet. Orb. descript. a Jac. Gothofred. edit. p.* 13. & *not.* Gothofred. — Adsumti ab ipso Magistratu. *Nov.* 8. *Cap.* 8. ubi *unius* tantum mentio fit (3): saepe intervenientibus parariis. *L. ult. de Proxenetic.* — Adsessores *Principis*, Lamprid. *in Alexandr. Sever. Cap.* 31. Praefecti Augusti, *Act. Martyr. apud Ruinart. p.* 127. ex Eusebio, *Hist. Ecclesiast.* — Sine Adsessoribus Magistratus missos in Provincias, inter tyrannidis vitia numerat Lactant. *de Mortib. persecutor. Cap.* 22. *in fin.* — Σύνεδροι Luciano, *Var. Histor.* II. *p.* 486. — *Consiliarii*, Amm. Marcellin. XXVIII. 1. *p.* 512. ubi Vales. (4). — Vid. Cujac. *ad Nov.* 82. qui eos pedaneis Judicibus comparat, & *Obs.* XXIII. *ult.* Pollet. *Hist. For. Rom.* V. 6. *p.* 624. seqq. Dion. Cass. *Hist. Lib.* LIII. *p.* 505. *seq.*

 (1)

(1) Plura de *Adsessoribus* vid. apud Joh. Dideric. van Leeuwen, *Diss. de Juris Studiosis*, in Nov. Thes. *Diss. Jurid.* Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 339. *seqq.* Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 17. & ibi citt. auctores. add. Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 6. §. 12. *seq.* & *in Enarr. h. t.* Trekell. *ad Brisson. Sel. Antiq.* I. 12. Burman. *ad Sueton. in Neron. Cap.* 32. *Tom.* II. *p.* 75. Quaedam de iis habet quoque Hop. *de Judic. a Praet. &c. dari solit.* in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 522. *seq.*

(2) De quo loco Senecae vid. Trekell. *ad Brisson. loc. cit.*

(3) Quot olim a Magistratibus adhibiti fuerint Adsessores, disquirit Joh. Did. van Leeuwen, *d. Diss. Part.* II. *Cap.* 1. *p.* 386. *seqq.*

(4) Add. Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1391.

L. I.

Omne officium Adsessoris, quo Juris Studiosi (1) *partibus suis funguntur* (2), &c.] Opus Juris peritorum. Augustin. *Confession.* VIII. 6. — *Medicus* quoque Adsessor apud Reines. *Inscript.* XI. 4.

(1) Id est, *Adsessores.* Vid. Schulting. *in Enarr. tit. de Postuland.* §. 11. *p.* 350. Bynkersh. *Obs.* VI. 3. J. D. van Leeuwen, *d. Diss. Part.* I. *Cap.* 1. *& seq.*

(2) Pro *funguntur* Bynkersh. *d. loc.* substituere vult *fungantur.* Potius τὸ *quo* accipiendum putem pro *in quo*, & haud scio an verbum *Adsessoris* e glossa sit. Forte margini adscriptum fuit *Adsessores*, ad illustranda verba *Juris Studiosi*, deinde hoc verbum contextui insertum est, & alieno quidem loco, mutato etiam, ut fit, *adsessores* in *adsessoris.* Simile exemplum supra habuimus in *L.* 2. §. 40. *de orig. Jur.* Sequentia autem verba *in cognitionibus, postulationibus* &c. explicat van Leeuwen, *d. Diss. Part.* I. *Cap.* 2. §. 11. *p.* 376. *seq.* breviter Pothier. *in not. ad h. l.*

L. II.

Liberti adsidere possunt.] Atque adeo *esse a cognitionibus*, quo pertinet inscriptio apud Sponium, *Miscellan. p.* 207.

p. 207. quam ille non est assecutus. Senec. *Apocolocynt. in fin.* *Is* (Caesar) *Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset* (1).

(1) Plura ad hujus Legis intellectum pertinentia habet van Leeuwen, *loc. modo cit.* §. 4. *p.* 360. *seqq.*

L. III.

Ex altera ortus, in altera adsidebit:] D. Goth. *in not.* „ Adsessor Praesidi in sua provincia nemo esse potest, ut hic." add. Spartian. *in Pescenn. Nigr. Cap.* 7. (1).

(1) Et van Leeuwen, *d. loc.* §. 8. *p.* 371. *seq.*

L. IV.

Diem functo (1) *Legato Caesaris*, &c.] Distincte de talibus casibus Mevius, *Decision. Part.* IV. *Dec.* 200.

Salarium] De quo Lamprid. *in Alexandr. Sever. Cap.* 46. & ibi Casaubon. Unde patebit, errasse Suppletorem Polleti, *Hist. For. Rom. p.* 633. [ed. Duac. 1576.] (2). add. Spartian. *in Pescenn. Nigr. Cap.* 7. De necessitate rei hujus Lamprid. *in Alexandr. Sever. d. loc.* Facit huc Dio Cass. *Hist. Lib.* LII. *p.* 479. *in fin.* & *p.* 480. *in fin.* add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de Adsessor. Domest.* &c. [*Tom.* I. *p.* 73. *seq.*]

Quod a *Legatis praestitutum est*,] Dele *a*, & sic sermo est de tempore Legatis praestituto. Cujac. *ad Papinian. Lib.* IV. *Respons. in expl. h. l.* (3). D. Goth. *in not.* „ Haec verba *quod a Legatis praestitutum est* desunt *L.* 19. *in fin. loc. cond.*" Eaque expungit Leonin. *Emend.* VII. 7. male.

Diversum in eo servatur, qui Successorem ante tempus accepit.] Hoc Leonin. *d. loc. num.* 9. ita interpretatur: non semper id ibi obtinere, sed diversimode (4). Sed Cujac. *loc. cit.* notat, hos tunc expungi (5) una cum Legato.

(1) *Diem fungitur* dixit quoque Justin. *Hist. Philipp.* XIX. 1. & Ulpian. in *L.* 9. *de castr. pec.* item Impp. Diocletianus & Maximianus in *L.* 4. *Cod. de temp. in int. restit.* add. H. Ernst. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 724. & Sanct. *Minerv.* III. 3. Explicuit hanc Legem Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaque sel. Jur. Civ. a Bav. Voorda edit. p.* 1. *seqq.* Pauca, neque ea quidem magni momenti, de hac Lege habent Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 15. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1137. Charond. *Verisim.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 689. Martres. *in Aliquot JCtor. resp. not. Cap.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 724. Breviter Legis sententiam exposuit van Leeuwen, *d. Diss. Cap.* 2. §. 12. *p.* 378. *seq.* Ceterum appellatione *Comitum* plerique Interpp. hic intelligunt *Adsessores*, sed generalius hanc vocem accipit Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. *num.* 10. *circa fin.* quo Capite, & seqq. Capp. de *Comitibus* in universum erudite disseruit.

(2) Qui Alexandrum Severum Adsessoribus salaria instituisse ait, cum id jam antea fecisset Pescennius Niger. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t. in fin.* Quae & plurium aliorum Interpp. sententia est. Sed salaria e publico primum instituisse Alexandrum Severum, adeoque hoc Papiniani responsum intelligendum de salario a magistratu praestando, egregie docuit Burgius, *Elector. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 324. *seq.* add. B. Voorda, *ad Prael. Jan. a Cost. p.* 2.

(3) Probat hoc quoque B. Voorda, *ad Jan. a Costa d. loc. p.* 3. Leoninum sequitur Ernstius, *loc. supra cit. p.* 857. Additur in Lege: *modo si non postea Comites cum aliis eodem tempore fuerunt*, id est, nisi diem functo Legato alii Praesidi, vel magistratui operam suam accommodaverint; quando igitur residui temporis salarium iis non debetur. Vid. Cujac. *loc. a Schult. cit.* Jan. a Costa, *d. loc. p.* 8. Van Leeuwen, *d. loc. p.* 378.

(4) Putat nempe, eo casu, quo Legatus Successorem ante tempus accepit, regulam, quam Papinianus statuerat, si Legatus diem fungitur, non ita servari posse, sed tunc potius ex circumstantiis definiendum, quid statuendum sit.

(5) Aerario scil. sive tabulario Principis, in quod relati erant; perinde ac si legitimum tempus explevissent.

Alias rationes reddit Jac. Gothofred. *de Salario*, *Cap.* 6. in *ej. Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 246. Van Leeuwen, *d. loc. p.* 378. *seq.* distinguit, utrum Magistratus remotus sit cum Juris Studioso, qui ei adsederit, an solus: & posteriore casu distinguit, utrum Magistratus propria ex culpa remotus sit, an vero ex culpa Adsessoris.

L. V.

Consiliarii — adsidet,] Lege *Consiliariis — adsident* (1).

Non prohibetur.] Al. *non prohibentur.* Hodie secus. *L. ult. Cod. de Adsessor. Domestic.* &c. (2).

(1) Vel legendum *Consiliario*. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. tit. de vac. & excus. muner. not.* 6. in *Jurispr. Antej. p.* 217. confusa forte litera terminante cum proximo *eo*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quam lectionem in contextum recepit Pothier. Vel lege *Consiliari*, ut in Cod. Flor. scriptum est, a *Consiliaris* cum Noordkerk. *Obs. Decad. Cap.* 4. *p.* 72. *seq.* Vid. & Bynkersh. Obs. I. 25. & Prasch. *ad Phaedr. Lib.* II. *Fab.* 6. *vs.* 2. Aliam etiam conjecturam proponit van Leeuwen, *d. Diss. Part.* I. *Cap.* 2. §. 5. *p.* 363. *seqq.* ubi pluribus disputavit de hujus Legis lectione & sententia.

(2) Sic etiam Huber, *in Prael. ad h. t. Pand.* aliique. Sed non recte. Vid. ipsum Schultingium, *ad Paul. Sent. d. loc. not.* 7. ubi bene explicuit, quid sit *negotium tractare in suum, vel alienum auditorium.* Quem Schultingii locum miror allatum non esse a Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* §. 17. adji. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 370. *in not.* ubi notat, Balduinum, *in Justinian. Lib.* II. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1074. dicam scribere Triboniano, quod hanc Legem 5. in Pandectas retulerit. add. van Leeuwen, *d. loc. p.* 365.

L. VI.

In consilium Curatoris reipublicae &c.] Hos fuisse Magistratus, vult Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 5. [*Oper.* *Tom.* III. *p.* 137.] (1). Contra Otto, *de Ædilib. Colon.* & *Municip. Cap.* 4. §. *ult.*

Quia publico salario non fruitur.] Burgius, *Elector.* *Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 325.] (2).

(1) Item Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl.* *h. l.* Quaedam de his Curatoribus habet quoque Westenberg. *in Divo Marco*, *p.* 232. *seqq.* Joh. Wasteau, *Diss. de Jure & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs, *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 304. *seq.* van Leeuwen, *d. loc. p.* 369. *seq.*

(2) Cujus explicationem probat quoque B. Voorda, *ad* *Jan. a Costa*, *d. loc. p.* 2. Vid. & van Leeuwen, *loc modo cit.* Ernstius, *loc. supra cit. p.* 857. legit *qui publico* &c. ex MS.

LIBER SECUNDUS (1).

(1) In *Librum primum & secundum Pand. notas* conscripsit, quem supra laudavi, Balduinus, in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 789. *seqq.*

TITULUS PRIMUS.

DE JURISDICTIONE.

Tribonianus in describendo Jure jurisdictionis nullam fere sui temporis rationem habuit, Balduin. *in not. ad L.* 1. *h. t. in fin.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 820.] — In ea explicanda neminem legi pejorem, quam Polletum, *Hist. Fori Rom. Lib.* III. (1).

(1) Plures cum antiquiores, tum recentiores Interpretes, qui de hac materia egerunt, recenset Gebauer. *de Jurisdict. sec. doctrinam Rom.* &c. in *ej. Exercitat. Academ. Vol.* I. *p.* 431. *seqq.* Recte Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* III. §. 1. *Caput*, inquit, *de Jurisdictione magna Voluminum mole onerarunt multi, ornarunt pauci.* In his paucis autem imprimis memorandus Noodt. *de Jurisdictione & Imperio*, cui jungendus est Schulting. *in Enarr. h. t.* Ceterum, singulas hujus tituli Leges exposuit Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior.* item Ant. Goveanus, in *ej. Operib. Jurid. Philol. & Philos. a Jac. van Vaassen edit.* Ad cujus Commentarios notas conscripsit Ed. Henryson, quae exstant in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 465. *seqq.* Sex priores Leges explicuit etiam Jo. Matth. Magnus, in eod. Thes. *Tom.* VII. *p.* 819. *seqq.*

L. I.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* I. *Regularum.*] *Lib. Singulari.* Vid. *L.* 17. *de testib. L.* 25. *de oblig. & act.* Simile vitium *L.* 3. *h. t.* (1). Sed scripsit & *Libros* VII. *Regularum.*

Jus dicentis officium &c.] Vid. Charond. *ad L.* 2. *Cod. de pedan. Judic.* — A quo diversum est *officium Jurisdictionis* juxta Sutholt. *de Jurisdict. num.* 132. Quod verum, si ita sumatur, ut *L.* 6. §. 2. *de tutel.* ab Ulpiano sumitur.

Latissimum] Cur non *longissimum?* Vid. ineptientem Bartolum, *h.*

(1) Quae in nota sequuntur, recentiore manu a Schultingio adscripta sunt, atque sunt indicio, Virum Summum a priore sua crisi deinceps recessisse. Vid. de utroque hoc Opere Ulpiani Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 1, *not.* 1. in *Jurispr. Antej. p.* 560.

L. II.

Cui Jurisdictio data est, &c.] A Principe, ut apud Paul. *in Sent.* V. 5a. §. 1. Merill. *Obs.* VI. 12. Magistratui enim proprie non *datur* (1).

Explicari] Graeci προβαίνειν. [*Tom.* I. *p.* 267.]

(1) De verbo *videntur*, quo hic utitur Javolenus, plura congessit Schroder. *Obs.* II. 10. *p.* 147. *seqq.*

L. III.

ULPIANUS *Lib.* II. *de Officio Quaestoris.*] *Lib. Singulari*, Cujac. *in Paratitl. ad tit. de Offic. Quaestor.* (1) Vid. Merill. *Obs.* II. 30.

Imperium aut merum est, &c.] Vid. ad *h. l.* Cujac. *Obs.* XXI. 30. (2).

Habere gladii potestatem] Basil. ὡς τὸ ἔχειν ξίφους ἐξουσίαν [*Tom.* I. *p.* 267.] (3).

Cui

Cui (4) *etiam Jurisdictio inest*,] *Quod etiam Jurisdictioni inest* legit Hotoman. *Obs.* VII. 16. (5). Basilic. ᾧ τινι ἥνωται ἡ δικαιοδοσία, & addunt, ὡς τὸ δοῦναι διακατοχήν. add. Sutholt. *de Jurisdict. num.* 246. Vinn. *de Jurisd. Cap.* 7. *num.* 3.

Quod in danda bonorum possessione consistit. Jurisdictio est etiam Judicis &c.] Al. uno spiritu legunt usque ad *est*, & tunc ponunt (.) & tunc novam periodum incipiunt ab *etiam*. Sutholt. *d. loc. num.* 290. Alii repetunt verba *jurisdictio est*. Vid. D. Goth. *in not.* & Vinn. *de Jurisd. Cap.* 7. *num.* 8. (6).

Judicis dandi (7) *licentia.*] Cicer. *de Legib.* III. 3. add. Sutholt. *d. loc. num.* 305. & 321. qui tamen nonnulla adscribit *Jurisdictioni*, quae Ulpianus censuit esse *imperii*.

(1) Sic etiam Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Quaestor.* §. 1. Noodt. *ad eund. tit.* Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 5. §. 26. *in not. p.* 471. edit. Stockman. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 5. putat, vitium ortum esse ex nota *L.*, quae *locum* significabat, sed unde Librarii fecerunt *Librum*. Florentinam tamen lectionem defendit Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 4. Quem sequitur H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 121. & Stockman. *ad Bach. d. loc.*

(2) Praeter quem etiam plures alii de hac Lege egerunt, ut Alciat. *Paradox.* II. 7. *seq.* H. Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 11. *seq.* Carol. Selvaghius, in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 28. *seq.* Barclajus, in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 815. *seqq.* Vinc. Cabot. *Disputat.* II. 5. 8. & 9. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 623. & 626. *seq.* Lyclam. a Nyeholt. *Membran.* V. 1. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* I. 2. Marckart. *Interpr. rec. Lect.* II. 7. *p.* 214. *seqq.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 6. *p.* 396. *seqq.* ne alios commemorem.

(3) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 32. add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 1. & Schroder. *Obs.* II. 10. *p.* 150. *seqq.* Pro *animadvertendum facinorosos homines*, ut Flo-

Florentiae est, multi legunt *in facinorosos homines*, etiam Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 15. §. 1. Immo omnes Codd. MSS. & editt. τὸ *in* habere, testatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Potuit quoque τὸ *in* ab ultima litera vocis praecedentis *animadvertendum* facile absorberi, ut centies factum. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de Orig. Jur. not.* 1. Non tamen necesse esse a Florentina lectione recedere, docet Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 5. & Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 7. *p.* 215.

(4) Taurell. *Qui.* Eodem modo *L.* 6. *h. t.* ad quam vid. notata.

(5) Male: nec ipse Noodt. *loc. supra cit.* I. 2. verba haec satis bene intellexit. Vid. Huber. *in Eun. Rom.* *p.* 84. *seq.* Optime rem exposuit Schulting. *in Enarr.* *h. t.* §. 34. & *ad Paul. Sent.* V. 5ª. §. 1. *not.* 3. in *Jurispr. Antej. p.* 447. Scil. *mixto imperio*, sumto sensu latiore pro tota potestate in caussis civilibus, cognoscendi, statuendi, exsequendi, inest *jurisdictio*, strictissime accepta pro potestate cognoscendi, ac statuendi: hoc enim sensu *Jurisdictio* pars est *mixti imperii.*

(6) Quod etiam probat Pothier. *in not. ad h. l.* Ant. Faber, *Conject.* II. 4. legit *quae in danda* &c. Vid. Marckart. *loc. modo cit.* qui ipse recte monet, nihil mutandum. *Quod in danda bonorum possessione consistit* exemplum tantum est eorum, in quibus hoc imperium versatur. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 34. & sic saepius Vett. JCti, loco definitionis, exempla tantum dant. Vid. idem Schulting. *in Enarr. tit. de pact.* §. 2. *p.* 282.

(7) Al. legunt *jurisdicendi*, sed minus recte. Vid. Marckart. *d. loc.* & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 26. Ceterum, alibi *judicis dandi licentia* dicitur esse *imperii*, scil. *mixti*, ut in *L.* 12. §. 1. *de Jurisd. Jurisdictio* scil. & *imperium mixtum*, si utramque vocem latiore sensu sumas, idem significat. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. loc. modo cit.* & *in Enarr. h. t.* §. 34. ubi plura attulit exempla Legum, in quibus duae hae voces promiscue usurpantur.

L. IV. (1).

***Imperii magis est, quam Jurisdictionis.*] *Comparative* accipit**

pit

pit Of. Aurel. *Dispunct.* IV. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 703. *seqq.*] cum Cujacio (2). Quod etsi ponas, non tamen sequitur, Mag. Municipales habere imperium. *Positive* accipit Merill. *Obs.* III. 37. & *Variant. ex Cujac.* I. 4. (3). — Graeci [*Tom.* I. *p.* 267.] τιμωρητικῆς ἐξουσίας μᾶλλον ἐστιν κ. τ. λ. strictius. Sutholt. *de Jurisd. num.* 228. 256. 291. 299. & Vinn. *de Jurisd. Cap.* 7. *num.* 10. capiunt de excellentiore jurisdictionis specie, solis Populi Romani magistratibus competente (4).

(1) Idem *Lib.* I. *ad Edictum.*] Quo egit Ulpianus de *potestate Mag. Municipalium.* Vid. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* I. 3.

(2) *Comparative* etiam accipit Joh. Wasteau, *de Jure & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 288.

(3) Etiam Ant. Quintanad. *de Jurisd. & Imper.* I. 7. §. 41. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 243.

(4) Vid. & Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 13. §. 2. & Marckart. *Interpr. rec. lect. Cap.* 7. *p.* 220. — *Jubere caveri Praetoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperii magis est, quam Jurisdictionis*, adeoque Magistratus Municipales ea facere nequeunt: nam *ea, quae magis imperii sunt, quam Jurisdictionis, Mag. Municipalis facere non potest. L.* 26. *ad Municip.* Neutro in loco proprie definitur, quae sint *imperii*, scil. mixti, quae vero *Jurisdictionis.* Immo, quae hic dicuntur magis *imperii* esse, alibi dicuntur esse *Jurisdictionis.* Vid. v. gr. *L.* 1. §. *ult. de stip. Praetor.* & *L.* 1. *pr. ne vis fiat ei, qui in poss. miss. er.* Ut adeo tota illa disputatio τὸ *magis* comparative an positive accipiendum sit, inanis possit videri. Sed cum Ulpiani, tum Pauli mens, ni fallor, haec est, ea quae potius sunt virtutes excellentioris illius potestatis, quae iis Magistratibus competit, qui *imperium* habent, facere non posse Magistratus Municipales. Hi enim habebant quidem *Jurisdictionem*, adeoque de quibusdam caussis cognoscere poterant, & judicare, habebant etiam *modicam coërcitionem*, sine qua jurisdictio nulla est, & proinde certo sensu habebant etiam *mixtum* im-

imperium, ut supra probavimus ad *L.* 5. §. 1. *de offic. ej. cui mand. est Jurisd.* Sed ulterius progredi non poterant, neque adeo etiam *jubere caveri Praetoria stipulatione*, aut *in possessionem mittere* &c. Nisi haec similiaque ex speciali Praesidis delegatione exercerent; vel etiam peculiari Lege municipii iis essent concessa. Vid. Otton. *loc. cit.* & Wissenb. *Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* VI. §. 26. — De *seq. L.* 5. vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. ej. Leg.* add. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 1. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. Pro *haberet* Hal. edidisse *habet*, & literas *re* in Pand. Flor. non adeo recenter esse deletas, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — De *L.* 6. vid. idem Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. Leg. Qui mandata est Jurisdictio* Florentiae scriptum esse pro *cui mandata* &c., literis *q* & *c* confusis, notat Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 6. add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 80. Ceterum, ex verbis *nec ipsa Lex defert, sed confirmat mandatam Jurisdictionem* colligi posse videtur, licet Jurisdictio mandata *moribus* invaluerit, tamen deinceps super ipsa hac re Legem aliquam esse latam. Aliter Noodt. *loc. modo cit.*

L. VII.

Non quod, prout res incidit,] Glossemati antiquo adscribit Cujac. *Obs.* XXI. 24.

Vel in charta, vel in alia materia] Paul. *in Sent. Lib.* I. *Tit.* 13*a*. §. 3. *quidve aliud.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 12. *Inst. de action.* Cujacius, *Obs.* XXI. 24. haec quoque verba habet pro glossemate antiquo (1).

Quingentorum] Sic Basil. (2).

(1) Cum Cujacio facit quoque Noodt. *in Comm. ad h. t.* Sed quoad posteriora haec verba dissentit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 36. & *ad Paul. in Sent. loc. cit. not.* 7. *in Jurispr. Antej. p.* 247. item Heinecc. *in Edict. Perp. restituto, Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 328. Mihi neque haec, neque priora verba *non quod, prout res incidit* glossemati adscribenda videntur, sed esse ver-

ba Ulpiani, qui ea illustrationis caussa verbis Edicti inseruit. Conf. Marckart. *Prob. rec. lect. Part.* II. *p.* 115. *seqq.* & ibi cit. Noordkerk. *Obs. Cap.* 8. *p.* 157. *seq.* add. Trotz. *ad Hugon. de Prima scrib. orig. p.* 84. *seq.* Ceterum, quid *Album* fuerit, disputatum est. Accursius existimabat, fuisse *parietem dealbatum.* Quae etiam est sententia. Heinecc. *in. Antiq. ad tit. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* §. 23. *in not.* & *Histor. Edictor. & Edict. Perpet.* I. 2. §. 6. *Oper. Postum. Tom.* I. *p.* 20. aliorumque. Sed fuisse Album *rem mobilem*, inde apertum est, quod in §. *ult. h. l.* in hoc Edictum quoque incidere dicatur, qui Album *tollit.* Rectius itaque cum Cujacio, *loc. cit.* & Hotoman. *Comm. Verbor. Jur.* in voc. Album dicemus fuisse tabulam ad parietem, vel columnam suspensam, quae a colore suo albo nomen accepit, & in qua Edictum literis nigris inscribebatur. Ut latius docuit Ritter. *in Praef. ad Tom.* IV. *Cod. Theod.* Vid. & Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 3. §. 5. *in not.* ubi quaedam quoque monuit de duplici Albo, quod a Praetore propositum Heineccius, aliique Viri Docti fingunt: de quo vid. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 31. De verbis *Jurisdictionis perpetuae caussa* vid. & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 57.

(2) Hal. *quinquaginta*, quod defendit Hotoman. *Comm. Verbor. Jur.* voc. *aureus*, & mavult quoque Balduin. *loc. supra cit. p.* 824. quem sequitur Pothier. Sic etiam aliquando *quadringenta*, & *quadraginta* permutari, supra vidimus ad *L.* 2. §. 47. *de orig. Jur. not.* 3. Sed Florentinam lectionem *quingentorum* hic rectius defendere videtur Marckart. *loc. modo cit. p.* 117. qui etiam alios auctores laudat. add. Leuncl. *Notat.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1505. Heinecc. *loc. cit. Oper. Postum. Tom.* II. *pag.* 330. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, MSS. hic constanter *quingentorum* habere. De *aureo*, praeter Hotoman. *loc. modo cit.* Brisson. *de V. S.* in voc. Otton. *in not ad* §. 3. *Inst. de success. libertor.* aliosque, vid. imprimis Joh. Fred. Gronov. *de Pecun. Vetere.* Van Hees, *Diss. de Iis, quae antiq. ap. Roman. &c.* §. 29. in Jurispr. Antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 525. quemque aureum, nostra moneta, valere dicit 7. flore-

nos cum dimidiato. Ceterum ipsum Praetorem non *aureorum* mentionem fecisse, sed *sestertiorum*, adeoque hic & pluribus aliis locis, ubi *aureorum* mentio fit, emblema Triboniani occurrere, qui pro *mille sestertiis* passim *unum aureum* computasset, putat Cujac. *Obs.* XIX. 31. quem sequitur Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 5 *not.* 23. & *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* IV. *not.* 41. Vid. & Wissenb. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 13. H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 149. *seq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur. p.* 440. Dissentiunt tamen alii, ut Bynkersh. *Obs.* VIII. 20. Wybo, *Tribon. defens. Cap.* 1. *pag.* 232. *seqq.* D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 19. *p.* 340. Eckhard. *Herm. Jur. p.* 444.

§. 3.

In servos autem &c.] Quorum nomine hoc casu non datur noxalis actio. Cujac. *Obs.* XXI. 40. Wissenbach. *Exercit. ad Pand. tit. de noxal. action.* §. 32. (1).

(1) De regula *qui non habet in aere, luat corpore*, vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 17. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 146. & quos citat Kool. *ad L. Ater. Tarpej. Cap. ult. in fin.* in eod. Thes. Tom. V. *p.* 1548. add. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc.* adj. *ej. Miscellan. p.* 274. — In *seq.* §. 4. *imperitiam vel rusticitatem* Jo. Vollenhove, *Diss. de Susp. tut. & cur. Cap.* 6. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 226. interpretatur *levem culpam:* rectius, mea sententia, Noodt. *Prob.* I. 13. *rusticitatem* cum *imperitia* hic a *dolo* separari notat.

L. VIII.

Adeo quidem, ut non sufficiat &c.] Vid. Cujac. *ad L.* 14. §. *ult. quod met. causs.*

L. IX.

Ut in furto,] Basil. ὡς ἐπὶ τῆς εἰς τὸ διπλοῦν περὶ κλοπῆς ἀγωγῆς [*Tom.* I. *p.* 268.] non recte.

Quia

Quia hic & contemta majestas Praetoris vindicatur,] Non agitur de re familiari sola, ut in furto, & damno, sed de vindicando contemtu, qui, quo fit a pluribus, eo magis augetur, etiam ratione patientis. Vid. Chesium, *Different. Cap. 79. num. 5.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 852. *seq.*] — De *majestate* Praetoris, quae hic est *dignitas, honor, amplitudo,* nugatur Busius, *Subtilit. Jur.* I. 2. Judicibus *majestatem* tribuit Cicero, *Pro Rosc. Amerin. Cap.* 19. Praetori tribuitur in *L. pen. de Just. & Jur.* (1) & a Petron. *Cap.* 65.

Et plura facta intelliguntur (2), *quemadmodum cum plures servi injuriam fecerunt, vel damnum dederunt, quia plura facta sunt, non, ut in furto, unum.*] Inspectis Edictis, quae de solo furto agunt. Idem tamen admissum *L.* 32. *ad L. Aquil.* nam in damno saepe delinquitur *culpa* (3). Chesf. *d. loc. num.* 4. Faciunt Scholia Basilic. [*Tom.* I. *p.* 279.] & huc redit, quod habet Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 2. *Lit. e. p.* 1070. *seq.* Merillius, *Obs.* VI. 26. rationem differentiae hanc ponit, quia, si familia injuriam fecerit, aut Album corruperit, sufficit, dominum servos verberandos exhibere, ut *L.* 17. §. 4. *de injur.* & *L.* 7. §. 3. *h. t.* qui dein redduntur domino. *L.* 28. §. 4. *de poenis.* Tandem tamen fatetur dissidium Veterum.

Sed hoc potest dici, si dolo malo curaverint,] *Curaverit,* Charond. *Verisim.* I. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 690.] male, & confuse.

Quia tunc unum consilium sit (4).] Quod per se Praetor non punit, sed effectus tantum; & consilium id praecedens, quod ipso jure est plurium, *L.* 15. §. 2. *quod vi aut clam,* accipi facilius hic potest pro uno, quam cum omnes corrumpunt. Vid. Chesium, *d. loc. Cap.* 80. & hic in effectu est unum factum.

(1) Ad quam vid. notata, *not.* 5.

(2) Flor. *intelleguntur.* Vid. notata inferius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* &c.

(3) Quae obscurius hic notavit Schultingius, melius intelligentur ex loco Chesii inspecto, quem etiam secutus est *in Enarr. h. t. §. ult.* Paulo aliter Noodt. *in Comm. ad h. t.* quem sequitur Pothier. *in not. ad h. l.* Cujacius de hac Lege egit, *Obs.* VIII. 20. & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *Oper. Postum. Tom.* V. *in Append. p.* 459. *seqq.* quem laudat, & sequitur Suarez. *in Comm. ad L. Aquil.* I. 3. *sect.* 2. *num.* 10. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 40. Aliter Constantin. *Subtil. Enod.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 502. Aliter etiam D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 21. qui vulgatam Legis interpunctionem mutat. Mihi res haec esse videtur. Si familia alicujus furtum fecisset, Praetor domino facultatem dabat eligendi, *vellet omnes servos fures noxae dedere, an tantum offerre, quantum si unus liber furtum fecisset.* Vid. *L.* 1. *pr. si fam. furt. fec. dic.* Quum autem Praetor non similiter edixisset, si familia Album corrupisset, inde quaesitum, an tunc quoque domino simili modo succurrendum sit? Idemque quaesitum, si familia injuriam fecisset, vel damnum dedisset. Negat Paulus, hac ratione utens, quod, si familia furtum fecerit, *unum factum sit*; sed si Album corruperit, aut injuriam fecerit, vel damnum dederit, *plura facta.* Accedit in casu Albi corrupti, quod *contemta majestas Praetoris vindicanda videatur.* Veram tamen rationem si quaeramus, quare Praetor, si familia furtum fecisset, domino succurrendum putaverit, proprie non ea est, quam Paulus reddidit: nam secundum stricti juris rationem, si plures furtum fecerint, plura facta sunt, & singuli furti tenentur. Vid. *L.* 21. §. 9. *de furt.* Sed vera ratio redditur ab Ulpiano in *d. L.* 1. *pr. ne alioquin cum plures furtum admittunt, domini patrimonium evertatur.* Item a Cajo in *L.* 32. *pr. ad L. Aquil. ne ex uno delicto tota familia dominus careat.* Sed saepius Veteres colorem aliquem quaerunt, ut id, quod contra rationem juris receptum animadvertunt, cum juris ratione quodammodo concilient. Vid. Ant. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 4. *num.* 19. *seqq.* & P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 2. Eodem modo hic Paulus, qui probe intelligens, quod Prae-

Praetor statuerat, si familia furtum fecisset, contra juris rationem introductum esse, veram Edicti rationem supprimit, praetendens, in furto *unum factum* esse. Quod tamen vix sensum habet, nisi mentem Pauli dicas hanc esse, eo casu, quo familia furtum fecit, Praetorem factum plurium pro uno habere. Secus ac res se habet, si familia Album corrupit, aut injuriam fecit, vel damnum dedit: quibus in casibus quum Praetor non similiter edixisset, putat quoque Paulus domino tunc non succurrendum, haud dubie respiciens ad regulam, a se traditam in *L.* 14. *de Legib. quod contra juris rationem receptum est, non est producendum ad consequentias.* Aliud tamen dicendum putat, si non quidem ipsa familia Album corruperit, sed *dolo malo curaverit, ut ab alio corrumperetur: quia tunc unum consilium fit, non plura facta.* Ita Paulus, a quo num alii JCti dissenserint, restat ut videamus. Ipse Paulus monet, Octavenum existimasse, domino quoque succurrendum, si familia *Album corruperit.* Nec dubito, quin idem multo magis senserit hic JCtus de casu, quo familia *injuriam fecerat*, vel *damnum dederat.* Attamen in casu *Albi corrupti* non receptam esse ejus sententiam, & Paulus significat, & confirmat ratio a *contemta majestate Praetoris* desumta. Similiter domino non succurri, si familia *injuriam fecerit*, aperte quoque docet Cajus in *L.* 34. *de injur.* Sed aliud receptum esse, si familia *damnum dederit*, idem JCtus tradit in *L.* 32. *pr. ad L. Aquil.* Ratio diversi hujus juris quoque manifesta est. Nam si, ut hoc utar, apes meae exustae sint, damnum quod inde mihi contigit, nec majus, nec minus est, unus servus apes illas exusserit, an plures. Est adeo hic casus prorsus similis illi, quo familia furtum fecit: nam unus servus rem aliquam mihi furto surripuerit, an plures, damnum quod inde passus sum, semper est idem. Sed alia res est in *injuria: haec enim tanto major fit, quanto a pluribus est admissa, & tot injuriae sunt, quot sunt personae injuriam facientium. d. L.* 34. *de injur.* An autem haec quoque per omnia fuerit Pauli opinio, possit dubitari. Putat Noodt. *loc. supra cit.* propterea verba *injuriam fecerunt, vel damnum dederunt* accipiens de sola *actione injuriarum*, & sic etiam Pothier. *ad h. l.* Sed vereor, ut id patiantur verba *vel damnum dederunt*, quae secundum in-

interpretationem Noodtii minimum videri possint frustra adjecta. Potius itaque putem, Paulum stricte inhaesisse regulae suae supra memoratae, atque existimasse, id quod contra juris rationem receptum erat, si familia *furtum fecisset*, ad consequentias non esse producendum, neque adeo extendendum non tantum ad casum *Albi corrupti*; sed nec etiam ad casum, quo familia *injuriam fecerat*, vel etiam *damnum dederat*. Videntur tamen alii JCti hic magis favisse aequitati, & quod Praetor de familia *furtum faciente* edixerat, ob rationis paritatem etiam extendisse ad casum, quo familia *damnum dederat*, quorum adeo sententia, utpote aequior, videtur praeferenda. Saepius Paulum regulae suae stricte inhaerere, cum alii JCti benigniorem admittant interpretationem, alio exemplo docet Noodt, *ad tit. Pand. de Publ. in rem act.* vs. *Voluit igitur Praetor*, &c. in fin. Ceterum, licet, si plures dolo malo fecerint, ut Album corrumperetur, omnes teneantur, vid. *L.* 7. §. *ult. h. t.* tamen, si familia dolo malo id curaverit, domino succurrendum esse, videtur omnium JCtorum calculo comprobatum: nam hoc & ipse Paulus adfirmat, & a Pomponio quoque notari ait.

(4) De constructione τοῦ *quia* cum Subjunctivo vide notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de justit. & Jur.*

L. X.

Qui Jurisdictioni praeest, neque sibi jus dicere debet, &c.] Merill. *Obs.* I. 35. [& *Variant. ex Cujac.* I. 10.] Cujacius distinguit inter *debere* & *posse*. Os. Aurel. *Dispunct.* X. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 720.] (1).

Jus dicere debet] Δικαιοδοτεῖ, Graeci.

(1) Eodem fere modo Crusius, *Diatrib. ad L.* 40. *de hered. inst. Cap.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 672*d.* qui Legem hanc accipit de Magistratibus Provincialibus, eamque sic intelligit, ut hi quidem *potuerint* etiam sibi jus dicere, non vero *debuerint*. Aliter Perrenon. *Animadv.* I. 12. in eod. Thes. *ibid. p.* 608. Pancirol. *Thes. var. lect.* II. 21. in Jurispr. Rom. & Att. *Tom.* II. *p.* 1142. *seq.* Lyclam. *Membr.* V. 5. Alios citat Wissenb. *Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* VI. §. 41. qui

quo ipse putat, JCtos Vett. hac in re dissensisse. Sed rem recte exponunt, qui distinguunt inter Magistratum, qui Jurisdictioni praeëst, & Judicem pedaneum, ut Averan. *Interpr. Jur.* I. 5. Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 9. §. 6. Reinold. *ad Mercer. Conciliat. num.* 118. Verbis *quos secum habet* respici ad *Cohortem Praetoriam*, censet Barthol. Sieben, *Diss. de Libertorum patronorumque Jure, Cap.* 5. §. 18. *p.* 34. Lugd. Batav. 1750. Alioquin legendum putat *qui secum habent*, id est, habitant; locutione forte suo loco mota per Librarii imperitiam.

L. XI.

GAJUS *Lib.* I. *ad Edictum provinciale.*] Agens de *Municipali Magistratu. L.* 29. *ad Municip.* (1).

Jurisdictionem] Ἀκρόασιν, Graeci.

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5ᵃ. §. 1. *not.* 7. & *in Enarr. tit. de edendo*, §. 7. & Bynkersh. *Obs.* V. 4. Aliter Charond. *Verisim.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 687. Falli hic Accursium, qui putabat, Magistratus Municipales ad 500. aureos judicare potuisse, cum tantum ad 50. aureos potuerint, notat Forner. *Rer. Quotid.* III. 2. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 196.

§. 1.

Apud eundem Judicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit:] *Majorem* alii Codd. teste & explicante Glossa; & sic Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Basil. εἰ δὲ καὶ ἐνάγεις μοι περὶ μεγάλου ποσοῦ, ἁπλῶς σοι ἐνάγω παρ' αὐτῷ περὶ μετρίου. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. hoc tit. p.* 432. & *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 23. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 437. Vulgatam tuetur. Ego *majorem* censeo legendum (1), maxime cum ab actore summam minorem petitam ponat ipse Bachovius, & rei soleant fugere, non actores. add. *Nov.* 96. *Cap.* 2. Vulgatam tamen ex Cujacio explicare nititur Jan. a Costa, *in Summar. ad tit. x. de mutuis*

petit. p. 382. quem omnino vide, & *p.* 388. & maxime, *p.* 390. *seqq.* ubi post multa serio examinata tandem ait, non quaeri hic aliud, quam an, si quis apud Mag. Municipalem minorem petierit summam, & quae intra ejus Jurisdictionem est, res etiam debeat ad Praesidem remitti in totum [si alter majorem summam petat] scil. si ex caussa sit eadem. Vide eum omnino, & pro Vulgata quoque Merend. *Controv. Jur.* X. 50.

Calumniosa — possim] *Calumniosi — possit*, Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.*

(1) Quam lectionem praefert quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Egit de hac Lege etiam Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 189. *seq.* Mihi lectio Florentina *minorem* sollicitanda non videtur: mens enim & sententia Caji, ni fallor, aperte haec est: Titius coram Mag. Municipali petit a me certam pecuniae summam, ipsi ex aliqua caussa a me debitam, & quae est intra ejus Magistratus jurisdictionem: ego autem contendo, mihi a Titio etiam ex eadem, vel alia caussa certam summam deberi, eaque summa excedit Jurisdictionem Mag. Municipalis: nunc *Titio apud eundem Judicem agendum est*, id est, nunc Titius adversus hanc meam mutuam petitionem se defendere debet coram eodem Magistratu, apud quem me convenit: *ne in potestate calumniosa adversarii mei sit, an apud eundem litigare possim*, id est, ne alioquin Titius, intelligens mihi plus deberi, quam ego ipsi debeo, me *per calumniam* cogere possit, actionem meam adversus se coram alio Judice instituere, eo quasi sub praetextu, quod summa, quam vicissim petii, egrediatur potestatem Magistratus, coram quo nunc litigatur. Id adhuc verbo addendum, nihil difficultatis inesse, quod verba *apud eundem Judicem agendum est ei* &c. acceperim de Titio, a quo ego vicissim peto: nam *agere* pro *se defendere* etiam alibi dici, notum est. Vid. v. gr. *L.* 1. *pr. de edend.*: *Et si contendendum putat* (reus), *veniat instructus ad agendum.* Porro *potestas calumniosa* an Latine dicatur, dubito; adeoque si quis *calumniosi* legere malit, nihil pugno. Denique, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. in Cod. Flor. supra literas *nde* in

eun-

eundem puncta deletionis posita esse: restat adeo *apud eum litigare*, sensu eodem. Ceterum, in *pr.* hujus §. pro *si mutuae* sunt *actiones* Hal. edidit *sint*, quoniam sequitur *et alter* &c. *petat*. Non tamen necesse: cum ejusmodi transitus Modorum apud Nostros frequens sit. Vid. notata superius ad *L.* 14. *de offic. Praesid. not.* 5.

L. XII.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 29. §. *pen. ad L. Aquil.* quo spectat (1).

Magistratibus Municipalibus &c.] Ὁ ϛρατηγὸς, Graeci. Vid. Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 13. §. 6. (2).

Modica autem castigatio eis non est deneganda.] Facit *L.* 17. §. 1. *qui & a quib. manum.* (3).

(1) Add. Suarez. *in Comm. ad L. Aquil.* I. 2. *sect.* 5. *num.* 55. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 27. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 6. circa fin. Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Petrus Poelman. Lugd. Batav. 1737.

(2) Et Joh. Wasteau, *Diss. de Jur. & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 280.

(3) Vid. Otton. *d. loc.* & Joh. Wasteau, *d. Diss. p.* 286. Add. Jac. Gothofred. *Diss. de famos. latron. investig.* in fin. in *Oper. minor. a Trotz. edit. p.* 598. *seq.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 35.

L. XIII.

Eum qui judicare jubet, magistratum esse oportet.] Raevard. *Conject.* III. 10. *Magistratum*, vel *mandatarium*, Vinn. *de Jurisd. Cap.* 9. *num.* 11. (1).

(1) Conf. Noodt. *ad tit. Pand. de Judic.* vs. *Ex tribus personis* &c. in fin. Aliter Charond. *de Jurisd. & Imp. num.* 24. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 850. minus bene.

§. 1.

Magistratus autem, vel is, qui in potestate aliqua sit,] Basil. ἄρχων δέ ἐστιν, ὁ τινα ἐξουσίαν ἔχων. *Magistratus*, Populi Romani, Urbici scil. Sutholt. *de Jurisd. num.* 216. (1).

Ut puta Proconsul, vel Praetor,] Govean. *h. Proconsul, vel Propraetor*. Cujac. *h. Consul, vel Praetor*. Neutrum placet Noodtio, *Probab.* I. 6. (2). add. Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 19.

Vel alii, qui provincias regunt,] Qui a *Magistratibus* distinguuntur. Merill. *d. loc.*

Judicare jubere eo die &c.] Ut scil. tunc incipiant (3). Sic non obstat *L.* 49. §. 1. *de Judic.* Graeci, οὐ δύναται ἐπιτρέπειν κ. τ. λ. [*Tom.* I. *p.* 269.]

(1) Add. notata inferius ad *L.* 1. §. 1. *quod quisque Jur. in alt. stat.* &c.

(2) Qui nomine *Praetoris* intelligit *Propraetorem*. Eodem modo Majansf. *Disp.* LXVI. §. 3. *Tom.* II. *p.* 317. *Consulem*, & *Praetorem* saepe dici pro *Proconsule*, & *Propraetore* plurimis exemplis probat Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustrib. Cap.* 63. hoc pacto etiam defendens lectionem *Consulis* in Actis *Pionii*, ubi Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 35. substituit *Proconsulis*. Vid. & Ruhnken. *ad Vellej. Paterc.* II. 15. 2. & Verheyk. *ad Eutrop. Hist. Rom. Breviar.* III. 12. *p.* 135.

(3) Nimis anguste: rectius Bynkersh. *Obs.* VII. 23. *circa fin.* Judex simpliciter, sive pure datus, etiam judicare potest post finitum magistratum dantis. *L.* 49. *cit.* Sed ad certum tempus datus, si id excedat magistratum, non potest. Neque adeo potest Judex *ab initio* ita dari, ut etiam post finitum magistratum dantis judicet.

L. XIV.

Est receptum, eoque Jure utimur, &c.] Vid. ad *L.* 18. §. 1. *de manum. vind.* (1).

(1) Ubi citavit quoque Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 3. & Of. Aurel. *Dispunct.* V. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 706. *seq.* Qui disputant, num id, quod hic docet Ulpianus, de sola Jurisdictione *contentiosa* capiendum sit, an vero etiam de Jurisdictione *voluntaria*, Sed de Jurisdictione *voluntaria* hic non cogitasse JCtum, vel inde probabile fit, quod desumta haec Lex sit ex Ulpiani *Lib.* XXXIX. *ad Edictum*, ubi exposuit materiam *de bonorum possessionibus*, Vid. v. gr. *inscript. L.* 1, 3. 5. *de bonor. possess.* In qua materia peculiaris adest ratio, quod scil. in bonorum possessione locus est Edicto Successorio, & bonorum possessio intra breve temporis spatium agnoscenda. Ad quam adeo materiam haud scio an doctrina Ulpiani, hoc loco proposita, restringenda sit: quamvis tunc Compilatores Pand. vix culpa absolvi possint, quod hanc Legem sub hoc generaliore titulo collocarint. Aliud exemplum haud dissimile, in quo idem receptum est, vid. in *L.* 13. §. 4. *ad SCt. Trebell.*

L X V.

IDEM *Lib.* II. *de Omnibus Tribunalibus*,] Jungunt cum *L.* 8. *de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt*, &c.

Alius pro alio Praetor] Sutholt. *de Jurisd. num.* 875. *Tutelaris* v. gr. pro *Urbano* in casu *L.* 1. 7. 8. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt*, &c. (1).

In Praesidem] *In Judicem*, Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 494.] ex Basil. male (2). *In praesentem*, Cujac. Vid. D. Goth. *in not.* Sic & Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Vulgatam lectionem defendit Constantin. *Subtil. Enod.* II. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 590. *seq.*] male. *In Praetorem*, Hotomann. Vid. D. Goth. *in not.* quod praeferrem (3). Nec Vulgatam bene defendit Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 24. Immo, quae allegat, videntur probare legendum esse *Praetorem*.

Ut Julianus scribit,] *L.* 2. *pr. de Judic.*

(1) Conf. Ant. Quintanad. *de Jurisd. & Imper.* II. 6. num. 19. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 297.

(2) Aliter idem Catharin. *Obs.* II. 43. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 783.

(3) Probat hoc quoque Van de Water, *Obs.* III. 12, *p.* 339. Ipse tamen Schultingius, *in not. ad Vit. Ulpian. a Bertrand. descript.* in *Jurispr. Antej. p.* 549. *seq.* magis videtur inclinare in emendationem Cujacii, quod ea minus abeat a verbo *Praesidem.*

L. XVI.

Et is (1), *cui mandata* &c.] *L.* 1. §. 1. *de offic. ej. cui mand. est Jurisd.*

(1) Al. *nam & is*, &c. male. Vid. Forner. *Rer. Quotid.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 163. add. de hac & seq. *L.* 17. Noodt. *de Jurisd. & Imper.* II. 2. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9.

L. XVIII.

Si convenerit, ut alius Praetor, &c.] V. gr. *Peregrinus* pro *Urbano.*

Et priusquam adiretur, mutata voluntas *fuerit:*] Utriusque scil. partis. Unus resilire nequit. *L. pen. Cod. de pact.* & cogitur semper venire in jus. *L.* 2. *si quis in jus voc. non ier.* Ita Clar. Noodt. in quadam Praelectione (1). Aliter Sutholt. *de Jurisd. num.* 377. Vinn. *de Jurisd. Cap.* 11. *num.* 5. *seq.* Aliter Voet. *ad h. t. num.* 26. *seq.* qui haec accipit de *actoris* mutata voluntate.

Procul dubio nemo compelletur &c.] Ratio dubitandi in *L.* 2. §. 1. *de judic.*

(1) Et *de Jurisd. & Imper.* II. 12. & 14. add. Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* VI. §. 42. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 14. Praeter Vinnium & Voetium, a Schultingio citatos, dissentiunt quoque Cujac. *Tract.* VII. *ad African. in expl. h. l.* Huber. *in Eun. Rom. ad h. l. p.* 86. *seq.* & *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 12. Bachius, *de Prorogat. Jurisd.* §. 5. in *ej. Opusc. ad Histor. & Jurispr. spectant. p.* 416. *seqq.* aliique, quos etiam, licet, mea sententia, minus recte, novissime secutus est Gluck.

Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. §. 203. *p.* 173. *seqq.*

L. XIX.

Sed & si post susceptam cognitionem, &c. (1).] *L.* 30. *de Judic.*

(1) De verbo *exsequi*, quod in praecedentibus verbis hujus Legis *passive* sumitur, vid. Forster. *Obs. subseciv.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 907. & Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 349. qui *ibid. p.* 328. 333. *seq.* 381. alia exempla habet *Deponentium*, quae *passive* usurpantur. add. Brisson. *Parerg.* §. 55. *seqq.* in *Oper. minor. a Trekell. edit. p.* 398. *seq.* Pithoeum, *Excerpt.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 351. Barth. *Adversar.* XXV. 7. Van Staveren, *ad Nepot. in Timoth. Cap.* 2. Bynkersh. *Obs.* I. 25. & V. 1. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 79. & 157. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 130. aliosque. — §. 1. *Quotiens de quantitate* &c.] Exemplum est in Praetore Fideicommissario, qui de minore summa jus dicebat, Consules de majore. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5ª. *not.* 7. & *ad Ulpian. Fragm. tit.* 25. *not.* 30. De scriptura vocis *quotiens* vid. notata superius ad L. 2. §. 33. *de orig. Jur. not.* 1.

L. XX.

PAULUS *Lib.* I. *ad Edictum.*] Junge *L.* 28. *ad Municip.* (1).

Extra territorium jus dicenti &c.] *L.* 53. *Cod. de Decurion. L.* 174. *Cod. Theod. eod.* [*Tom.* IV. *p.* 535.] ubi Jac. Gothofred. Vid. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 15. *num.* 5. *seqq.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1230. *seq.*] ubi & de Parochiis Ecclesiae agit.

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 15. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 15. Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 13. *p.* 482.

TITULUS II.

QUOD QUISQUE JURIS IN ALTERUM STATUERIT, UT IPSE EODEM JURE UTATUR.

Publius Syrius, *ab alio exspectes, alteri quod feceris.* [apud Senec. *Epist.* 94. *p.* 594.] Inscriptio apud Gruterum, *p.* 926. *num.* 8. Salvian. *de Gubernat. Dei*, *Lib.* III. *p.* 48. *Quis justae querimoniae locus est, hoc pati quemque, quod fecerit?* Philo apud Eusebium, *Praepar. Euangel.* VIII. 7. *p.* 358. ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Gregor. Nazianzen. *Carmin.* *p.* 153. *in fin.* Dio Cass. *Lib.* LII. *p.* 492. ἂν γὰρ ὅσα ἂν ἕτερόν τινα ἄρξαντά σοι ποιεῖν ἐθελήσῃς, ταῦτα αὐτὸς αὐτεπάγγελτος πράσσῃς, οὔτε τι ἁμαρτήσῃ, κ. τ. λ. *si haec tua sponte omnia egeris, quae velles alium tibi imperantem agere, nulla in re peccabis,* &c. Senec. *Apocolocyntos.* *p.* 835. Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο (1). Lucian. βίων πράσει, *p.* 391. Lactant. *Divin. Instit.* VI. 23. *Nam fere in hoc justitiae summa consistit, ut non facias alteri, quidquid ipse ab altero pati nolis.* add. Coteler. *ad Const. Apostol.* I. 1. Salmas. *de Foen. trapezet.* *p.* 462. Pricaeum, *ad Luc.* VI. 38. (2).

Multi etiam suis Legibus periere. Ælian. *Var. Hist.* XIII. 24. Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 517.] (3).

De hac exceptione quaedam Cujac. *Obs.* XI. 40. (4).

Idem statuisse Cn. Octavium tradit Cicero, *ad Q. Fratrem*, I. 1. *num.* 7. (5).

Hinc adhuc hodie in usu jus *retorsionis*, ut vocant, de quo Carpzov. *Defin. Forens.* *Part.* III. *Const.* 38. *Def.* 1. *seqq.* (6). Brunneman, *ad L.* 3. *h. t.* Utuntur eo

lo-

loco *pignorationis*, interdum, Mevius, *Decision. Part.* II. *Dec.* 59.

(1) Versus *Oraculi*, de quo vid. Wyttenbach. *ad Plutarch. de Ser. Numin. Vindict. p.* 126.
(2) Vid. & Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent.* III. 2. §. 2. Hoogstrat. *ad Phaedr.* I. 26. *vs.* 12. Heinecc. *Hist. Jur.* II. 3. §. 58. *in not.*
(3) Plura alia exempla habet de Rhoer. *Fer. Daventr.* I. 25. *p.* 122. *seqq.*
(4) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.*
(5) Videtur adeo hoc Edictum jam tempore Liberae Reipublicae obtinuisse. Vid. Heinecc. *in Hist. Edict. & Edict. Perpet. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 333. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 259. ubi & alii Interpp., qui de hoc Edicto egerunt, citantur, quibus add. Gerard. Hooft. *Diss. ad Edictum quod quisque juris in alt. stat.* &c. Lugd. Batav. 1728. Dissentiunt tamen alii, in quibus etiam est Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 3. §. 7. qui Edicto Perpetuo Hadriani attribuit.
(6) Add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 4. — Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujac. *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part.* I. *p.* 106. *seqq.*

L. I. (1).

(1) *Quis enim* aspernabitur &c. id est, *negabit*, vel *recusabit*. Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 30. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1303.

§. 1.

Qui magistratum potestatemve habebit,] *L.* 81. *de Judic. L.* 26. §. 2. *ex quib. causs. maj. L.* 7. *ad L. Jul. de vi publ. Magistratum*, Romae scil. *Potestatem*, ut in Provinciis (1). Basil. ἢ ἐξουσίαν πράττων. [*Tom.* I. *p.* 270.]

Novi Juris] *Iniqui*, Forner. *Rer. Quotid.* III. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 219.] Sic Cicero, *pro Quint. Cap.* 8. & *in Verrem, Lib.* I. *Cap.* 51. Tacit. *Annal.* II. 30. (2).

Scilicet, ut quod ipse quis in alterius persona &c.] Haec ver-

verba videntur potius JCti interpretantis, quam Praetoris edicentis (3). In edit. Paris. 1552. omissa sunt. E Glossa esse, putat Noodt. *ad h. t. pr.* Alia vero Edicti verba vid. in *L.* 4. *h. t.* (4).

(1) *Magistratus* vulgo intelligi *Magistratus Urbanos*; *Potestates* vero *Magistratus Provinciales*, aliis etiam exemplis docent Noodt. *ad h. t.* & Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5ª. *not.* 4. in *Jurispr. Antej. p.* 447. & *in Enarr. tit. de Jurisdict.* §. 4. Facit huc quoque Sueton. *in Claud. Cap.* 23.

(2) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde ait Praetor*, &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Heinecc. *loc. modo cit. p.* 331.

(3) Sic Hotoman. *Obs.* VIII. 15. Van de Water, *Obs.* II. 17. *p.* 208. *seq.* Heinecc. *loc. laud. p.* 232. *seq.* Sed Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. magis Noodtium sequitur. Glossema esse, putat quoque Quintanad. *de Jurisd. & Imp.* I. 2. *num.* 13. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 219. Praeterea, pro *credidisset*, *id in ipsius* &c. Florentiae initio scriptum fuisse *credidissed inipsius*, sed recentiore manu literam *t* superne adscriptam esse, & *i* intrusam, ut fieret *credidisset*, *id in ipsius*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. putans τὸ *id* posse abesse, & *d* pro *t* posita forte huic correctioni ansam dedisse.

(4) Nempe: *Praeterquam si quis eorum contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset.* Vid. Noodt. *ad h. t. pr.* & Heinecc. *loc. cit. p.* 332. Neque adeo habemus hic verba Edicti omnia integra, sed ejus praecipua ex parte sententiam ab Ulpiano relatam. Quod & alibi in Pand. factum. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2.

§. 2.

Qui Jurisdictioni praeest,] Forte haec ponenda post τὸ *statuere*. Desunt in editt. Hug. a Porta, & Jac. Vintimillii (1). Noodt. *ad h. t. pr.*

(1) Exstant tamen Florentiae, quod minus recte negat Baudoza. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Schul-

Schultingii conjectura placet, licet eam non habeat *in Enarr. h. t.* §. 2. *in fin.* Verbis *quid enim offuit conatus* &c. subjiciendam esse *L.* 18. *de poenis*, notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Porro ait, statuerit.* &c. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. Pro *offuit*, ut Flor. est, alii habent *obfuit*; sed *offuit* & *offuisse* etiam scriptum exstat in *L.* 24. *de his qui not. infam. L.* 34. §. 1. *de adq. vel omitt. hered.* & alibi. *Cessat Edictum* pro *locum non habet Edictum*, usitatissimam JCtis, & imprimis Ulpiano, phrasin esse, exemplis docuit D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 7. *p.* 265.

L. II.

Nam si Adsessoris *imprudentia*] Qui peritiam Juris profitetur (1).

Jus aliter dictum sit, quam oportuit:] Novum nempe, & aperte iniquum.

Non debet hoc magistratui officere.] Graeci, ὁ ἄρχων οὐκ ἀδικεῖται. *Magistratui*, militari & juris ignaro ut plurimum. Senec. *de Tranquill. anim. Cap.* 3. Mornac. *ad L.* 1. *de offic. Adsess.* Amm. Marcellin. *Lib.* XXIII. *p.* 384. Cicer. *pro Plancio*, *Cap.* 25. Joseph. *Contra Apion.* II. *p.* 1072. (2).

Sed ipsi Adsessori.] Expungit haec Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Male. Vid. Herald. *de Rer. judic. auct.* I. 8. *num.* 11. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1121.] (3).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in explic. h. l.* & *Obs.* XXIII. *ult.*
(2) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Vult igitur Praetor*, &c.
(3) Add. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 440. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Heinecc. *loc. cit. p.* 331.

L. III.

Ad Edictum] Absunt ab edit. Paris. 1552. (1).

Adversus aliquem impetravit:] Basil. αἰτήσω, male.

Sive usus est jure aliquo,] *Iniquo* legit Noodt *ad h. t.* vs. *In secundo Edicti* &c. non opus (2).

(1) Ad ed. in 4to. hic adscripsit: „ haec delenda videntur, quod & notat Forner. *Rer. Quotid.* II. 3. " in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 163. qui putat verba haec ex *inscriptione* in contextum migrasse; & sic quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Pothier. *in not. ad h. l.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat deësse haec verba etiam ap. Hal. & Russardum adnotasse, ea quoque abesse ab omnibus, quotquot vidit, Codicibus.

(2) Hal. *sed & sive impetravit, & usus est jure aliquo, sive impetravit, ut* &c. sensu planiore. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In §. 1. pro *et putat Pomponius, me solum: utique, si hoc ei* &c. Hal. edidit *me solum uti, si hoc ei* &c. quod adeo egregium specimen est variantis lectionis, é male inita interpunctione ortae, ut notat Brencm. *d. loc.* Vid. de *h.* §. Noodt. *ad h. t.* vs. *In secundo Edicti* &c. — In *seq.* §. 2. *experitur* dici, pro *convenitur*, notat Forner. *loc. modo cit.* III. 15. *p.* 211. *in fin.* Male: non tantum enim qui *convenitur*, sed & qui *agit*, poenam Edicti postulare potest, si termini habiles, ut dicimus, adsunt. Conf. Noodt. *ad h. t.* circa fin. Forte adeo JCtus de industria verbo *experiri* usus est, quod & de actore, & de reo usurpatur. Vid. Brisson. *de Verb. sign. h. voc.* Ceterum Leunclav. *Notat.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1505. monet, Graecos hic aliquid addere, quod pro Scholio habendum putat. Sed Graeci tantum dicunt, ἀλλὰ καὶ ἑκάστου δικαζομένου, πρὸς αὐτὸν κεχρημένου τῇ παραγραφῇ, quod sensu tenus bene respondet verbis *sed omni, qui quandoque experitur.*

§. 3.

Et ideo mandati actionem non habebis.] Vid. Cujac. *Obs.* XI. 40. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. *in fin.* Speciem *h.* §. dat Pothier. *in not. ad h. l.* — De *seq.* §. 4. vid. Noodt. *ad h. t.* Vs. *Ex superioribus* &c. Pro *hoc edicto locus sit* Hal. edidit *huic Edicto locus sit.* Sed

Sed *hoc* pro *huic* saepe in Pand. Flor. scriptum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Aliud exemplum est in *L.* 1. §. 2. *ne quis eum, qui in jus voc.* &c.

§. 5.

An etiam ad heredem haec poena transmittatur? &c.] Obstat *L. pen. de oper. nov. nunc.* *L.* 33. *de oblig. & act.* Sed non est *poena*, nisi improprie: hic enim actiones defuncti fuerant affectae hoc vitio, atque adeo meliore jure non possunt esse penes heredem, per *L.* 14. *de Public. & vectig.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 443. (1).

(1) Add. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Noodt. *ad h. t.* circa fin. Schulting *in Enarr. h. t.* §. 6. Pothier. *in not. ad h. l.* — In *seq.* §. 7. verba *ex hac caussa* non ad *τὸ solutum*, sed ad *τὰ repeti non posse*, referenda sunt. Vid. Chesium, *Interpr. Jur.* I. 35. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 180. *seqq.* ubi de *h.* §. egit. add. Schulting. *d. loc.* §. *ult.* & Pothier. *in not. ad h. l.* qui rem exemplo illustrat.

TITULUS III.

SI QUIS JUS DICENTI NON OBTEMPERAVERIT.

Dion. Halic. *Antiq. Lib.* X. *Cap.* 50. (1). Facit Goris, *Comm. ad L. Observandum. de Offic. Praesid. post Adversar. p.* 407.

(1) Quem locum etiam citat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Vid. ad hunc titulum Cujac. *Oper. Postum.* *Tom.* IV. *Part.* I. *p.* 114. *seqq.*

L. I.

Non tamen Duumviris] *Non tantum Consulibus*, vel *tantum Duumviris*, Perrenon. *Animadv.* I. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 617.] non bene (1). Graeci χωρὶς τῶν ϛρατηγῶν. [*Tom.* I. *p.* 327.]

(1) Vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 6. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1515. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* III. 11. §. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 307. Huber. *in Eun. Rom. ad h. l.* Kool. *ad L. Ater. Tarpej. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1536. Averan. *Interpr. Jur.* I. 4. *num.* 42. Otton. *de Ædil. Col. & Munic. Cap.* 13. *p.* 462. *seq.* Theod. Woertman. *Diss. ad h. l. Cap.* 1. §. 3. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 59. *seqq.* Notat etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quinque MSS., quae consuluit, Florentinam lectionem *non tamen* constanter sequi.

§. 1. (1).

Is videtur, jus dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in jurisdictione est, non fecit:] *Is non videtur* &c. *qui quod extremum in Jurisdictione est, fecit*, Ranchin. (2) *Var. Lect.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 970.] male (3). *Extremum.* Vid. Noodt. *ad h. t. vs. Ait Praetor*, &c. (4).

Veluti si quis rem mobilem vindicari *a se passus non est*, &c.] Id est, *auferri*, *evinci* passus non est, modo patiatur id fieri manu militari (5). Jan. a Costa, *ad tit. x. de lib. oblat.* Scil. tunc bene est, nec in Edictum incidit. Est ἀνανταπόδοτον (6), qualia passim. Homer. *Iliad.* α. *vs.* 135. Thucyd. *Lib.* III. *p.* 173. Polyb. *in Excerpt. Lib.* VI. *p.* 672. Pricaeus, *ad Luc.* XIII. 9.

Ceterum si & sequentia &c. (7).] *Et* tolli mallet Ranchin. *d. loc.* sine caussa, ipse pro *et sequentia* legit *consequentia.*

(1)

(1) Varias de *hoc* §. Interpretum sententias recenset Theod. Woertman. *d. Diss. Cap.* 2. add. Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 47. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 637. Perrenon. *loc. a Schulting. modo cit.* Duirsema, *Conj. Jur. Civ.* I. 2. §. 6. H. Cannegiet. *Obs.* III. 1. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 9. *p.* 405. *seqq.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 2. Gluck. *Ausführl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 285. *seq.* qui etiam alios citat.

(2) Sic etiam Rob. Steph. & Hervagius. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Vid. Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 35. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

(4) Qui Jurisdictionis *extremum* interpretatur *exsecutionem sententiae*; & sic quoque Woertman. *d. Diss. Cap.* 2. §. 6. Koehler. *loc. cit.* aliique. Quam interpretationem confirmare videntur exempla, quae ab Ulpiano subjiciuntur.

(5) Seu a Magistratus apparitoribus.

(6) Sic etiam Cujac. *Obs.* XXIV. 25. Noodt. *loc. a Schult. cit.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Koehler. *d. loc.* Woertman. *d. Cap.* 2. §. 7. Gebauer. *in not. ad h. l.* aliique Interpp. Nec aliam meliorem novi rationem hunc locum interpretandi. Dissentit tamen Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* III. §. 2. qui in verbis illis *duci*, & *ferri* Graecismum latere putat. Item H. Cannegiet. *loc. cit.* qui pro *sed duci eam.* &c. legit *nec duci eam* &c.

(7) Id est, *Ceterum si & duci eam, vel ferri passus non est.* Conf. Schulting. *d. loc.* add. Woertman. & Koehler. *locc. citt.* Neque adeo opus emendatione H. Cannegiet. *loc. laud.* legentis *ceterum si & sententia stare recusavit* &c. Aliter Jo. Cannegiet. *d. loc.* Sed cui nemo, opinor, hac in re facile adsentietur. — De *seq.* §. 2. egit Woertman. *d. Diss. Cap.* 3. Vid. & Noodt. *loc. cit.*

§. 3.

Verum etiam petitorem.] Casum ex *L.* 10. & *L.* 13. *de reivind.* ponit Jan. a Costa, *ad tit. x. de mut. petit. in Summar. p.* 385. quem omnino vide (1).

(1) Et Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Egit de *hoc* §. Woertman. *d. Diss. Cap.* 4.

§. 4.

Hoc Judicium &c.] *Populare* esse vult Cujac. *h.* [& *Obs.* XXIV. 25.] & *L.* 3. *de popul. act.* huc pertinere, vult Os. Aurel. *Dispunct.* VI. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 709.] Sed mihi id non probatur (1).

Non ad id quod interest, sed quanti ea res est (2),] Basil. οὐκ εἰς τὸ διαφέρον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀληθὲς ποσόν. Aestimandum autem hoc a Judice. Jac. Gothofr. *Animadv. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 266.] — Contra loquitur *L.* 9. §. *ult. ad exhibend.*

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. add. Merillium, *Var. ex Cujac.* I. 6. item Woertman. *d. Diss. Cap.* 5. & Gluck. *loc. modo cit. p.* 282. *seq.* qui etiam alios citarunt Interpretes. Cum Cujacio facit quoque Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XV. 24. & Bachov. *ad Treutl. Disp.* IV. *Thes.* 9. *Lit. d. & e. p.* 161. Noodtius, *ad h. t.* definire non audet, cui detur haec actio, & cui cedat poena: propterea quod illud ex hoc Ulpiani Fragmento conjici nequeat; putat tamen, in Edicto olim id fuisse scriptum.

(2) Id est, *quanti est illa contumacia:* de quo Judicis est statuere, Schulting. *d. loc.* & sic quoque Cujac. *locc. citt.* Noodt. *d. loc.* Woertman. *d. Cap.* 5. §. 6. Minus recte alii haec verba respicere putant ipsam rem, quae in judicium deducta est, uti Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 448. Heinecc. *Hist. Edict. & Edict. perp. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 307. Westenb. *in Comp. ad h. t.* §. 7.

TITULUS IV.

DE IN JUS VOCANDO.

Vide ad hunc & seqq. titulos Cujac. *Obs.* X. 10. ubi de Jure vetere (1). Titulus autem hic in Edicto posterior fuit titulo *de pactis*. Conf. *L.* 2. 4. 5. *h. t.* & LL. ex *Libb. ad Edictum* ex titulo *de Pactis* (2).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Plura de *ordine Judiciorum privatorum apud Romanos* habet C. F. Gluck. *Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 307. *seqq.* ubi etiam passim alii auctores laudantur, qui de hoc argumento consuli possint. add. Idem, *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 287. *in not.* — Ad nonnullas hujus tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. postum. Tom.* IV. *Part.* I. *p.* 119. *seqq.* Quem etiam vid. *ad Libb. Paul. ad Edict.* de *LL.* 1. 5. 7. *h. t.*

(2) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. Lib.* I. *Tit. de in jus voc. not.* 1. in *Jurispr. Antej. p.* 221. add. notata ad *rubric. tit. de edendo*, & *de pactis.*

L. II. (1).

In jus vocari non oportet, neque Consulem, &c.] *L.* 26. §. 2. *ex quib. causs. maj.* Vid. Freher. *Parerg.* II. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 929. *seq.*] (2).

Neque ceteros magistratus, qui imperium habent,] Averan. *Interpr. Jur.* I. 4. *num.* 12. *seq.* Senec. *Controv.* II. *p.* 183.

Qui (3) *coërcere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci*:] Vid. Sigon. *de Antiq. Jur. Civ. Rom.* I. 20. & *de Antiq. Jur. Provinc.* III. 5. Sueton. *in Caes. Cap.* 17.

Nec eos, qui propter loci religionem inde se movere non possunt.] V. C. Flamines Diales. Senec. *de Tranquill.* *anim.*

anim. Cap. 10. *Quosdam exsilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia. L. pen. pr. de vac. & excus. mun.* Vid. omnino Jac. Gothofred. *ad L.* 8. *Cod. Theod. de fid. test. & instrum.* [*Tom.* IV. *p.* 344.] (4) qui melius explicat, quam Matth. *de Judic. Disp.* VI. *num.* 6. vel Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de poen. tem. litig.* §. 6. Nec probo Nerium (5), *Analect.* II. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 394. *seq.*] — Al. *semoveri.* Vid. D. Goth. *in not.* Sic & Raevard. *Varior.* I. 6. male. Vid. Leonin. *Emend.* I. 20. (6). — Graecus Scholiastes συλῖται. D. Goth. *in not.* De quibus & Freher. *Parerg. loc. cit.* (7).

Sed nec eum, qui equo publico in caussa publica transvehatur.] Basil. οὔτε τὸν διὰ δημοσίαν χρείαν ὁδεύοντα τῷ δημοσίῳ δρόμῳ. [*Tom.* I. *p.* 328.] & sic etiam late accipit Freher. *d. loc.* (8). De transvectione solemni Sueton. *in Aug. Cap.* 38. Plin. *Hist. Nat.* XV, 4. Pro *in caussa publica* Cujac. *Obs.* XIII. 29. legit *in Capitolium*, & Raevard. *Varior.* II, 15. (9) male. Vid. Leonin. *loc. cit.*

Neque funus ducentem familiare, justave mortuo facientem.] Vid. D. Goth. *in not.* (10).

(1) Ad hanc Legem Dissertationem docte conscripsit H. J. Arntzenius, quae adjecta est *ej. Miscellan. p.* 251. *seqq.*

(2) Add. Arntzen. *d. Diss. Cap.* 4. ubi late egit de iis magistratibus apud Romanos, qui ex mente Ulpiani in jus vocari non potuerunt.

(3) *Qui*, id est, *quo.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 6. *p.* 398.

(4) Et Leonin. *loc. mox a Schult. cit.* quos etiam sequitur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. & sic quoque Noodt. *ad h. t.* Idsinga, *Varior. Cap.* 7. *p.* 52. *seqq.* Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 57. Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Legum interpr. p.* 25. *seqq.* Varias aliorum de hoc loco sententias recenset van Hees, *Diss. de Iis quae antiq. ap. Rom. inter litigatores ante lit. contest. fieb. Cap.* 2. §. 19. in Jurispr. antiq. D. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 510. *seqq.* qui ipse haec verba accipit de *iis, qui sacris intersunt.* Quae etiam est sen-

sententia Westenberg. *ad h. t.* §. 21. H. J. Arntzen. *d. Diss. Cap.* 6. H. Cannegiet. *Obs.* II. 3. *p.* 149. Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 290. *seqq.*

(5) Qui intelligit *sepulcrorum Custodes*, quem sequitur Trotz. *de Memor. propag.* I. 6. *p.* 390. *seqq.* & Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 13.

(6) In Pand. Flor. initio fuisse *semoveri*, immutationem tamen admodum antiquam esse, quam & Basil. confirmant, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(7) Vid. de iis & Leunclav. *Notat.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1505. Nerium, *Analect. loc. cit.* Idsing. *d. loc. p.* 52. Denique Duarenus, *ad h. t. Cap.* 3. intelligit *Monachos* & *Moniales*, & verba haec Triboniano adscribit: inepte. Quamvis Valckenaer. *d. Diss. p.* 27. forte ex mente Triboniani hic tales homines intelligendos existimet.

(8) Etiam Schulting. *d. loc.* Idsing. *loc. cit. p.* 54. *seq.* Van Hees, *d. Diss. Cap.* 2. §. 20. *seqq.* H. J. Arntzen. *d. Diss. Cap.* 7. Gluck. *loc. laud. p.* 294. qui etiam alios citat.

(9) Etiam Torrent. *ad Sueton. in Aug. Cap.* 38. quos sequitur Valckenaer. *d. Diss. p.* 65. *seqq.* *In censu publice* legit Hotoman. *Obs.* III. 21. Vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 7. §. 286. *p.* 526. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ambo tamen emendationem Hotomanni minus bene referunt, dicentes eum legere *in censu publico.* Sequitur in Lege: *Praeterea in jus vocari non debet, qui uxorem ducat, aut eam, quae nubat,* &c. Pro *debet* legendum videtur *decet*, quoniam sequitur *aut eam*, cum van Hees. *d. loc.* §. 23. Vid. tamen Arntzen. *d. Diss. Cap.* 8. Et mox: *nec eum, dum quis apud Praetorem caussam agit.* Ubi τὸ *eum* rejicit Idsing. *loc. cit. p.* 55. item Arntzen. *d. loc. p.* 322. Sed retinet hanc voculam van Hees, *loc. cit.* qui *eum* exponit per eundem, scil. *Judicem.* Forte non male Pothier. *in not. ad h. l.* putat *nec eum, dum quis* &c. minus accurate ab Ulpiano scriptum esse pro *nec quemquam, dum apud Praetorem* &c. Vulg. habet *nec eum, qui apud Praetorem* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Non autem haec verba, ut vulgo fit, intelligenda putem de *litigatoribus*: de his enim deinde agitur *L.* 4. *h. t.*

Verum quidem est, ibi agi de Litigatore, qui necesse habet in jure, vel certo loco sisti; sed, si is in jus vocari non debet, multo minus in jus vocandus est, qui apud Praetorem causam jam agit. Multoque minus verba haec acciperem de *Judice*, de quo in proxime praecedentibus verbis actum erat. Sed videntur potius haec verba intelligenda de *Advocato*, qui caussam Clientis apud Praetorem agit; qui adeo hoc tempore non potest vocari in jus propter id, quod ipse alii debet. Vid. Gluck. *loc. cit. p.* 294.

(10) *Funus facere*, *justa facere*, & *exsequi funus*, quomodo differant, docet Raevard. *ad L.* 138. *de reg. Jur.* add. de hac Legis particula, & *seq. L.* 3. Idsing. *d. loc. p.* 55. *seq.* Van Hees, *d. loc.* §. 24. H. J. Arntzen. *d. loc. p.* 323. *seqq.* Ceterum, cur Taurellius verba *aut eam quae nubat*, &c. usque ad *justavè mortuo facientem* suspecta habuerit, se minus assequi, dicit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cum & Basil. ea habeant.

L IV. (1).

(1) In *pr.* *Infantes* Graeci vertunt ἐπτχέτεις. Vid. Leunclav. *Notat.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. add. Arntzen. *d. Diss. p.* 276. — Edictum, quod in §. 1. refertur, & in *seqq.* §§. & *LL.* exponitur, etiam Jure novo usum habere, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. add. Valckenaer. *laud. Diss. p.* 99. *seq.*

§. 2.

Hoc Veteres *existimasse* &c.] Non *omnes*. Vid. Festum, voc. *parens*. (1).

(1) Add. *Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 219. *seqq.* & Arntzen. *d. Diss. p.* 272. *seq.* — Ad *seq.* §. 3. quaedam notavit Schroder. *Obs.* II. 11. *p.* 155. Pro *nec tamen*, *ut Severus dicebat*, Hal. edidit *nec tantum*, *ut Servius dicebat*, probante Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 457. Praeterea verbis *ad solos justos liberos* Hal. addit *pertinet*, & sic etiam Pothier. Sed potest hoc verbum facile subaudiri. In *seq. L.* 5. pro *pater vero is est*, *quem* &c. Hal. legere *pater vero is' tantum*, *quem* &c. Florentiae autem olim fuisse *paleryerbis*,

bisetquem, idque recentius demum mutatum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De re ipsa vid. notata superius ad *L.* 6. *de his qui sunt sui vel al. Juris.*

L. VII.

Cum his tantum cognatus fiat, quibus & agnatus.] *L.* 23. *de adoption.*

L. VIII.

Sed naturalem parentem, ne quidem dum est in adoptiva familia, in jus vocari (1).] *Ne quidem dum est* filius, secundum Graecos (2).

(1) Supple *permittitur* ex praecedentibus. Pothier. *in not. ad h. l.* Hal. & Vulg. addunt *licet*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Qui locum hunc sic vertunt: τὸν δὲ φυσικὸν, οὔτε ἐν ὅσῳ εἰμὶ ἐν τῇ θέσει, καλῶ. *Tom.* I. *p.* 329. add. de Retes. *Opusc.* V. 3. §. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 248. & Arntzen. *d. Diss. p.* 273.

§. 1.

Aut si me deferente,] ἢ ἀντεπιφορᾶς, addunt Basil. (1).

(1) Praecedit in lege: *aut si juravi, eum libertum meum esse.* Non obstat *L.* 45. §. 1. *de rit. nupt.* Vid. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp.* II. 12. *p.* 248. & Barthol. Sieben, *Diss. de Libertor. patronorumque Jure, Cap.* 6. §. 2. Lugd. Batav. 1750. — In *seq.* §. 2. vestigium sectarum reperiri, notat Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul. Cap.* 9. §. 3. Juliani opinionem, quae hic refertur, forte proponi in *L.* 17. *pr. in fin. de Jur. patron.* putat Burgius, *Elect. Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 342. Non dissentire Paulum in *L.* 15. *de Jure patron.* censet Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 462. Vid. & Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 20. *num.* 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 482. De locutione *ad*

jus-

jusjurandum adigere vid. Cortium, *ad Salluſt. Catilin. Cap.* 22. — Verba *ſeq. L.* 9. ita intelligenda ſunt: *Is quoque, qui ex cauſſa fideicommiſſi manumittit*, id eſt, manumiſit, *non debet in jus vocari*, ſcil. ſine venia: *quamvis ut manumittat, in jus vocetur*, id eſt, vocari poſſit, etiam ſine venia. Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Poteſt nempe ipſe ſervus extraordinaria apud Praetorem perſecutione petere, ut manumittatur. Pothier. *ad h. l.*

L. X.

§. 1.

At ſi venditor, qui manus injectionem excepit (1), *ipſe proſtituit*:] Poſtquam abduxit, Baſilic.

(1) Id eſt, qui in vendendo pactus eſt, ut, ſi emtor ancillam proſtitueret, liceret ipſi venditori in eam injicere manum, ſeu eam recipere. Balduin. *loc. ſupra, cit. p.* 827. & Pothier. *in not. ad h. l.* add. Burman. *ad Petron. Satyr. Cap.* 8. In praecedentibus verbis D. Goth. *τὸ venditorem* minus recte mutandum cenſere in *emtorem*; Ulpianum reſpicere videri ad Legem Veſpaſiani in *L.* 7. *pr. de Jur. patron.* & optime hunc §. illuſtrari poſſe ex iis, quae habet Papinianus in *L.* 6. *pr. circa fin. de ſervis exportand.* notat Thom. Jo. Pigeaud. *Diſſ. de Veſpaſiano Imp. ejuſq. Jurisprud. Cap.* 2. §. 2. *p.* 50. Lugd. Batav. 1762. — Praeterea in *pr.* hujus Legis ex editione Taurellii, itemque gebaueri legitur quidem *ſed ſi hac lege emi* &c. ſed in ipſo Cod. Flor. ſcriptum eſſe *haec lege*, & ſaepe literas *a* & *ae* permutari, notat Laur. Theod. Gronov. *Emend. Pand. Cap.* 24. *p.* 67. add. Bartholom. Sieben. *Diſſ. de Libertor. patronorumque Jure, Cap.* 6. §. 3. p. 39. Lugd. Batav. 1750. Eadem fere verba ab Ulpiano repetuntur in *L.* 45. *pr. de rit. nupt.* niſi quod pro *Conſtitutione Divi Marci* ibi ab Ulp. memoratur *Reſcriptum Imp. noſtri, & Divi Patris:* nec tamen propterea neceſſe, in *d. l.* 45. quicquam mutare. Vid. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap.* II. 12. *p.* 248. & Sieben. *loc. modo cit.* Ad verba *ſi ſuis nummis emi* vid. Burman. *ad Petron. Satyr. Cap.* 75.

§. 2.

Dum adrogetur per obreptionem (1).] Id enim illicitum, nisi fiat a patrono. Vid. ad *L. ult. de adoption.*

(1) *Adgressus per obreptionem*, Frontin. *Strategem.* II. 5. 36. & *adrogatus per obreptionem* etiam dixit Paulus in *L.* 49. *de bon. libertor.* add. Brisson. *de V. S. hac. voc.* — In *seq.* §. 4. *Singulos in jus vocabit*, id est, vocare poterit sine venia: *nam non est illorum libertus*, &c. Universitas enim distat a singulis. *L.* 7. §. 1. *quod cujusq. univ. nom.* add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 6.

Sed si fuerit restitutus, erit ei &c.] *L.* 3. §. 7. *de bon. libertor.* (1).

(1) Quid sit *ad peregrinitatem redigi*, exponit Brisson. *Sel. Antiq.* I. 13. add. Burgium, Ἐλκαστῶν, III. 37. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 224.

§. 8.

Vocari a liberto meo in jus non poterit:] Quia tamen est inter liberos meos (1).

(1) Vid. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Additur: *sed nec nepos* &c. ubi τὸ *sed* admodum recenter suppletum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *seq.* §. 12. *vel flagellis forte caecidit.* Erat haec poena servilis. Vid. notata superius ad *L.* 4. *de Offic. Praef. Vigil. not.* 2. add. Donat. *ad Liv.* XXIX. 18. 14. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 9. Interpp. *ad Justin. Hist. Philipp.* I. 5. 2. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Quem etiam vid. *ibid.* de *praec.* §. 10. Τὸ *vel* Florentiae ante *flagellis* non additur.

L. XI.

Licet Edicti verba non patiantur.] Nec *L.* 2. *Cod. h. t.* (1).

(1)

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Vid. & de verbis *vocatus non venerit, aut si non invitus vocatus sit*, Arntzen. *laud. Diss. p.* 275. Qui *ibid. p.* 265. *seqq.* disputat contra Bachovium, qui tria ex hac Lege argumenta confinxit, ut probet, in jus vocationem, quae obtorto collo fiebat, usitatam non fuisse, nisi in vadimonii desertoribus, similibusque. Qua de re etiam egerunt, quos citat Otto, *in not. ad* §. 12. *Inst. de action.* & Gluck. *de Ordine Judic. Privat. ap. Rom. in ej. Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 309. *in not.* & *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 288. *in not.*

L. XII.

ULPIANUS *Lib.* LVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 17. §. 10. *seqq. de injur. L.* 19. *quod vi aut clam.* (1).

(1) *Probandum est* JCtos saepe dicere pro *definiendum est, dicendum est* &c. notat Pothier. *ad h. l.*

L. XIII.

Quibus reverentia (1) *praestanda est,*] De *socru*, Sulpit. Sever. *Epist.* 3.

(1) Non *qualis qualis*, sed *Legis necessitate*, Noodt *ad h. t.* vs. *Secundum Edicti caput* &c. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. An autem huc quoque pertineant parentes per affinitatem, socer, socrus, vitricus, noverca, inter Interpp. non convenit. Vid. Arntzen. *laud. Diss. p.* 275. *in fin.* Adfirmant Merill. *Obs.* VII. 12. Noodt. *loc. cit.* aliique. Negant Wissenbach. *in Comm. ad h. t. Cod.* §. 3. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 9. & alii. Forte distinguendum, utrum nuptiae adhuc subsistant, an dissolutae sint. Priore casu non videntur sine venia in jus vocandi, quoniam tantisper nobis sunt parentum loco; sed posteriore casu, quoniam solutis nuptiis affinitas evanescit, aliud videtur dicendum, saltem eos tunc etiam *famosa actione* conveniri posse, docet *L.* 11. *Cod. de furt.* & *L.* 3. *Cod. de crim. expil. hered.* — De *seq. L.* 14. vid. Cujac.

ad Libb. Papinian. Respons. in expl. ej. l. & de *L.* 15. vid. van de Water, *Obs.* II. 12. & Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* II. *p.* 83. *seq.* qui lectionem Florentinam *remissa* defendunt. add. Barthol. Sieben, *Diss. de Libertorum patronorumque Jure, Cap.* 7. §. 4. *p.* 42. Lugd. Bat. 1750. Pro *dissimulato* videri olim Florentiae scriptum fuisse *dissimulado* cum *n* superscripta, ut esset *dissimulando*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. X V I.

Pupilli *nomine etiam in jus vocare* &c.] Non *suo*, etsi patronus vocetur ut tutor. *L.* 10. §. *ult. h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.* Scripsisse JCtum *patronam suum*, non *patronam suam*, putat J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 10. *p.* 120. ex Basilic. Sed *patronam suam* hic bis scriptum legitur. In praecedentibus autem verbis pro *sine permissu Praetoris* vocare *possit* Hal. & Vulg. legunt *in jus vocare* &c. Sed & Basil. simpliciter habere *καλεῖ τὸν πάτρωνα*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. X V I I.

Eum, pro quo quis &c.] Lex fugitiva, Cujac. *ad* §. 11. *Inst. de grad. cognat.* (1).

(1) Sequitur in Lege: *Item eum, qui apud acta* &c. Apud Hal. & Vulg. *τὸ eum* abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Charondas emendat *item cum quis* &c. Sed *eum* defendit Barth. *Adversar.* XXV. 14. putans *Accusativum* sumi pro *Nominativo*. Vid. & Forster. *Obs. subsec.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 906. *seq.* Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* XI. *p.* 184. Heinecc. *in Praef. ad Libb.* IV. *priores Obs. Bynkersh.* Defendit *τὸ eum* etiam Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 13ª *not.* 4. in *Jurispr. Antej. p.* 246. sed mavult subintelligi *quod ad*, vel simile.

L. XVIII.

L. XVIII.

Plerique (1) *putaverunt, nullum de domo sua* &c.] Cicer. *pro Domo, Cap.* 41. *in fin. Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus uniuscujusque civium?* &c. Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 8. *in fin. Ex domo in jus educere ne liceat.* add. Jac. Gothofred. *ad L.* 103. *de reg. Jur.*

Tutissimum cuique refugium] Καταφυγή, Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* II. *p.* 78. *in fin. Commune perfugium,* Cicer. *in Catilin.* IV. 1. & Augustin. *de Civitat. Dei,* XIX. 5. (2).

(1) Non itaque hic una semper omnibus fuit sententia. Vid. Idsing. *Varior. Cap.* 7. *p.* 57. & H. J. Arntzen. *d. Diss. p.* 276. *seq.* Rationem dubitandi probabilem reddit Guil. Nicol. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarumd. Legum lectione, Cap.* 4. Lugd. Batav. 1740. Quoniam scil. Decemviri in XII. Tabb. in jus vocatum confestim actorem sequi jusserant, non addita distinctione, a domo, an a via vocaretur. Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

(2) Nic. Catharin. *Obs.* IV. 24. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 794. Cajum sic scribere putat, quoniam *domus* in XII. Tabb. *portus* vocabatur. add. van Hees. *Diss. supra laud.* in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 523.

L. XIX.

Quod mittitur adversarius in possessionem bonorum ejus.] Praeviis tamen multis. Cicer. *pro Quint. Cap.* 16. 17. Aliter Idem, *in Verrem, Lib.* II. *Cap.* 24. (1).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & Noodt. *ad h. t.* non longe a princ. add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Engelbert. Bosch. *Diss. de Modo procedendi contra absentem, nec defensum.* Lugd. Batav. 1725. Hal. & Vulg. post τὸ *latitet* ponunt (.) & tunc legunt: *Certum enim est, quod* &c. Sequitur in Lege: *aut ex publico conspiciatur.* Graeci

in

ἐκ τῆς ἀγορᾶς, *ex foro.* Leunclav. *Notat.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. Nimis stricte, nisi forte vocem hanc latiore sensu usurparint pro *quolibet loco publico*.

L. XX.

Sed etiam a vinea,] *Linea*, Bynkersh. *Obs.* VII. 3. Scil. in circo. Sed an bene? (1).

(1) Cujacius, *loc. modo cit.* & *Obs.* XXI. 38. legit *janua*, Graecos secutus, qui habent ἀπὸ πυλῶνος. Cujacii emendationem conjectura quadam adjuvare conatur Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* V. *Tom.* II. *p.* 183. Alii contra Graecos è Pandectis emendant, & pro ἀπὸ πυλῶνος commode legi posse putant ἀπ' ἀμπελῶνος. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Idsinga, *Varior. Cap.* 7. *in fin.* qui lectionem vulgatam defendit, quam etiam tuentur Sam. Petitus, *ad LL. Attic. Lib.* IV. *Tit.* II. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* III. *p.* 403, Van Hees, *Diss. supra laud. p.* 527. H. J. Arntzen. *d. Diss. p.* 280. *seqq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 52. & I. 7. §. 284. *p.* 48. & 523. Nic. Catharinus, *Obs.* II. 33. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 782. vulgatam lectionem retinet, aut pro *vinea* legit *villa*. Van Zevenhoven, *loco modo cit.* legit *a via*, quam JCtus conjungeret cum *balneo* & *Theatro*, quoniam omnia sunt loca publica, de quibus nunc agendum censuisset, quoniam supra de *domo*, loco privato, dixerat. Pro *balineo*, ut passim in Pand. Flor. scribitur, vid. Brisson. *de V. S.* voc. *balnea*, Hal. edidit *balneo*. Sed utraque scriptura obvia est. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXIII. 18. 12.

L. XXI.

Sed etsi is, qui domi est, interdum (1) vocari in jus *potest;*] Id est, *ei diem dici* (2).

Tamen de domo sua nemo extrahi debet (3).] Cicer. *in Vatin. Cap.* 9.

(1) *Interdum.* Exempla vid. in *L.* 19. *h. t.*
(2) Vid. Noodt. *ad h. t.* in med.
(3) Eadem verba leviter transposita reperiuntur in *L.* 103. *de reg. Jur.* Vid. Idsing. *Varior. p.* 57.

L. XXII. (1).

(1) *Neque impuberes puellas, quae* &c Hal. in margine: „ alias *neque impuberes, neque puellas,* &c." Sed Basilic. ut hic. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Dum in jus venitur,] *In via*, LL. Tabb. ἐν τῇ ὁδῷ, Matth. V. 25. Luc. XII. 58. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 184. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 158.] (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de actionib.* §. 18. *in not.* Praecedit in Lege: *si quis ejus personam defendet.* Qui dicebatur *vindex*, de quo vid. Schulting. *in Enarr. tit. in jus voc. ut eant*, &c. Jac. Voorda, *Elector. Cap.* 25. Van Hees, *d. Diss. p.* 533. Gluck. *de Ordine Jud. Priv. ap. Rom.* in *ej. Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 313. & *Ausführl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. in jus voc. ut eant*, &c. *p.* 361. *seq.* — De *seq. L.* 24. vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Tertium Edicti* &c. & Van Hees, *d. loc. p.* 525. *seq.* De voce *aureorum* vid. notata superius ad *L.* 7. *pr. de Jurisdict. not.* 2.

L. XXV.

Si sine venia Edicti impetrata libertus *patronum* &c.] Non, si *filiusfamilias:* facit *L.* 24. §. 3. *de minor.* ubi Cujac. (1).

Vel a Praefecto urbi quasi inofficiosus castigatur, si inopia (2) *dignoscitur laborare.*] Ita Theodoricus apud Cassiodor. *Variar.* IV. 10. *Quem vero ab hac redhibitione foedum patrocinium tenuitatis excusat, pro admissi qualita-*

te facinoris in eum fustuario supplicio vindicetur. Non enim patimur impunitum, quod noluimus esse permissum.

(1) De verbis *supra dictam poenam, id est*, vid. H. J. Arntzen. *laud. Diss. p.* 274. ubi etiam alii Interpp. citantur. add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 250, Bartholom. Sieben, *Diss. de Libertorum patronorumque jure, Cap.* 7. §. 4. *p.* 42. Lugd. Batav. 1750. Jan. Valckenaer. *Diss. de Duplici Legum interpretatione, p.* 8. *seq.*

(2) Vid. notata superius ad *L.* 7. §. 3. *de Jurisd.* Verbum *castigatur* Graecos hic recte vertere *μαστίζεται*, notant Leunclav. *Notat.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. & H. J. Arntzen. *d. loc. p.* 275.

TITULUS V.

SI QUIS IN JUS VOCATUS NON IERIT: SIVE (1) QUIS EUM VOCAVERIT, QUEM EX EDICTO NON DEBUERIT.

(1) *Sive.* Forte legendum *nisi*, Clar. Tydeman. conjicit. De posteriore autem hac rubricae parte nihil habetur in Legibus, sub hoc titulo collocatis. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Apud Hal. hic titulus sexti, sextus hunc locum occupat, & pro *sive quis eum vocaverit*, &c. legitur *sive per eum caverit, per quem ex Edicto non debuit.* Vid. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1496.

Vid. Cujacium, *Obs.* X. 10. Pollet. *Hist. Fori Rom. Lib.* V. *Cap.* 1. & 2.

L. I.

In judicio *sistendi caussa*,] Pro *in jure. L.* 1. *in fin. de adm. & peric. tut.* (1).

Nisi suo privilegio specialiter renunciaverit.] *Εμβλημα Triboniani (2).

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. seq. tit. in pr.*
(2) Vid. Huber. *in Eun. Rom. ad h. l. p. 93. seq.*

L. I I.

Ut hoc ipsum sciatur, an jurisdictio ejus sit (1).] Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 3. *Def.* 11.

(1) Sed quid, si liquidum sit, Judicem esse incompetentem? Nihilominus vocatum venire debere, ut jus suum allleget, putat Noodt. *ad h. t.* quae etiam esse videtur sententia Cujacii, *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Plerique tamen Interpp. existimant, eum tunc posse impune abesse; ut Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Libb. Juris Epitom. Tom.* I. *p.* 338. *seq.* Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld. tit. de in Jus vocand. p.* 313. *seq.* qui etiam alios laudat.

§. 1.

Ex caussa] Basilic. τοῦτο δὲ μετὰ διαγνώσεως, *idque caussa cognita.* [*Tom.* I. *p.* 342.] (1).

(1) Add. Cujac. & Noodt. *locc. modo citt.* & van Hees, *Diss. supra laud.* in Jurispr. antiq. Fellenberg *Tom.* I. *p.* 527. *seq.* Ceterum, Donellus, *in Comm. Jur. Civ.* XXIII. 2. & *ad tit. Cod. de in Jus voc. num.* 13. ex hac Lege, & ex *L.* 5. *de Judic.* colligit, antiquam illam in jus vocationem Pauli & Ulpiani tempore non amplius fuisse usitatam. Sed huic contradixerunt Huber. *in Prael. ad tit. de in Jus voc.* §. 1. & van Hees, *d. loc. p.* 532. qui *ibid. p.* 529. *seqq.* pluribus agit de quaestione, quando violenta in jus vocatio desierit, putatque, etiam imperante Justiniano actores privata auctoritate adversarios in jus vocare potuisse. Quae etiam est sententia Gluckii, *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de in Jus voc. p.* 296. licet *in Opusc. Juridic. Fascic.* II. *p.* 314. *seq. in not.*

not. nihil certi definire ausus sit. Etiam Arntzen. *laud. supra Diss. p.* 271. rationes eorum, qui antiquam in jus vocationem Justiniani tempore nondum ex usu recessisse putant, parum ponderis habere dicit. Quid Schultingius hac in re senserit, vid. *in ej. Enarr. tit. de in Jus voc.* §. 1. *p.* 217.

L. III.

Incerti cum eo agendum &c.] D. Goth. *in not.* „ Hodie poenam compromitti oportet. *Nov.* 82. *Cap.* 11. §. *& quia.*" Sed ibi agitur de compromisso in arbitrum, atque adeo huc non spectat (1).

(1) Praecedit in Lege: *si status non esset.* Sic etiam Neratius in *L.* 14. *si quis caut. in jud. sist. causs. fact. non obt.* Hal. *si statum* &c. male. In fine autem Legis τὸ *et* recentius adscriptum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Possumus quoque hac particula carere.

TITULUS VI.

IN JUS VOCATI UT EANT, AUT SATIS, VEL CAUTUM DENT.

Hoc totum a Praetore esse, putat Averan. *Interpr. Jur.* I. 22. *num.* 15. (1).

(1) Recte, ut puto: nam in XII. Tabb. de hac cautione non actum est. Vid. Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 16. — Titulum hunc sic exaudiendum esse, *in jus vocati ut eant, aut satis vel cautum dent*, NISI IN JUS RAPI VELINT, monet Perrenon. *Animadv.* I. 19. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 615.

L. I.

Ut fidejussor &c.] *Vindex* XII. Tabb. (1). Fest. voc. *Vindex*. Salmasius, *de Modo usurar. Cap.* 16. *p.* 207. putat scriptum fuisse *vas*. Sed jam tempore Gellii hoc verbum non fuit commune, Gell. *Noct. Attic.* XVI. 10. ut vix credam, Julianum in Edicto aliter scripsisse, quam hic habetur. Idem de *L.* 2. *pr. quib. ex causs. in poss. eat.*

(1) De *Vindice* vid. citatos superius ad *L.* 22. §. 1. *de in jus voc.* Ceterum, Edictum, quod hac & seq. *L.* 2. memoratur, non differre ab Edicto, quod exstat in *L.* 2. §. 2. *qui satisd. cog.* docuere Jac. Voorda, *Elect. Cap.* 25. & Bav. Voorda, *laud. Diss. p.* 32. add. Cujaç. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Nimis subtiliter haec Edicta distinguit Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.*

L. II.

Liberisve suis,] Καὶ παίδων πάτρωνος, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 343.] (1).

(1) In *seq. L.* 4. pro *stetisse* Hal. edidit *stitisse*. Olim in archetypo erat *sistetisse*, quod in *stetisse* reformatum est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Gebv & Spang. Ceterum *stetisse* an *stitisse* scribendum sit, disputat Gellius, *Noct. Attic.* II. 14.

TITULUS VII.

NE QUIS EUM, QUI IN JUS VOCABITUR, VI EXIMAT.

Vid. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 265. seqq.] (1).

(1)

(1) Desumtam esse inscriptionem a priore parte Edicti, non vero totius Edicti sensum exhibere, notat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2.

L. I.

§. 1.

Tunc enim sine noxae deditione judicium suscipiet.]. Basilic. addunt paraphrasin. [*Tom.* I. *p.* 347.] (1).

(1) De voce *denique*, in initio hujus §. posita, vid. notata superius ad *L.* 13. *de adoption.*

§. 2.

Ofilius putat, locum huic (1) *Edicto non esse*, &c.] De *hoc* §. & *Lege seq.* Merend. *Controv. Jur.* VII. 33.

(1) *Huic.* Ita Hal. Sed Flor. *hoc.* Vid. notata superius ad *L.* 3. §. 4. *quod quisque jur. in alt. stat.* &c.

L. III.

§. 1.

Ad pedaneum Judicem] *Magistratum minorem*, ut *L.* 1. §. 6. *de postuland.*, intelligit Raevard. *Conjectan.* III. 10. (1).

(1) Quod non damnat Pothier. *in not. ad h. l.* Sed dissentit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. *in fin.* qui intelligit Judicem delegatum. Vid. & Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb.* *Tom.* I. *p.* 328. *seq.*

§. 2.

Sufficit vi, quamvis dolus malus cesset.] Ut, cum quis falso putavit, se eum eximere, qui non potest vocari (1).

(1) Add. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 480. *seq.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2.

L. IV.

Sed eximendi verbum generale est, &c.] Basilic. [*Tom.* I. *p.* 348.] ex novo jure casum ponunt: parum exacte (1).

Ut actionis dies exiret.] Non enim ad tempus *actionis* producendum sufficit *in jus vocatio*, sed requiritur *litis contestatio*. *L.* 139. *de reg. Jur.* Nec obstat *L.* 33. *de oblig. & act.* quae agit de alio casu, scil. actionibus in heredem dandis. Nec *L.* 7. *Cod. de praescript.* 30. *vel* 40. *ann.* quae hoc tempore nondum obtinebat. Costal. *ad L.* 3. *de eo per quem fact. er.* &c.

Sed & si eo loci retinuerit, &c.] Facit §. 2. *h. l.*

(1) Paucula tantum de *h. l.* habet Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. V. (1).

(1) *Sive absens.* Olim in Cod. Flor. fuisse *siet absens*, sed id satis antique mutatum esse in *sive et absens*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui miratur, omnes illud *et* neglexisse, cum tamen hic emphasin habeat.

§. 1.

Sed quanti ea res est ab actore aestimata,] Verba *ab actore* delet Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Male. Vid. Jac. Gothofred. *loc. supra cit.* & habent Basilic. add. Stek. *Vindic. LL. Anticrit. Cap.* 1. [in Thes. Jur. Otton. *Tom.* I. *p.* 509.] (1).

Etiam si calumniator quis sit.] Is enim non ita peccat in jus vocando, quam alter eripiendo. Jac. Gothofred. *d. loc.* (2).

(1) Gothofredum sequitur quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. & Noodt. *ad h. t.* secundum quos datur haec actio in id, quod actor libello comprehendit, sive vere, sive falso. Quam sententiam etiam confirmari lo-

co

eo Theophili, *in Paraphr. ad* §. 12. *Inst. de action.* recte notat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 367. *seq.*

(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3.

§. 3.

Hoc judicium in factum est:] Basil. αὕτη ἡ ζημιωτικὴ ἀγωγή.

In singulos dabitur (1):] Basil. καὶ καθ' ἕκαστον δίδοται εἰς τὸ ἀκέραιον.

(1) Nec unus solvens alterum liberat. Schulting. *d. loc.* §. 5. & Noodt. *ad h. t. in fin.*

§. 4.

Si eorum intersit.] Actione forte peremta. *L.* 4. *h. t.* Aliter persequitur injuriam (1).

(1) Neque adeo heredibus datur. Schulting. & Noodt. *locc. modo citt.* In *seq. L.* 6. pro *reum* forte legendum esse *eum* notant Russard. & Charond. in margine. Male. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

TITULUS VIII.

QUI SATISDARE COGANTUR, VEL JURATO PROMITTANT (1), VEL SUAE PROMISSIONI COMMITTANTUR.

(1) In his etiam esse eos, qui fidejussorem invenire nequeunt, nonnulli putant. Sed minus recte. Vid. Noodt. *Obs.* II. 20. & *ad h. t.* vs. *Altera rubricae pars* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. — Plura Tribonianum in hunc titulum retulisse, quae JCti vel ad titulum Edicti *de satisdando*, vel in genere *de Praetoriis stipulationibus* commentati erant, observat Schulting.

ad Paul. Sent. I. 11. *not.* 1. & *in Enarr. h. t.* §. 7. add. Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 24.

L. I.

Qui pro eo &c.] An, *cui pro eo?* (1).

Ita cavit,] Lege *cavemus* cum D. Goth. *in not.* Noodt. *ad h. t. pr. cavimus.*

Datis fidejussoribus.] Sed vid. *L.* 21. §. 2. *de constit. pecun.* (2).

(1) Sic etiam Noodt. *ad h. t. in pr.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Forte nulla emendatione opus est. *Cavere* enim non tantum significat *cautionem praestare*, sed etiam aliquando usurpatur pro *caveri curare.* Sic Paulus in *L.* 18. §. 3. *de pign. act.* ait: *si quis caverit*, id est, caveri curaverit, *ut silva sibi pignori esset*, &c. & Papinianus in *L.* 6. *pr. de servis exportand. Si venditor ab emtore caverit*, id est, caveri curaverit, *ne serva* &c. add. Brisson. *de V. S.* voc. *cavere.* Eodem modo hoc loco *qui pro eo, quod a nobis petiit, ita cavit*, &c. dici videtur pro *qui pro eo, quod a nobis petiit, ita caveri curavit*, &c. Eodem fere modo, ut postea vidi, Joachim. Joh. Schwartz. *Specim. Inaug. Observat. ad Varia JCtor. Vett. Fragm. Cap.* 2. §. 4. Lugd. Batav. 1750.

(2) Sed pro *satisdaturum* ibi legendum *satisfacturum*, ut ad eam Legem notavit Schulting. Vid. & Noodt, *ad tit. de constit. pec. circa fin.*

L. II. (1).

(1) Ad hujus Legis *pr.* vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur qualem* &c.

§. 2.

Si quis parentem,] Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 5. *Def.* 22.

Eum-

Eumve quem in potestate habebit,] Basil. ἢ τὸν ἴδιον ὑπεξούσιον. [*Tom.* I. *p.* 350.] *Eamve quam* &c. Cujac. *Obs.* VII. 11. (1). Sed an pater cum filia, cujus loco erat uxor in manu, agere potest? Bachovius, *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 487. hic haeret. An casum ponemus in *L.* 20. §. 1. *qui test. fac. poss.* vel in coëmtore filii emancipandi? Sed nec haec placent. Commodissime cum Bachovio, *d. loc.* accipi potest de illo, qui habet *peculium castrense* (2): de quo forte id speciatim visum caveri: facit *L.* 4. *de Judic.*

(1) Quem sequi videtur Noodt. *ad h. t.* vs. *Cavetur igitur edicto,* &c. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 28. & Schroder. *Obs. Jur. Civ.* II. 11. *p.* 156. *seq.* item Guilielm. van Velen, *Diss. de quibusd. Jur. locis*, *Cap.* 5. §. 2. Lugd. Batav. 1743. qui ταυτολογίαν esse dicit, aut verba haec adjecta esse, ne quis solos liberos naturales intelligeret, non etiam adoptivos, & arrogatos.

(2) Hoc unice verum: neque adeo ulla emendatione opus, sed verba haec referenda ad filiosfamilias, qui peculium castrense habent, quibus lis cum patre intercedere potest. *L.* 8. *de in jus voc.* & *L.* 4. *de judic.* Latius hoc docuere Jac. Voorda, *Elect. Cap.* 25. & Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 33. *seq.* Quorum Virorum interpretationem miror rejici a Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. tit. in jus voc. ut eant* &c. §. 2. si Vir Doctissimus mentem Voordae bene perceperit. — De *seq.* §. 5. vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & imprimis Bav. Voorda, *Diss. laud. p.* 47. *seq.*

L. III.

Sive tripli,] Casus apud Paulum, *in Sent.* II. 31. §. 14. ubi vid. Cujac. [*not.* 43.] (1).

(1) Qui putat, Cajum intellexisse actionem *furti concepti, oblati.* Immo ex Glossis vulgo hic legi, *sive in duplum est actio, veluti furti non manifesti, sive tripli, veluti concepti, oblati, aut quadrupli, veluti furti manifesti; tanti eundem* &c. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. IV.

L. IV.

Non debebit Praetor jubere exhibere eum.] Paul. *in Sent.* I. 13. *pr.* (1).

(1) Vid. de hac Lege Bav. Voorda, *d. Diss. p.* 52. *seq.* Pro *decesserit*, in verbis *ante diem exhibitionis decesserit*, olim in Cod. Flor. fuisse *defesserit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. propterea legens *defecerit.* Potest, ut addit, vitium a dictante profectum esse.

L. V.

Si vero pro condemnato fidejusserit,] Non *de sistendo in judicio*, ut *L.* 4. *si quis caut. in jud. sist. non obt.* Sed *judicatum solvi* (1), vel de alio.

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* & latius Bav. Voorda, *d. Diss. p.* 24. *seq.*

§. 1.

Iujuriarum actio adversus eum esse potest:] Ob ductionem, non ob recusationem fidejussoris, ex qua reo non datur actio. Averan. *Interpr. Jur.* I. 22. *num.* 7. *seqq.* (1).

Sed & ipse fidejussor, qui non sit acceptus, tanquam de injuria sibi facta queri poterit.] Cum sit liquidum, illum esse idoneum. Averan. *d. loc. num.* 1. *seqq.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. *in fin. Non quaelibet injuria* dici pro *non vulgaris injuria*, notat Curtius, Εἰκαστῶν, II. 44. *fin.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 185. add. Gebauer. *h. in not.* — In *seq. L.* 6. vocem *vitiose* Graecos vertere ἐπιληψίμως, & quid sit *vitiose cavere*, docet Cujac. *ad Lib.* III. *Quaest. Papin. in expl. L.* 7. *pr. h. t. Oper. Postum. Tom.* I. *p.* 100.

L. VII.

ULPIANUS *Lib.* XIV. *ad Edictum.*] Agens *de satisdando* (1).

Et

Et Papinianus Lib. 3. *Quaestionum.*] Add. *L.* 39. §. 1. *de judic.*

(1) Add. Bav. Voorda *laud. Diss. p.* 23. — De *Cornelio Proculo*, cui D. Pius rescripsisse dicitur, vid. Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 171.

§. 1.

Potest audiri, *si in alia* &c.] Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 5. *Def.* 3. *seqq.* Ratio, *Defin.* 6. *in fin.* *Si autem satisdatio voluntaria est*, &c. (1).] *L.* 8. §. 4. *h. t.*

(1) Hinc Cujacius *Obs.* XXII. 26. colligit, *cautionem judicio sisti* aliam esse *necessariam*, aliam *voluntariam.* Sed minus recte. Vid. Voorda, *loc. modo cit.* add. Suerin. *Repet. Lect. Jur. Cap.* 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 34. Sequitur in Lege: *neque enim meretur*, &c. Pro quo D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 7. legit *neque enim moratur* &c. Sed nihil mutandum. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 121. *seq.* van Dorp. *Obs. Cap.* 7. *p.* 53. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. p.* 59.

§. 2.

Si satisdatum pro re mobili non sit &c.] Triboniano adscribit Ant. Faber, contra quem disputat Huber. *in Eun. Rom. h.* (1).

(1) Tribonianum hic de suo quaedam adjecisse, putat quoque Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 11. *not.* 2 & 3. Verba *apud officium* Perrenon. *Animadv.* I. 15. *fin.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 612. explicat *apud aedem publicam.* Bynkersh. *Obs.* III. 14. *apud Officiales.*

L. VIII.

De die]. *Sistendi in judicio*, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 351.] *Moderato spatio de hoc a Judice statuendo.*] Haec a Tri-

Triboniano esse, notat Cujac. *Obs.* XXII. 26. (1) quem vide, & Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* a quo more suo dissentit Huber. *in Eun. Rom. h.*

(1) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sed adversus Cujacium & Fabrum verba haec Paulo vindicat Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 497. & *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* V. *Thes.* 1. *Lit. b.* Probante Voorda, *d. Diss. p.* 26. qui *ibid.* notat, verba *si non conveniat* Cujacium recte explicare *si dissentiant*, ut ea quoque vertunt Graeci in Basilic. add. Glück. *Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 349. — In *seq.* §. 1. pro *quidam etiam, si a marito* &c. Cod. Camp. habere *quidam ajunt, si a marito* &c. notat Bondam. *Animadv. ad loc. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 233. unde forte legendum conjicit *quidam etiam ajunt*, &c. Sic jam edidit Hal. Non tamen necesse a lectione Flor. recedere, cum *ajunt*, aut simile verbum centies omittatur. Vid. v. gr. Bynkersh. *Obs.* I. 18. *circa fin.* — In §. 2. pro *inveniatur* Vulg. & nonnullos Codd. habere *interveniat*, sed male, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Immo Gebauer. *ibid.* observat, verum sensum hac lectione interverti: cum quaestio hic non sit de servo, qui ut servus fidejussit, sed de eo, qui fidejussit, ut liber homo, & deinceps inventus est servus. Praeterea notat *ibid.* Brencman., praepositionem *ex* in *ex integro* in Cod. Flor. sero demum suppletam esse, & probabilius censet, *de* adjectum fuisse, Quod non placet Gebauero, *ibid.* Certe in *seq.* §. 3. & *seq. L.* 10. etiam *ex integro cavendum*, vel *satisdandum* legitur, & potuit vocula *ex* facile excidere. De verbis *minori quoque* &c. vid. Cujac. *Obs.* XIV. 39. *Fortasse & mulieri, propter imperitiam*, a Triboniano adjectum esse, censet Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 4.

Mittendi sunt in municipio: quia necessaria est satisdatio.] *L.* 7. §. 1. *h. t.* Al. *in municipium* (1). Basil. πέμπονται εἰς ἑτέραν πόλιν.

Pla-

Plane, si misso jam legatario in possessionem, &c. (2).] Alius casus *L.* 6. §. 1. *ut in poss. legat.*

(1) Sed vid. notata superius, *pag.* 3. *in fin.* & *seq.*
(2) Plura de hac cautione vid. apud Jac. Voordam, *ad Leg. Falcid. Cap.* 15.

§. 5.

Sed quibusdam hoc jusjurandum de calumnia remittitur: &c.] Vid. ad *L.* 34. §. 4. *de jurejur.* (1).

(1) De *seq. L.* 9. vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 26.

L. X.

PAULUS *Lib.* LXXV. *ad Edictum.*] Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

Cum potuerit querela ad competentem judicem deferri. §. 1. *Qui ex caussa* &c.] Lege: *deferri, qui ex caussa* &c. (1).

Improbat ab arbitro probatos,] *Ab arbitro improbatos probat*, Herald. *Obs. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1319.] male. Laborat quoque in hac Lege, Best. *de Rat. Emendand. Leges*, *Cap.* 3. *num.* 4. *seqq.* infeliciter.

(1) Sic jam Balduinus, *loc. supra cit. p.* 830. & Cujacius, *loc. a Schult. cit.* Quem sequitur etiam Schultingius, *in Enarr. h. t.* §. 3. item Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur qualem* &c. Van de Water. *Obs.* III. 5. Bav. Voorda, *d. Diss. p.* 31. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Aliter tamen D'Arnaud. *loc. modo cit.* Sed quem refutavit Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 122. *seq.* Aliter etiam J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 1. qui vulgatam distinctionem & lectionem retinet, & verba *qui ex caussa improbat* &c. accipit de actore, qui, non quod de facultatibus fidejussorum dubitat, sed ex alia quavis justa caussa improbat fidejussores ab arbitro probatos, & contra improbatos probat, atque hos ita admittit. Vulgatam di-

distinctionem quoque servat Pothier. *ad tit. de stipul. Praetor. num.* 17. — Cum *seq. L.* 11. confer *Legem* 3. §. 2. *judic. solv.* vſ. *sed & si ratum* &c. add. Ant. Fabrum, *in Rat. ad h. l.* & Pothier. *ad tit. Judic. solv. num.* 6.

L. XII.

Inter omnes convenit, heredem sub conditione &c.] Vid. *L.* 8. *de stipul. Praetor.* Leonin. *Emend.* I. 14. *num.* 7. *seqq.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 9. §. 1. *not.* 2. & Langebek. *Annotat. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 554. Notandum autem hic est vitium typographicum in edit. Corp. Jur. Geb. & Spang. ubi legitur: *& plerumque ipse Praetor conditionem existentem, & ante diem petitionis* &c. pro *& plerumque ipse Praetor, & ante conditionem existentem, & ante diem* &c. ut in ed. Taurell. aliisque editt. — De *seq. L.* 13. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.* Quem etiam vid. de *L.* 14. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. ej. l.*

L. XV. (1).

(1) *Sciendum est, possessores immobilium rerum satisdare non compelli.* Hoc dictum Macri, licet proprie non pertineat ad *cautionem judicio sisti*, de qua JCtus hic non egit, tamen non male a Compilatoribus Pand. in hunc titulum relatum est: cum immobilium possessores nec *cautionem judicio sisti* jure novo praestare cogantur *datis fidejussoribus.* Conf. Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Leg. interpr. p.* 109. *seq.* Ceterum, licet inter omnes constet immobilium possessores jure novo necesse non habere, cautionem fidejussoriam praestare, non tamen inter Interpp. convenit, qua tandem alia cautione immobilium possessores defungantur. *Cautione juratoria*, putat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Noodt. *ad h. t. circa fin.* Voet. *ad eund. tit.* §. 4. Alii cogitant de *cautione pignoratitia*, ut Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* Immo sunt, qui putent, nu-

nudam repromissionem sufficere ut Vinn. *ad* §. 2. *Instit. de satisdat.* & Westenberg. *ad h. t.* §. 17. Nulla harum sententiarum difficultate caret, postrema tamen omnium minime probabilis est. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 404. *seqq. in not.*

§. 1.

Sed & qui vectigalem, id est, emphyteuticum, agrum possidet, possessor intelligitur (1).] Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 5. *Def.* 20.

(1) Flor. *intellegitur*, & sic passim ibi exaratum est. Pari modo *collego, neglego, depremo*, &c. in vett. Libris scriptum reperitur. Vid. Duker. *ad Flor.* IV. 4. §. 3. add. Brisson. *Parerg.* §. 33. in *ej. Oper. minor. a Trekell. edit. p.* 395. & Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis, Cap.* 28. *p.* 356. Verba *id est, emphyteuticum* Triboniano adscribit Galvan. *de Usufruct. Cap.* 27. *num.* 4.

§. 2.

Creditor qui pignus accepit, possessor non est,] Respectu *cautionis judicio sisti* (1); alias creditor pignus revera possidet. *L.* 35. §. 1. *de pign. act.* (2).

(1) Sic etiam Galvan. *de Usufruct. Cap.* 33. *p.* 458. edit. 1788. Ceterum, *respectu cautionis judicio sisti* recte quidem dicitur ex mente Triboniani, qui hoc Fragmentum Macri in hunc titulum retulit. Sed ipse Macer hic non egit de illa cautione, sed de cautionibus, quae olim praestandae erant in appellationibus, ut Legis inscriptio docet, & de quibus cautionibus agit Paulus, *in Sent.* V. 33. Sed hae jam diu ante Justinianum ab Impp. Diocletiano & Maximiano erant sublatae. *L.* 6. §. *ult. Cod. de appellat.* Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. Valckenaer. *loc. modo cit.* & Gluck. *d. loc. p.* 409. *seq.* Eodem sensu accipi potest, quod dicitur in *fine praec.* §. *Eum vero, qui tantum usumfructum habet, possessorem non esse, Ulpianus scripsit.* An

autem usufructuarius in universum dici nequeat *possidere*, late disputarunt Galvan. *de Usufruct. Cap.* 34. *num.* 3. *seqq.* & Val. Guil. Forster. *de Juris interpr.* II. 1. §. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1002. *seqq.* Vid. & ea de re Noodt. *de Usufr.* II. 16. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 43. Ang. Jac. Cuper. *Obs. Select. de Natura Possess. p.* 19. *seq.* & *p.* 50. *seq.*

(2) Add. Cuper. *d. loc. p.* 20. *seq.*

§. 3.

Propter possessionem] *Propter petitionem*, Cujac. *Obs.* X. 32. (1).

(1) Placet hoc quoque Finestr. & de Manzalvo, *de Jure dotium*, IV. 24. *p.* 184. *seq.* & sane vel ipsa locutio *propter possessionem possessorem intelligi* suspicionem possit movere hic aliquid vitii latere. Sunt quidem, qui putent, appellatione *possessionis* hic *proprietatem* intelligi. Vid. Finestresium, *d. loc.* Sed vel sic nimis dure locutus fuisset JCtus, & praeterea fundi dotalis proprietas constante matrimonio non est uxoris, sed mariti, qui dotis dominus est. Non tamen acquiescere possum in explicatione Cujacii, & Finestresii, qui *petitionem* interpretantur *reivindicationem*. Nam constante matrimonio non uxor, sed solus maritus rei dotalis vindicationem habet. Vid. *L.* 11. *Cod. de Jur. dot.* & *L.* 9. *Cod. de reivind.* Soluto autem matrimonio habet nunc quidem uxor reivindicationem ex Constitutione Justiniani in *L.* 30. *Cod. de Jure dot.* Sed eam nondum tempore Macri habuit, cujus est hoc Fragmentum. Rectius itaque, si quis verba haec retinere velit, ea restringuntur ad maritum, quasi ita scripsisset Macer: *tam uxor*, scil. propter petitionem ejus fundi soluto matrimonio, *quam maritus propter possessionem*, id est, propter praesentem possessionem, *ejus fundi* &c. Sed parum abest, quin putem, non esse haec ipsius Macri verba, quae Graeci quoque non habent, locum hunc simpliciter vertentes: τὸν προικιμαῖον ἀγρὸν καὶ ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ γυνὴ νέμεται. *Tom.* I. *p.* 354. Forte aliquis in margine ad verba *tam uxor* adscripserat *propter petitionem ejus fundi*, scil. soluto matrimonio: sic rationem reddens, qua-

quare & uxor hac in caussa possidere intelligatur. Quae verba deinde in contextum irrepserunt, nec suo quidem loco, & depravata sunt. Verba autem sequentis §. 4. *diversa caussa est ejus, qui fundi petitionem personalem habeat*, accipienda esse de petitione personali fundi *dotalis* in casu, quo promissus quidem marito est fundus, non vero traditus, adeoque ex mente Macri de *actione ex stipulatu*, vel *condictione*, & ratio connexionis postulare videtur, & latius adstruxit Gluck. *loc supra cit. p.* 418. *seq.* Alii tamen aliter, uti Pothier. *ad tit. de stipulat. Praetor. num.* 9. qui emtorem intelligit, cui fundus nondum est traditus.

§. 6.

Et recte dicetur, possessorem me esse, quia nihilominus possideo:] Καὶ ἐξωμοσίας κατωπιστεύομαι, addunt Basilic. Add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 5. *Def.* 15.

§. 7.

Possessor autem quis, nec ne fuerit, tempus cautionis spectandum est:] Similia dabit Cyriac. *Controv.* 277.

L. XVI.

PAULUS *Lib.* VI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 15. *de Jurejurand.* (1). Pertinet ad sequentem *titulum* XI.

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Altera rubricae pars*, &c. Brencman. *Disp. de Legum Inscription.* §. 10. in *Jurispr. Restitut. Wieling. p.* 157. Valckenaer. *laud. Diss. p.* 110. *seq.* Legem hanc intelligit de casu, quo actor Jurejurando contentus fuit: quoniam tempore Vett. JCtorum nemo in cautione judicio sisti immunis fuit a necessitate dandorum fidejussorum, solis exceptis, qui, Romae in jus vocati, habebant jus revocandi domum. *L.* 2. §. 6. *de Judic.* Vocem *hoc* a Triboniano esse, & Paulum scripsisse *vadimonium deseruerit*, notat. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in *Jurispr.*

rispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 7. *&* 15. add. notata inferius ad *inscript. tit.* XI.

TITULUS IX.

SI EX NOXALI CAUSSA AGATUR, QUEMADMODUM CAVEATUR (1).

(1) Florentiae diu fuit *cavetur*, & recentissime *a* superius adscriptum. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. I. (1).

(1) Pro *exhibere* Schroder. *Obs.* II. 11. *p.* 158. legit *exhiberi.* Sed vid. van Dorp, *Obs. Cap.* 7. *p.* 53. Porro verba *donec judicium accipiatur* non explicanda sunt cum Accursio *donec sententia feratur*, sed *donec lis contestetur.* Vid. Noodt. *ad h. t.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 265. Jungendam hanc Legem esse cum *L.* 69. *de verb. oblig.* notat Schulting. *d. loc.* §. 3.

§. 1.

Sed & si noxae deditus sit, Ofilius non putat in eadem caussa sisti, cum noxae deditione ceteris noxalem actionem perimi putat.] Aliter Basilic. [*Tom.* I. *p.* 364.] negative; sed id fit ob dictum *L.* 2. *h. t.* (1).

(1) In *pr.* autem *hujus* §. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 6. verbum *sistere* transponit, & rejicit ad verba *in eadem caussa* secundo loco posita. Sed verbum *sistere* ibi potius ex praecedentibus repetendum, putat van Dorp, *d. loc.* & sic quoque Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 2. *p.* 178. & jam ante eos Guilielm. van Velen, *Diss. de Quibusd. Jur. locis*, *Cap.* 5. §. 1. Lugd. Batav. 1743. Aliter Schroder. *Obs. loc. cit. p.* 157. *seq.* Secundum Brencman. *h.* in

in Corp. Jur. Geb. & Spang. verba *quid sit, videamus* &c. usque ad verba *in eadem caussa* in Cod. Flor. in margine reposita sunt, sed eodem ut videtur, aevo, quo reliqua scripta sunt; recentior autem manus adjecit *τὸ sistere.* Quod verbum recipiendum putat Brencman., ut plenior sit oratio, & probabilior aberrandi caussa.

L. II. (1).

(1) Vid. de *h. l.* Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.* Verbis *nam ex praecedentibus caussis* &c. ostenditur quidem, falsam esse opinionem Ofilii, in fin. *praec. Legis* allatam, sed inde non apparet, quare servus, qui noxae deditus est, magis in eadem caussa sisti videatur, quam qui est venditus. Quae ratio, ni fallor, haec est, quod noxae deditio sit species alienationis necessariae. Ad quam rationem videtur quidem JCtus allusisse, sed eam non expressit.

§. 1.

Pro *quo noxalis actio* &c.] Id est, *de quo* &c.

Suscepturum judicium sine noxae deditione:] *L.* 21. §. 2. *de noxal. act.* (1).

Eo quod ductus servus in bonis *ejus esse coepit.*] In *dominio bonitario*, Ant. Faber, *Conj.* VII. 4. *num.* 4. (2).

(1) Sequitur; *sed si servus praesens est, dominus abest.* Hal. *et dominus* &c. Sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, olim Flor. fuisse *absent*, quod, subantique tamen, in *abest* conversum. Putem adeo germanam lectionem esse *absens est*, & literas *ens* & *est* confusas esse.

(2) Aliter Galvan. *de Usufruct. Cap.* 25. *num.* 11. *p.* 297. edit. Tubing. 1788. Vid. & Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 265. *seq.* ubi hunc §. explicuit.

L. IV.

GAJUS *Lib.* VI. *ad Edictum Provinciale.*] De *noxali actione* agens (1),

Nec auditur si pro parte paratus sit defendere.] D. Goth. *in not.* „ Imo, partem suam cedendo &c." Hoc aliud.

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Incipit Lex: *si cum uno ex dominis noxalis agetur* &c. Hal. habet *noxali.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quae constructio vulgarior est, & potuit haec vox corrupta esse ex praecedente *dominis.* Attamen *actio agitur* etiam alibi reperitur. Sic in *L.* 5. §. 1. *de reivind.* ait Ulpianus, *agetur autem in rem actio,* &c. & rursus in *L.* 5. §. 3. *si usufr. petat. in his autem actionibus, quae de usufructu aguntur,* &c. add. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 331. Sequitur: *an pro parte socii satisdare deberet.* Hal. edidit *debent.* Vulg. *debeat.* Sed lectionem Florentinam praeferendam esse, recte notat Brencm. *d. loc.*

L. V.

ULPIANUS *Lib.* XLVII. *ad Sabinum.*] Ubi *de fidejussoribus*, & similibus egit.

Quia aliter de servo supplicium, & verberibus de injuria satisfit, aliter de libero vindicta sumitur, &c.] Constantinaeus, *Subtil. Enodat.* I. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 517. *seqq.*] distinguit, an cum ipso servo agatur, ut coërceatur, an cum domino *noxaliter:* quod non placet. Vid. Cujac. *Obs.* X. 22. (1). Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 511.

Quia aliter de servo supplicium,] An excidit *sumitur* (2)? Basil. τιμωρεῖται, καὶ σωφρονίζεται. Sed in editt. vett. legitur supplicio, quod melius (3).

De injuria] Absunt ab editt. quibusdam (4).

(1) Quem in concilianda hac Lege cum *L.* 1. *de poen.* sequitur etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* & Noodt. *ad h. t.* Aliter Regius, *Enantioph.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1504. qui *d. L.* 1. pertinere putat ad publica judicia, & *L.* 5. *h. t.* ad privatam, & noxalem actionem. Sic etiam Huber. *in Prael.*

ad

ad h. t. Alii etiam aliter. Vid. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 2.

(2) Hoc quoque conjicit J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 2. *p.* 7. item Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 3. *p.* 179. qui legit: *supplicium N et* &c. id est *supplicium* scil. sumitur, *nam &* &c. et τὸ *vel* in verbis *vel condemnatio pecuniaria* accipit pro *veluti.* Pro *condemnatio* autem, si quis malit, legi posse monet *condemnaõe*, id est, *condemnatione:* bono sane sensu. Aliter van Vryhoff. *Obs. Cap.* 6. qui verba *& verberibus de injuria satisfit* parenthesi includit: probante van der Linden, *d. loc.* Aliter Puttman. *Conject. Decad.* §. 4. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 94. qui legit *suppliCIUM*, quasi scriptum esset, *quia aliter de servo supplicium, cum & verberibus* &c. Quam conjecturam proposuit quoque H. Cannegiet. *Obs.* II. 15. *p.* 198. quamvis idem Vir. Clar. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 42. Florentinam lectionem dixisset retinendam, & ab aliorum crisi facile defendendam.

(3) Hanc lectionem sequitur etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.*

(4) Vid. Schulting. *d. loc.* eaque verba expungi quoque mavult Noodt. *ad h. t.* Nec in Basil. *injuriae* mentio. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. licet, quo pacto verba haec irrepserint, se ignorare fateatur.

TITULUS X.



DE EO, PER QUEM FACTUM ERIT, QUO MINUS QUIS IN JUDICIO SISTAT (1).

(1) Quo modo actio hoc titulo proposita differat ab actione titulo praecedente VII. promissa, docet Voet. *ad h. t.* §. 4. — Cur calumniatori actio ex hoc Edicto non concedatur, quamvis etiam calumniator actionem ex Edicto *ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat*, habeat, exponit Elen. *Diatrib.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1430. *seq.* Aliter Jan. a Costa, *ad* §. 17.

Instit. de action. quem non probo. add. Gluck, *Ausfuhrl. erläut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit.*

In *L.* 1. §. 2. Florentiae non legi *teneatur edicto*, sed solum *teneatur*, & recentiorem manum *edicto* adjecisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Possumus etiam hac voce carere, cum facile sub verbo *teneatur* subaudiri possit. — Pro *steterit*, in *seq.* §. 3. Hal. edidit *stiterit*. Vid. notata superius ad *L.* 4. *in jus voc. ut eant*, &c. — De *L.* 2. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.* Pro *quando ipse nihil deliquit* Vulg. habet *quoniam ipse* &c. Vid. Brencm. *d. loc.* qui recte monet, nihil mutandum. *Quando* enim pro *quandoquidem*, *quoniam*, &c. saepe usurpatur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXIII. 2. 9.

L. III.

Aut actione liberatus fuerit.] Nec enim *cautio* hoc impedit. *L.* 10. §. 2. *seq. tit.* ubi minus recte vult (1), *cautionem judicio sisti* novare priorem actionem.

(1) Intelligit, credo, Ant. Fabrum, quem vid. *in Rat. ad d. L.* 10. *Conject.* III. 1. & *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 6. Add. de *hac L.* 3. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. ej. l.*

§. 1.

Plane, si is, qui dolo fecerit, quo minus in judicio sistatur, solvendo non fuerit; aequum erit, &c.] Hoc non est porrigendum ad casus dissimiles. Ant. Fab. *de Errorib. Pragmat. Dec.* 70. *error.* 4.

Adversus ipsum reum restitutoriam actionem competere (1):] Adeoque *utilem*: & *novam*, Ant. Fab. *d. loc. error.* 5.

(1) Loco rationis *ne propter dolum* &c. Graeci in Basilic. *Tom.* I. *p.* 366. exempla substituunt.

§. 3.

§. 3.

Si & stipulator (1) *dolo promissoris* &c.] Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 193. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 162.] (2).

(1) Id est, actor, qui stipulatus est, reum judicio sisti. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

TITULUS XI.

SI QUIS CAUTIONIBUS IN JUDICIO SISTENDI CAUSSA FACTIS NON OBTEMPERAVERIT (1).

(1) Flor. olim fuit *obtemperavit*, sed postea mutatum est, ut hic. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

Cautionibus] Hoc generali verbo usus est Tribonianus (1), vel forte & Praetor, quia tempore Edicti *vades*, & *vadimonia* non amplius ita in usu fuere. Facit huc Gellius, *Noct. Attic.* XVI. 10. De *vadimoniis* tamen is non negat, sed de *vadibus*.

(1) *Cautionem judicio sisti* olim appellatam esse *vadimonium*, eoque verbo Vett. JCtos haud dubie crebro esse usos, nusquam tamen in Pand. vocem *vadimonii* reperiri culpa Triboniani, qui, ob magnopere mutatam jure novo hujus cautionis formam, verbum hoc ubique expunxit, notat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *tit. qui satisd. cog.* §. 6. & aliquot exemplis etiam confirmavit Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 15. add. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 434. qui etiam nonnulla de *vadimonio* in medium attulit *Diss. de Vita petend. restit. in integrum Praetor.* §. 12. *seqq.* in *Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 332. *seqq.* ubi ta-

tamen *p.* 337. *seqq.* ratione loci in ordine judiciorum, quo vadimonium fuerit interpositum, a Voorda dissentit.

L. I.

Vicena millia passuum in singulos dies dinumerari &c.] Ut in casu *L.* 13. §. 2. *de excusat.* (1).

(1) Add. *L.* 3. *pr. de V. S.* ibiq. Schulting.

L. II.

ULPIANUS *Lib.* LXXIV. *ad Edictum.*] Agens de *exceptionibus*, & in specie *deserti vadimonii* (1).

Si negotium, propter quod judicio sisti promisit, fuerit transactum:] Junge *L.* 2. *de transact.* (2).

Sed hoc ita, si non prius id negotium transactum sit, &c.] D. Goth. *in not.* „ *si modo prius*, P. Faber, *Semestr.* I. 14." & III. 24. *p.* 403. (3). Cujacius, *ad L.* 113. *de Verb. Oblig.* negationem tollit. Utroque modo etiam Vett. editiones. *Si prius* etiam MS. Bynkersh. (4), qui ipse *Obs.* III. 5. trajicit verba sic: *si non prius sisti oporteret, quam id negotium transactum sit*: audacius (5). Leoninus, *Emend.* V. 16. delet *modo.*

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5.
(2) Quae Lex docet, quid per *transactum* intelligatur. Vid. Schulting. *d. loc.* add. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 342.
(3) Lectionem *modo*, quae Haloandri est, & quae etiam mihi vera videtur, probant Schulting. *d. loc.* H. Cannegiet. *Obs.* I. 17. *p.* 114. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 2. *p.* 257. Bav. Voorda, *d. Diss. Cap.* 4. §. 6. *p.* 54. *seq.* Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 465. *seq.* quamquam *in Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 342. vocem *non* cum Cujacio expungit.
(4) Et sic etiam habent alia MSS., quae Brencm. adilt, ut notat *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Codex Florentinus tamen *non* servat.

(5)

(5) Bynkershoekio tamen adstipulari videtur van Hees, *Diss. de Iis quae antiq. ap. Rom.* &c. *Cap.* 4. §. 46. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 551. Aliter van Dorp, *Obs. Cap.* 4. *p.* 31. *seq.* qui post *sed hoc ita* ex praecedentibus repetit, nempe *exigimus reum judicio sisti, si non prius* &c. Aliter etiam Puttman. *Prolus. de Caeca & illiberali sine arte critica, & humanioribus literis, jurisprudentia*, §. 5. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 74. *seq.* qui transponit vocem *quam* hoc modo: *sed hoc ita, si non prius, quam id negotium transactum sit, sisti oporteret.* Vulgatam lectionem *si non prius* retinent Lyclama, *Membran.* II. 20. & Schmuccius, *ad Labitt. de Usu Indicis, Cap.* 3. §. 7. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 39. Vid. & Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. & Schmuccium, ibid. p.* 220.

§. 3.

Si quis judicio sisti promiserit, & valetudine, vel tempestate &c.] Senec. *de Benefic.* IV. 39. *Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem vis major excusat.* Quae aliter paulo in edit. Gronov. (1). Quinctil. *Instit. Orator.* III. 6. *p.* 228. [edit. Burman. *p.* 259.] *Deserui tempestatibus, fluminibus, valetudine impeditus, id est, per me non stetit, sed per illa.*

Jubet diem judicii esse diffisum.] Id est, *dilatum ipso jure. L.* 60. *de re judic.* quod latius exponit Cujac. *Obs.* XII. 18. (2).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. Quid sit *morbus sonticus* definitur in *L.* 113. *de V. S.* add. Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 10. & quos plures citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 468. *in not.* Ceterum, licet Ulpianus hic provocet ad *LL.* XII. *Tabb.*, ut probet morbum sonticum esse justam vadimonii deserendi caussam, cave tamen existimes, in ipsis XII. Tabb. de vadimonio cautum fuisse. Vid. Bav. Voorda, *d. Diss. p.* 11. *seq.*

(2) Add. quos citat Duker. *ad Liv.* IX. 38. 15. & Westenberg. *in Divo Marco, Diss.* IV. §. 15. *p.* 64. qui

ibid.



ibid. §. 14. pluribus disputat de ratione, qua hanc vocem scribi oporteat. Qua de re vid. & Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 331. & Otton. *in Praefat. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 28. *seq.* Hal. *diffissum.* Quod probat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 4.

Exceptionem ei dandam, Labeo ait:] D. Goth. *in not.* „ *non dandam*, Cujac. " [*Obs.* XII. 18.] male. Vid. Bynkersh. *Obs.* III. 25. (1). Sane haec ipso jure non juvatur, ut modo, & fieri potest tamen, ut ratio velit ei succurri: quod saepe fit, etsi in Edicto Ædilitio pro *sana* habetur. *L.* 14. §. 1. *de Ædilit. Edict.*

(1) Quem recte Cujacium refellere, dicit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. & van Hees, *Diss. modo laud. p.* 553. Sed Bynkershoekium admodum infeliciter hic lectionem Florentinam defendere, & emendationem Cujacianam omnino admittendam videri, docuit Bav. Voorda, *d. Diss. de Vadimonio, Cap.* 4. §. 6. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 55. *seqq.* Nullos tamen Codices, quos vidit, negantem scripturam agnoscere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *seq.* §. 6. pro *sic* legendum esse *hic*, & posteriora verba *tempestatem intellegere debemus* male ex praecedentibus esse repetita, putat D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 8. *p.* 62. Sed D'Arnaudium refutavit van Hees, *d. Diss. p.* 552. & ante eum Guilielm. van Velen, *Diss. de Quibusd. Juris locis, Cap.* 2. Lugd. Batav. 1743.

§. 7.

Sive pons solutus sit,] Plautus, *in Casin. Prolog. vs.* 66.

Interrupit pontem, qui erat ei in itinere.

Vel navigium non stet.] Basil. ἢ τὸ διαπεροῦν πλοῖον οὐκ ἔστιν. [*Tom.* I. *p.* 368.] (1).

(1) In *seq.* §. 8. pro *numquid exceptio ei minime prosit?* le-

legendum *numquid exceptio ei prosit? minime*, putat D'Arnaud. *d. loc.* II. 6. *p.* 258. Sed vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 7. *p.* 41. Van Hees, *d. Diss. p.* 551. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 7. §. 2. *p.* 30. *seq.* Sequitur: *nam neque sic artandus sit, ut possit ei dici, cur non multo ante profectus est*, &c. Ubi voces *sit*, & *est* forte confusas esse, & alteram in alterius locum substituendam, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 9.

Sed si privatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit haec exceptio.] Junge *L.* 4. *h. t.* (1).

(1) In praecedentibus verbis voces *malo dolo* a Librario esse transpositas, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nusquam enim Vett. dicunt *malus dolus*, sed vocem *malus* semper postponunt. Plura exempla vid. apud Brisson. *de V. S.* voc. *dolus.*

L. III.

Sed actio ei datur adversus eum, qui detinuit, &c. (1).] Sed quid si hic solvendo non sit? ratio vult reo succurri, si non potuerit vim evadere.

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. IV.

ULPIANUS *Lib.* LXXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *h. t.*

Dixerit aliquis, quo (1) *ergo haec exceptio damnato?*] G. Forner. *Select.* III. *ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122. *in fin.*]

(1) Al. *quid:* male. Vid. Forner. *loc. a Schult. cit.* & Ant. Augustin. *Emend.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1511. add. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 399. & Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV.

IV. 5. *not.* 6. *p. m.* 660. Verba *salva civitate*, quae Flor. exstant, apud Hal. male absunt. Vid. Brencm. *h.* in Corp. jur. Geb. & Spang. Quid sit *funus domesticum*, cujus mentio fit in §. 2. *h. l.* docet H. J. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in Jus voc. Cap.* 8. adj. *ej. Miscellan. p.* 323.

§. 4.

Sed & ego puto, conventionem istam ita valere,] Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 518. *sed* expungit. Forte *τὸ et* melius abesset (1).

Si specialiter caussae exceptionum expressae sint, &c.] Ergo non sufficeret renunciare casibus fortuitis, ut vult Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* I. *Cap.* 3. *num.* 28. A Triboniano haec esse, vult Cujac. *Obs.* XIV. 7. (2).

(1) Hoc etiam vult Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Forte *et* mala geminatio est; defendit tamen hanc voculam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Apud Hal. priora illa verba *conventionem istam non valere* absunt. Praeterea in praecedentibus verbis pro *deserta* Alciatus, *Paradox.* II. 27. legit *diserta*; sed *deserta* tuetur Corasius, *Miscellan.* I. 19. & sic omnes editt. habent. Vid. Brencm. *d. loc.* Haec tamen verba a Triboniano interpolata esse, ipsumque Ulpianum scripsisse *ne ulla exceptio in deserto vadimonio objiciatur*, notat Voorda, *Diss. supra laud. de Vadimonio*, *p.* 7. & 15.

(2) Improbante Schultingio, *loc. modo cit.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 472.

§. 5.

Si judicio sistendi caussa pluris, quam statutum est, &c. (1)] Vid. Cujac. *Obs.* X. 10. Facit *L.* 19. *de verb. oblig.*

(1) Id est, *ultra duplum*, secundum Cujac. *loc. cit.* Sed vide quae notavi ad *L.* 110. *pr. de reg. Jur.* add.

Gluck.

Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 435. *in not.* Ceterum verbo observandum, Ulpianum prius dicere *nam & Julianus scribit*, & deinde iterum *Julianus ait*, adeoque bis adfirmare, Julianum haec dixisse, cum semel id monere utique suffecisset. Sed ejusmodi repetitiones a JCtis Vett. frequentius fiunt. Vid. van Hees, *Diss. laud. p.* 557.

L. V.

Ne prosit ei dolus propter societatem.] Vid. ad *L.* 27. *pr. de pactis* (1).

(1) Ubi tamen de *hac. L.* 5. ipse nihil monuit. Sed *L.* 27. *cit.* non pugnare cum *hac L.* 5. docet, quem *ibid.* citavit Schultingius, Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 272. *seq.* Explicuit hanc *L.* 5. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict.* In *pr.* Legis τὸ *sunt* Flor. mutatum esse in *sint*, & sic Hal. & alios edidisse, nec tamen id necesse esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 11. §. 1. *de Jurisdict.* Praeterea notat Brencm. Taurellium ad τὸ *uni* proxime sequens non male asteriscos apposuisse, cum postea suppletum sit, & possit abesse.

L. VI.

Quod Reipublicae caussa abfuit (1).] Hoc ipsum XII. *Tabulis* contentum fuisse, credit, & in illis ponit Jac. Gothofred. *ad Tab.* II. *p.* 56. *seq.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 83.] quod aliunde vellem constare (2).

(1) Flor. *afuit.* Vid. notata superius ad *L.* 6. *de his qui sui vel al. jur. sunt. not.* 1.

(2) Et si vel in XII. Tabb. exstiterit, non tamen, ut putat Gothofredus, ibi propositum est instar justae caussae deserendi vadimonii. Vid. Bav. Voorda, *laud. Diss. p.* 11. *seq.* De *seq. L.* 7. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict.* Non recte hanc Legem edidisse Haloandrum, notat Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1497.

L. VIII.

L. VIII.

GAJUS *Lib.* XXIX. *ad Edictum Provinciale.*] De *stipulationibus Praetoriis* agens, vel *exceptionibus.*

Consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.] Hoc singulare in *stipulationibus Praetoriis*, non idem in *conventionibus.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 522. Bartol. *ad L.* 84. *de Verb. oblig.* (1). Aliter Donell. *ad L.* 91. §. 3. *de Verb. oblig. num.* 3.

Per exceptionem] Ergo est nata actio, & quidem ad *poenam*: nihil enim interest.

(1) Sic etiam Barclaj. *ad Tit. Pand. de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 834. *seq.* ubi refutavit Cujacium, aliud statuentem. In edit. in 4to. addidit Schultingius: „ Ceterum non male huic Legi a Triboniano aliquid addi potuisse ex *L.* 26. *Cod. de fidejussor.* censet Balduin. *in Justinian. p.* 161." in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* I. *p.* 1087.

L. IX.

§. 1.

Exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur.] Id putant fieri, quia haec est stipulatio Praetoria. Aliud *L.* 5. *in fin. de Verb. oblig.* Donellus, *in Comm. ad d. L.* 5. & Scip. Gentil. *de Divid. & individ. Oblig. Cap.* 11. [*Oper. Tom.* I. *p.* 131. *seq.*] *quia non debet quis condemnari pro iis, qui ab eo stati sunt* (1). Non putem tamen, hanc rationem absque priore sufficere.

(1) Eodem fere modo Chesius, *Interpr. Juris*, I. 50. *num.* 115. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* II. *p.* 303.

L. X.

§. 2.

Ante litem contestatam] Melius haec sequerentur post illa *mortuus est*, & sic Basil. [*Tom.* I. *p.* 371.] (1). *Quia*

Quia tales stipulationes propter rem ipsam darentur:] Facit *L. ult. h. t.* & *L. ult. pr. tit. praec.*

Nam & defunctus si vellet omissa *injuriarum actione &c.*] *Amissa*, Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* (2).

Idem dicendum esse, *& si is* &c.] Al. *est* (3).

Si non post longum tempus decesserit, quia &c.] Haec Triboniano adscribit Ant. Faber, *d. loc.* (4).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. Probat hoc quoque Bav. Voorda, *laud. Diss. p.* 53.

(2) Probante Schultingio, *d. loc.* & Voorda, *loc. cit.* ubi refutavit Bachovium, qui, Accursium secutus, hoc interpretari mavult de *actione pacto remissa.*

(3) Hal. *dicendum est, si is* &c. omisso *et.* Forte legendum *dicendum esset, si is* &c. & τὸ *et* pro mala geminatione habendum.

(4) A quo non sine caussa dissentire Bachovium, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 524. ait Schulting. *d. loc.* Vid. & Voorda, *loc. cit.*

L. XII.

Qui autem novo privilegio *utitur*,] Non *fori* (1), per *L.* 7. 19. 34. *de Judic.* ratio in *L.* 30. *eod.* Sed v. c. *rescripti moratorii*, vel alterius privilegii. Vid. Rittersh. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 64.

(1) Ut putat Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVII. 18: quem refutavit Bav. Voorda, *laud. Diss. p.* 41. *seq.* qui omnino de hac Lege videndus.

§. 1.

Illud tenendum est, aestimationem (1) *ejus* &c.] Facit *L.* 10. §. 1. *h. t.* (2).

(1) In Pand. Flor. *quod aestimationem* — *referendum est.* Quam latinitatem nemini suspectam debere videri, monet Voorda, *d. Diss. p.* 47. add. notata superius ad *L.* 12. §. 1. *de Senator.*

(2) Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion.* ubi hanc Legem accurate explicuit. — Ad *seq. L.* 13. quaedam

commentatus est idem Cujac. *ad Libb. Juliani Dig.* & ad *L.* 15. vid. Idem *ad Libb. Papiniani Quaestionum.*

TITULUS XII.

DE FERIIS, ET DILATIONIBUS, ET DIVERSIS TEMPORIBUS.

De feriis (1)] Vid. Forner. *Rer. Quotid.* II. 21. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 181. *seq.*] Pollet. *Hist. For. Rom.* I. 8. & 9. Cicer. *de Legib.* II. 12. Lucian. *Lexiph.* *p.* 829. Senec. *de Tranquill. anim. Cap. ult. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur; tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.* Idem fit in omni opere naturae, ut intermissionem exigat. Plin. *Hist. Nat.* XVII. 23. De feriis, & dierum divisione Selden. *de Jur. Nat. & Gent.* III. 17. *seqq.*

Et dilationibus] Cur conjungantur, vid. Cujac. *in Paratitt. ad tit. Cod. de feriis.* Differunt ab ampliationibus, comperendinationibus, & dierum diffissionibus. Pollet. *Hist. For. Rom.* V. 2. Facit huc Juven. *Sat.* XVI. *vs.* 43. *seqq.* quem citat (2).

Et diversis temporibus (3).] *Tempus*, quid. Arnob. *adv. Gentes*, III. *p.* 117. Late de tempore Augustin. *Confession.* XI. 14. *seqq.* Victorin. *in Ciceron. Rhetoric. p.* 157.

(1) Graeci περὶ ἀπράκτων ἤτοι σχολαζουσῶν ἡμερῶν. Non tamen omnes dies *nefasti* sunt *feriati.* Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 1. *p.* 124. De dierum *fastorum, nefastorumque* institutione apud Romanos pluribus egit van Vaassen, *ad Fastos Rom. sacros*, *p.* 19. *seqq.* qui *ibid.*

ibid. p. 167. seqq. nonnulla quoque notat de diebus *atris*, eorumque institutione. *Feriae* unde dicantur, & de variis earum formis, vid. Schulting. *d. loc.* §. 1. *seq.* add. Pollet. *Hist. For. Rom.* I. 8, & quos plures citat Walch. *in not. ad Cellar. Comp. Antiq. Rom. Lib.* 1. *sect.* 3. *Nundinae* apud veteres Romanos feriatus an fastus dies, & quid deinde fuerint sub Imperatoribus disquirit D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Cap.* 1. Lugd. Batav. 1796.

(2) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur, ut* &c.

(3) De hac inscriptionis parte nihil reperitur in Legibus sub hoc titulo collocatis. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. Hal. addit: *& quibus caussis feriae non impediantur.* Al. habent: *& diversis temporibus earum, & ex quibus caussis* &c. Vid. Brenkm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. I.

Ne quis messium vindemiarumque tempore &c.] Antiquissimae hae feriae. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* I. *p.* 141.] (1).

(1) De his feriis omnino videndus van Lennep. *loc. modo laud. Cap.* 2. Quaedam de iis etiam monuit Zepernick. *ad Siccam. d. loc. p.* 125. *seq.* Additur in Lege: *quia occupati circa rem rusticam* &c. De quorum verborum sententia vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Quod attinet* &c. Quem etiam vid. *ibid.* & vs. *Fuit igitur* &c. de *seq.* §. 1. & 2. Ceterum, ex loco Capitolini, *in Vit. M. Anton. Philos. Cap.* 10. colligitur, D. Marcum hac oratione dies *feriatos* CXXXV. reliquisse. Vid. Balduin. *loc. supra cit. p.* 832. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. II.

Cessantes, excusationes allegentur,] *Cessantes excusationes allegent, ut* &c. Freinshem. *ad Flor.* II. 17. *num.* 16. non recte (1).

Alimenta constituantur,] Vel de iis transigatur. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 22. [*Oper. Tom.* III. *p.* 392. *seq.*]

Aetates probentur,] Ut sic quis possit sua solus agere. Basilic. *ad L.* 1. *Cod. si min. se major. dixer.* [*Tom.* I. *p.* 673.] De hoc more & *L. ult. Cod. eod.*

Qui an heres exstaturus sit,] Lege *cui an heres* &c. (2) & sic Basilic. [*Tom:* I. *p.* 373.] Flor. *Qui* (3).

Aut ut adspectu atrox injuria aestimetur;] Stryk. *de Jure sensuum*, *Diss.* I. *num.* 30. (4).

(1) De varia hujus loci lectione vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Ut officit admoneantur cessantes*, &c. legit quoque Nic. Catharin. *Obs.* I. 39. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 495. eamque lectionem etiam probat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Praecedit in Lege: *eadem Oratione Divus Marcus* &c. Ubi I°. notari velim τὰ *effecit — Praetorem adiri.* Pari modo Ulpianus quoque loquitur in *L.* 38. *de dol. mal. Epistulam mitti — effecit.* Alia loca habet Brisson. *de V. S.* voc. *efficio*, *num.* 2. add. Vetruv. II. 6. *efficit ea coire.* II^do^. verba *de aliis speciebus*, id est, caussis, negotiis, litibus. Vid. Dion. Gothofred. *in not.* Quae autem illae species sint, docemur hac lege, item *L.* 1. §. 2. & *L.* 3. *h. t.* adde alias ex *L.* 5. *Cod. h. t.* Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Fuit igitur* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Denique pro *diebus feriaticis*, ut Flor. scriptum est, Hal. habere *feriatis. Dies feriaticos* quoque occurrere in Capitularibus, ex Du Fresne, *in Glossar.* notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6.

(3) Ita Taurellius edidit. Literas *c* & *q* saepe confundi, docet Best. *de Rat. emend. Legg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 6. *p.* 13. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* 3. §. 4. legit *quia* ope geminationis. Pro *exstaturus* Hal. edidit *exstiturus*. Sed non opus: saepe enim ita Veteres. Sic *obstaturus* occurrit in *L.* 134. *pr. de verb. oblig.* & *praestaturus* in *d. L.* 134. §. 2. & in *L.* 6. *pr. de liberat. legat.* item apud Livium, IX. 24. 4. & Ciceron. *Epist. ad Divers.* I. 8. §. 8. ubi vid. Cortium, & XI. 9.

§. 2.

§. 2. add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 387. Burman. ad Quinct. *Instit. Orat.* II. 11. *p.* 165. Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* II. 6. 10. Hieron. van Alphen, *Diss. de Javoleno Prisco JCto*, *Cap.* 3. §. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 39. qui etiam alios citat.

(4) De *seq. L.* 3. §. 2 vid. Forner. *Rer. Quotid.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 133. *seq.* In praec. §. 1. *τὸ finiuntur* malam versionem esse verbi τελοῦνται, putat Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 9. *seq.* Perperam. *Finiuntur*, id est, terminantur, finem accipiunt. In quo favor est *judiciorum liberalium:* cum alia judicia, si res urgeat, *inchoari* tantum possint litem contestando. *L.* 1. §. *ult. h. t.* Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. IV.

Praesides provinciarum ex consuetudine cujusque loci &c.] *L.* 7. *pr. de offic. Proconf.* & hoc utile. Pollet. *Hist. For. Rom.* I. 8. *p.* 87. (1). Facit huc Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* LL. Wisigoth. II, 11. — Etiam *sementinae* feriae olim *conceptivae*, non *statae* erant. Vid. Comm. ad Fest. voc. *sementinae.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & van Lennep, *loc. laud. p.* 14. *seq.*

L. V.

Pridie Kalendas Januarias (1) *Magistratus neque jus dicere, sed nec sui potestatem facere, consuerunt* (2).] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. h. t.*

(1) Vulg. *Januarii* male. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* IV. 37. 3. Nec melius in Cod. Flor. recens manus emendavit *pridie Kalendis Januariis*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ceterum, quod hoc loco docet Ulpianus, sub Imperatoribus quidem ita Juris

 fuisse,

fuisse, non vero Libera Republica, notat Burman. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 76.

(2) Vulg. *consueverunt*. Vid. Brencm. *d. loc.* Sed non opus. *Consuerunt* occurrit etiam apud alios Scriptores Latinos, ut apud Sueton. *in August. Cap.* 66. *in fin. in Tiberio, Cap.* 34. *in fin. in Nerone, Cap.* 12. Sic quoque *adsuerat* dixit Livius, IV. 45. 4. ubi vid. Drakenborch.

L. VI.

Idem *Lib.* LXXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 36. *de recept. qui arbitr. recep.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *At non ad vindemiam* &c. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 20. putat, priora Legis verba *si feriatis diebus fuerit judicatum* esse verba legitima; quae autem sequuntur, continere interpretationem Ulpiani. Hal. praefigit *quid*, & post vocem *judicatum* ponit signum interrogationis. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VII.

Idem *Lib.* I. *de Officio Consulis.*] Junge *L.* 99. *de verb. signif.* (1).

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 98. §. 1. & *in Enarr. h. t.* §. 8. ubi quoque notat, appellatione *instrumentorum* hic etiam *testes* intelligi. Verbis *amplius quam semel non esse dandam* &c. in Cod. Flor. τὸ *non* non prorsus antique adscriptum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Habent tamen hanc particulam omnes, quas vidi, editiones, & eam quoque postulant seqq. Legis verba. De verbo *impertiri*, quod sequitur, vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 26. *not.* 55. in *Jurispr. Antej. p.* 323. Pro *ut & hic caussa cognita* &c. in fine Legis Hal. habet *ut hic* &c. Vulg. *ut & huic* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sic etiam in Pand. Flor. nonnunquam *hoc* pro *huic* scriptum est. Vid. notata superius ad *L.* 3. §. 4. *quod quisque Jur. in alt. stat.* &c.

L. VIII.

More Romano dies a media nocte incipit, &c.] Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1544. *seq.*] Ferand. Adduens. *Explication.* I. 13. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 518.] (1). Senec. *Epist.* XII. *Dies tempus est viginti quatuor horarum.* Pollet. *Hist. For. Rom.* I. 9. *p.* 104.

(1) Vid. & Cujac. *Obs.* XV. 32. Plura de hac computatione diei civilis congessit quoque D. Goth. *in not. ad h. l.* — *Minicium Natalem*, cui Trajanus rescripsisse dicitur in *seq. L.* 9., eundem esse JCtum, cujus quaedam in Pand. sententiae exstant, docet Cujac. *Obs.* VII. 2. Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul.* *Cap.* 4. §. 1. *num.* 2. Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 264. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 29. & *in Trajan. p.* 173. quo posteriore loco hoc Ulpiani Fragmentum exposuit. Aliter tamen, quam Bachius, verba ultima Legis *inter quae custodiarum quoque cognitionem esse* interpretatur Sam. Petit. *ad LL. Attic.* *Lib.* I. *Tit.* 1. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* III. *p.* 123. *seq.*

L. X.

In pecuniariis caussis omnis dilatio &c.] Singulare, *Nov.* 115. *Cap.* 2. Rittersh. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 14. *num.* 6. — Al. *caussis omnibus* &c. (1).

In capitalibus &c.] In *adulterio* nulla. *L.* 41. *ad L. Jul. de adulter.* Paul. *in Sentent.* II. 26. *in fin.* add. de crimine *repetundarum*, & *ambitus* Plin. *Lib.* V. *Epist.* 20. & *Lib.* VI. *Ep.* 5. Pollet. *Histor. For. Rom.* IV. 9. *p.* 505. *seq.*

(1) Sic quoque Best. *de Rat. emend. Legg. Cap.* 1. §. 12. *num.* 4. *p.* 37.

TITULUS XIII.

DE EDENDO (1).

(1) In Edicto Perpetuo hic titulus positus fuit ante titulum *de in jus vocando*. Vid. Noodt. *ad h. t. pr.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *ad Paul. Sent. Lib.* I. *tit. de in jus voc. not.* 1. in *Jurispr. Antej. p.* 221. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 47.

Vid. Cujac. *Obs.* X. 14. (1).

(1) Quaedam ad hanc materiam congessit quoque Majans. *Disp.* XLIX. *Tom.* II. *p.* 207. *seqq.* & Disputationem *de Differentiis jus inter antiquum, novum, & hodiernum circa actionis editionem, litis contestationem, & libelli emendationem, atque mutationem* conscripsit Janus Wilhelmus van Hoogstraten. Traject. ad Rhen. 1746.

L. I.

Qua quisque actione] Junge *L.* 37. *de oblig. & act.* ubi verbum hoc explicat (1).

Agere volet,] Non enim Praetor, vel Judex ei hoc potest praescribere. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 3. (2).

Eam edere debet:] Hoc Edicto supplevit Praetor XII. Tabb., quae etiam sine ea editione in jus vocari, & rapi permittebant. Vid. Jan. a Costa, *ad tit.* X. *de libell. oblat. p.* 375. (3). Apud Ciceron. *in Verrem.* III. 28. res demum indicabitur in judicio; sed id de Verre.

Ut proinde sciat reus &c.] Cui interdum tempus datum. Menard. *ad Ciceron. pro Rosc. Comoed. Cap.* 11.

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Jubet igitur Praetor* &c.

(2)

(2) Add. Schulting. *d. loc.* §. 3.
(3) Add. Schulting. *d. loc.* §. 1. ubi tamen insigne exstat vitium scripturae: nam pro *quia non edita actione* ACTOR *venire in jus non cogitur* omnino legendum REUS *venire* &c. Ceterum, quando actio edi debuerit, varie a Viris Doctis definitum est. Sunt, qui putent, editionem actionis fieri demum debuisse in jure, uti van Hees, *Diss. de Iis, quae antiq. ap. Rom. inter litig. ant. lit. cont. fieb. Cap.* 3. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 535. *seqq.* quem sequitur etiam C. F. Gluck. *in Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 317. *seqq.* Alii existimant, non quidem ex LL. XII. Tabb., sed ex Edicto Praetoris, necesse habuisse actorem, reo actionem edere, antequam in jus iretur. Ita Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 16. *seq.* Adsentitur tamen Vir Clar. *ibid. p.* 39. *seq.* Noodtio, *ad h. t. pr.* statuenti, omissa licet editione actionis, reum tamen necesse habuisse in jus ire, sed potuisse tunc tempus ad deliberandum postulare. Alii credunt, & in jus vocationem, & editionem actionis eodem tempore esse factam, uti H. J. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in Jus voc.* adj. *ej. Miscellan. p.* 251. *seq.* Denique Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 19. *p.* 122. *seqq.* distinguit inter actionis editionem *judicialem*, & *extrajudicialem*, & hoc pacto litem hanc componere studet. Quod nec displicet Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 533. Alios interpretes, qui de hac quaestione egerunt, ab iis, quos citavi, passim laudatos invenies.

§. 1.

Qui producat adversarium suum ad album, &c. (1)] Hinc lux Ciceroni, *Orat.* II. *in Catilin. Cap.* 3. ubi de obaeratis Catilinae satellitibus, *quibus ego, non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum Praetoris ostendero, concident* (2). Etiam *ad album sedentes* occurrunt apud Senec. *Epist.* XLVIII.

Adversarium suum.] D. Goth. *in not.* „ *Adversaria sua*, Alciatus &c." Notatus a Cujacio, *Obs.* VIII. 15. & Duareno, *Disp. Anniverf.* I. 13. (3).

(1) De *albo* vid. citatos superius ad *L. 1. pr. de Jurisd.* Pro *album* in aliis Libris male legi *alium*, notat Forner. *Rer. Quot.* IV. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 245. Quod & jam ante eum monuit Pius Antonius Bartolinus, in Gruteri *Lampade*, *sive Face Critica*, *Tom.* I. *p.* 717.

(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. add. de *h.* §. Noodt. *ad h. t.* vs. *Editio hic* &c.

(3) Vid. & Leonin. *Emend.* V. 8. *num.* 6. & Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 13. Alciato tamen adsentiri videtur Caldera, *Var. Lect.* I. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 601. Porro D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 19. *p.* 285. locum hunc sic emendat: *qui producat adversaria suum modo album* &c. Sed eum refutavit van Hees, & Marckart. *locc. modo citt.* Denique pro verbis *quod dictaturus est* Cujac. *Obs.* VIII. 15. legit *ex quo edicto acturus sit.* Sed non opus: *quod dictaturus est* dicitur pro *qua actione usurus est.* Vid. Noodt. *loc. modo cit.* & van Hees, *d. loc. p.* 538. *Quod* enim quis adversario *dictaturus est*, nihil aliud est, quam actio, qua in eum usurus est. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

Editiones sine die & Consule fieri debent,] Fab. *Cod. h. t. Def.* 2. (1).

Quoniam accepta, & data non alias possunt apparere, nisi dies & Consul fuerit editus.] Chrysost. περὶ ᾿Οζίου λόγος β. *Tom.* V. *p.* 137. [ed. Eton. ed. de Montfaucon. *Tom.* VI. *p.* 110.] (2).

(1) Additur: *ne quid excogitetur e die, & Consule, & praelato die fiat.* In Cod. Flor. inter *e* & *die* paulo recentius adscriptum fuisse *dito*, ut fiat *edito die*, eamque vulgatam lectionem esse, sed adeo suspectam Haloandro, ut verba haec *e die & Consule* omiserit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Gebr. & Spang. Quid sit *praeferre diem*, docet Cujac. *Obs.* III. 7. quem sequitur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Noodt. *ad h. t.* vs. *Hactenus* &c. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 2. *p.* 12. Majansf. *loc. supra cit. p.* 226. *seqq.*

Ali-

Aliter Idsing. *Varior. Cap.* 13. Hal. habet: *aut prolato die fiat. Prolato* mavult quoque Schroder. *Obs.* II. 11. *p.* 158. *seq.* Denique Sam. Petitus, *ad LL. Attic. Lib.* IV. *Tit.* 3. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* III. *p.* 408. *seq.* pro *praelato die* legit *prae lato die*: haud dubie male.

(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11.

§. 5.

Eis, qui ob aetatem, vel rusticitatem, &c.] Cujac. *Obs.* X. 14. (1).

(1) A quo tamen dissentit Schulting. *d. loc.* §. 12. qui rectius putat, non editis instrumentis, actorem iis deinde uti non posse. Edixerat enim Praetor, edenda esse instrumenta, quibus quis in judicio usurus esset. Vid. *praec.* §. 3. Proinde quae non edidit, iis uti quoque non potest.

L. II.

Si legatum petatur, non jubet Praetor verba testamenti edere: ideo fortasse, quia heredes &c. (1)] Idem in aliis casibus. Fab. *Cod. h. t. Def.* 10. add. *L.* 6. §. 2. & 9. *h. t.*

(1) Vid. de hac ratione Cujac. *ad Libb. Paul. ad edictum in expl. h. l.*

L. IV.

Argentariae mensae exercitores] De his, qui & *Trapezitae*, & *Danistae*, latissime Salmas. *de Foenore Trapezitico*. In quibus differant a nostris *Lombardis*, Idem, *ibid.* *p.* 514. *seq.* Quaedam Guil. Forner. *Select.* III. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 91.] Sed nonnulla male (1).

Mensae] De hac Salmas. *de Usur. Cap.* XVII. *p.* 510. *seq.* & *de Foen. Trapezit. p.* 527. (2).

Rationem, quae ad se pertinet,] *Cuique* excidisse putat Muretus, legens, *rationem cuique, quae ad se pertinet*, *Obs.*

Obs. Jur. Cap. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 139.] Potius supple ex *L.* 9. §. 3. *h. t.*

Edant adjecto die & Consule.] Supple ex *L.* 6. §. 2. *h. t.* add. Ranchin. *Edict. perpet. restit.* [in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 243.] (3).

(1) De *argentariis Veterum* duas Dissertationes erudite conscripsit Herm. Hubert, quae exstant in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. Alios citat Otto, *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 13. *circa fin.* add. Cujac. *in Comm. ad L.* 27. *D. de pact.* Jo. Fred. Gronov. *in Lect. Plautin. p.* 37. *seqq.* Majans. *loc. supra cit. p.* 221. *seqq.*

(2) Add. Hubert. *laud. Diss. p.* 25. *seqq.*

(3) Eodem modo, quo Ranchinus, Edictum hoc restituit Noodt. *ad h. t.* vs. *Tertia exceptio est* &c. Quod Edictum pluribus exposuit Hubert. *d. loc. p.* 111. *seqq.* & Majans. *d. loc. p.* 225. *seqq.* qui quoque putat, vocem *cuique* hic deesse.

§. 1.

Æquum fuit, id quod mei *caussa confecit*, &c.] Secus, si *alterius*. Idem in Notario. In *Sabaudia* tamen aliud obtinet. Fab. *Cod. h. t. Def.* 3.

Meum quodammodo instrumentum (1), *mihi edi.*] Add. *L.* 10. §. 1. *h. t.*

(1) Ejusmodi appositionibus & alibi usum esse Ulpianum, notat Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* L. 12. *p.* 37.

§. 2.

Sed recte (1) *Sabinus respondit, tunc id admittendum, cum patri quaestum refert.*] Nam si pater id permittat, posse filium sibi adquirere volunt. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 12. *Def.* 22.

(1) Sic & alibi Ulpianus Sabini sententiam honorifice comprobat. Vid. Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul.* *Cap.*

Cap. 8. §. 7. *num.* 2.] Ceterum Majans. *d. loc. p.* 230. haec verba ita accipit, ut iis sententia Labeonis a Sabino amplificetur.

§. 3.

Ac perinde in eum dandum est judicium,] *Dandum esse* edit. Charond. (1).

(1) Immo Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Charondas edidit *dandum est.*

§. 5.

Sed ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit:] *L.* 19. §. 2. *L.* 45. *de judic.*

Hoc enim primum deliquit, quod alio instrumentum transtulit.] Modo *dolo malo.* Vid. Cyriac. *Controv.* 132. *num.* 1. *seqq.* & *Controv.* 133. latius.

Quod si in alio loco argentariam exercet (1), *alibi autem* &c.] Tribonianum & hic accusat Faber; male. Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.*

(1) Hal. *exerceat*, & deinde *compellatur.* — De *seq. L.* 5. & *L.* 7. vid. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. ad Edictum.*

L. VI. (1).

(1) De *horreis* vid. citatos superius ad *L.* 3. §. 2. *de offic. Praef. Vigil.* — De voce *deploratus* in §. 1. vid. Nerium, *Analect.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 420. *seq.* Graeci vertunt ἄπορος.

§. 3.

Nec ullam rationem nuda duntaxat solutione debiti incipere:] Facit huc Cicero, *in Verrem.* I. 14.

Sed & quod solvi constituit argentarius edere debet:] Etsi diversum & solutione, & acceptione (1). *Constituit* esse

esse verbum Triboniani, & Ulpianum scripsisse *recepit*, putat Hotoman. *ad tit. de constit. pecun. num. ult.* Salmasius, *de Modo usur. Cap.* 16. *p.* 722. hoc quoque notat sine mentione Hotomanni, quod ipsi non insolens.

(1) Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde ait Praetor*, &c. Majans. *loc. supra cit. p.* 225. Hubert. *d. Diss. p.* 118. Praeterea pro *ultro citro* Vulg. habet *ultro citroque.* Taurellius *τῷ citro* asteriscos adposuit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang, qui tamen monet, hoc supplementum adeo coaevum esse, ut ab eadem describentis manu profectum possit videri, aut saltem a coaeva. Ipse quoque recte putat nihil mutandum; utrumque enim bene Latinum est. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Caligul. Cap.* 19.

§. 5.

Pertinere autem videtur ad me ratio,] Id est, *negociatio*, Caes. Costa, *Var. ambig.* II. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1212.] quod non placet (1).

Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet,] Scil. argentarius. Male & hic Faber hoc *quam mecum habet* vult esse ab imperito interprete. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Egit de hoc versiculo Hubert. *d. Diss. p.* 116. *seq.* — In *seq.* §. 9. *in fin.* verbis *rationes perdidisse probet* Hal. inserit *se.* Possit hoc pronomen facile repeti ex ultima syllaba in *perdidisse.* Sed saepius illud omittitur. Vid. notata inferius ad *L.* 35. *de pact.* — In §. *ult.* pro *nisi ex caussa* Hal. edidit *nisi caussa cognita.* Ita habent Graeci. Vid. Leunclav. *Notat.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506.

L. VIII.

§. 1.

Is autem, qui in hoc Edictum incidit, id praestat, quod &c.]

&c.] *L.* 12. *si quis caut. in jud. sist. causs. fact. non obt.* (1).

(1) In *fin. h. §.* Flor. legitur: *locum actio non habebit, neque augmentum, neque deminutionem.* Quae verba varie emendantur ab Interpretibus. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* τὸ *locum* expungit. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 548. corrigit: *locum haec actio habebit, neque ad augmentum* &c. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 7. pro *locum* legit *totum*, id est, prorsus. Aliter etiam Puttman. *Prol. de Caeca & illiberali sine arte critica Jurisprudentia*, §. 1. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 71, qui pro *locum* reponit *eo cum*. Jac. Voorda, *Interpr.* III. 8. verba haec sic emendat: *locum actionem habere; & neque augmentum, neque deminutionem.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 9. §. 3. *p.* 408. *neque ad augmentum.* Eodem modo jam edidit Hal. nisi quod vocem *ad* bis inserit. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. nihil mutat; sed verba haec sic interpungit *locum actio non habebit: neque augmentum neque deminutionem*, & subaudit *habebit actio.* Omnino sanum hunc locum esse, putat quoque Guil. Nicol. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarumd. Legum lectione*, *Cap.* 5. Lugd. Batav. 1740. Denique J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 12. *p.* 102. corrigit *locum in actione non habebit, neque augmentum, neque deminutio.*

L. I K.

Quaedam sunt personae, quas rationes nobis edere oportet: &c.] Add. Cyriac. *Controv.* 544. (1).

(1) Et Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Ceterum, quando locus sit huic *actioni in factum*, & quid ea petendum, recte docuit Voorda, *loc. modo cit.*

§. 1.

Sed si ei, antequam eas legatario traderet,] Τὸ *legatario* est a secunda manu in Cod. Flor. immerito damnatum. Pard. Pratej. *in Jurispr. med.* III. 24. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 570.] (1).

Re-

Renunciatum (2) *fuerit,*] Basil. διαμαρτυρίαν ἐδέξατο. [*Tom.* I. *p.* 384.]

Item antequam eas tradat, tenebitur.] Abesse notatur in edit. 1549. nec habent Basilic. (3).

Quod si nihil dolo fecerit: caussa cognita legatarius cogendus est edere.] Nihil hic carpendum. Huber. *in Eun. Rom. h.*

(1) In edit. Taurell. item Geb. & Spang. vox ea asteriscis est inclusa.

(2) Hal. & Vulg. *denunciatum.* Vid. Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Absunt etiam apud Haloandrum, sed in Cod. Flor. exstant, putem errore Librariorum. Forte primum Librarius verba *antequam eas tradat, tenebitur* ex praecedentibus errore iterum scripserat, deinde alius, sensus supplendi caussa, *item* addidit, forte ex ultimis literis vocis praecedentis *fecerit.*

§. 2.

Nummularios quoque &c.] De *Nummulariis* quaedam Salmas. *de Usur. Cap.* XVII. *p.* 497. *seqq.* (1).

(1) Et *de Foenor. Trapezit. p.* 547. Qui *nummularios* fuisse putat minores argentarios, vel argentariorum ministros. Eodem modo Cujac. *Obs.* X. 14. & Schulting. in *Enarr. h. t.* §. 15. Vid. & Hubert. *Diss. laud. p.* 14. *seqq.* & Majans. *Disp.* XLIX. *num.* 23. *seq.* Aliter Westenberg. *de Causs. Obligat. Diss.* V. *Cap.* 4. §. 5. & 6.

L. X.

§. 1.

Neque alios ullos absimiles *eis* &c.] Secus in *similibus. L.* 9. §. 2. *h. t.* Male haec suspecta Ant. Fabro. Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.*

Quia officium eorum &c.] De quo late Salmas. *de Usur. Cap.* XVII. & *de Foen. Trapezit. p.* 527. *seqq.* (1).

(1) Add. Schulting. *d. loc.* & Hubert. *d. Diss. p.* 30. *seqq.* — In *seq.* §. 2. pro *nam ratio, ni inspiciatur,* &c. Schroder. *Obs.* II. 11. *p.* 159. legi vult *nam ratio, ni ita inspiciatur,* &c. Sed non necesse, cum *ita, hoc modo,* &c. saepe subaudiendum relinquatur. Vid. van Dorp, *Obs. Cap.* 5. *p.* 38. Neque adeo etiam opus, inseri verba *a capite,* quae Hal. habet, & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Aut pro *inspiciatur* legere *incipiatur,* quod Hal. in margine notavit.

§. 3.

Poterit & tunc probare: & si non probabit, aut probantem Judex non curabit, &c.] *Potuit,* vel *poterat & tunc* &c. *probavit, aut — curavit,* ita legendum cum Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 554. Sic edit. 1548. & 1552. (1).

Fieri enim potest, ut nunc rationes, &c.] Collige, aliquando de re judicata iterum judicari. Vid. ad *L.* 60. *de cond. indeb.* (2).

(1) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 18. & Pothier. *in not. ad h. l.* qui meretur de hac Lege consuli.

(2) Add. Schulting. *loc. modo cit.* — Ad *seq. L.* 12. vid. Hubert. *laud. Diss. p.* 34. *seqq.*

TITULUS XIV.

DE PACTIS.

De pactis hic agitur *liberatoriis*; & hoc Edictum praecessit titulum *de in jus vocando*: facit *inscript. LL.* 1. 2. 4. & *seqq. h. t.* junct. *L.* 1. & *seqq. de in jus voc.* (1).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. tit. de edendo,* §. 1. & Noodt. *ad h. t.* & *de Pact. & transact. Cap.* 1. & 6. Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujacius,

Oper. prior. Tom. I. p. 934. seqq. & Hotoman. *Oper. Tom.* II.

L. I.

Hujus Edicti aequitas naturalis est,] Ac celebratur a Baldo variis locis. Cyriac. *Controv.* 129. *num.* 14. *seqq.* (1).

Quae inter eos *placuerunt,*] Leonin. *Emend.* I. 16. *inter homines:* non recte. Est mutatio sermonis, qualis non infrequens. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 1. (2). Bynkersh. *Obs.* VIII. 9. *inter reos* (3).

(1) Vid. etiam Noodt. *d. loc. Cap.* 1.

(2) Add. Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* III. 9. Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 6. *p.* 207. *seq.* Puttman. *Probabil.* II. 4. *p.* 34. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 4. Inepte adeo Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 10. conjicit, τὸ *humanae* malam versionem esse verborum τῶν ἀνθρώπων.

(3) Sic etiam Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* III. §. 4. & Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 187. Gronovius, *ad Grotium, de Jur. Bell. ac Pac.* II. 11. §. 1. *num.* 4. *inter quos.* Sed nulla emendatione opus.

§. 1.

Pactum autem a pactione dicitur;] Etymologia a caussa. Noodt. *d. loc. Cap.* 2. Nerius, *Analect.* II. 28. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 464] D. Goth. *in not.* „ Al. a *pago* &c.” Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 316. (1). De *pacto* & *placito* quaedam Isidorus, *Origin.* V. 24. inepte.

(1) Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 159. *seq.* Wachendorff. *Diss. de Pactis nudis, p.* 385. *seq.*

§. 2.

In idem placitum consensus.] Al. *et consensus*, & sic Graeci. [*Tom.* I. *p.* 719. εἰς ταὐτὸν ἀρεσὸν καὶ συναίνεσις.] (1).

(1) Sic etiam legit Noodt. *d. loc. Cap.* 2. Vid. & Charond. *Verisim.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 690. Immo in Pand. Flor. *et* additum, sed recenti manu, & inepte, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Τὸ *et* rejicit quoque Nerius, *Analect.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 404. Mihi parum interesse videtur, utram lectionem sequaris. In qua opinione stetisse quoque videtur Schultingius. Vid. *ej. Enarr. h. t.* §. 1. & sic etiam Vinnius, *de Pactis, Cap.* 1. In aliis Libris legi *placitus consensus*, refert de Retes, *Opusc. Lib.* II. *Sect.* IV. *Cap.* 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 157. *Duorum pluriumve* consensum pactum dici, ut distinguatur a *pollicitatione*, monet quoque Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 160. *seq.*

§. 3.

Conventionis verbum generale est,] Et *pacti.* Vinn. *de Pact. Cap.* 1. (1).

Id est, in unam sententiam decurrunt.] Sic συνδραμεῖν Zosim. *Histor.* IV. 38. add. *L.* 8. *Cod. de rescind. vend.* (2).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & Noodt. *loc. modo cit.* qui Ulpianum sic intelligit, quasi dixisset *conventionis verbum* etiam *generale est*, &c. Alii aliter. Vid. Cujac. *ad h. l.* & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 2. *h. t.* Merill. *Var. ex Cujac.* I. 7. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* VI. *Th.* 1. *Lit. a. p.* 212. *seq.* Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* IX. *Thes.* 1.

(2) Vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1382. Esse hanc τοῦ *convenire* notationem magis grammaticam, quam juridicam, dicit Bynkersh. *ad L. lecta. Cap.* 8. Sequentia verba *nullum esse contractum, nullam obligationem.* Caes. Costa, *Var. am-*

big. Jur. III. 22. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1261. ita accipit, quasi scriptum esset *nullum obligatorium contractum.* Sed an itaque ullus contractus est, qui non est obligatorius? Pro verbis *nisi habeat consensum* Grotius, *in Flor. Spars. ad h. l.* legit *nisi habeat conventum.*

L. II.

Labeo ait, convenire posse, vel re, vel per epistolam (1), *vel per nuntium; inter absentes* &c.] Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 43. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 495.] legit: *vel re inter praesentes, vel per epistolam, vel per nuntium inter absentes,* quasi ex Basilicis: non bene. Distinctionem post vocem *nuntium* delet Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 2. (2).

Vel re,] Quod est aliud, quam *tacite* (3).

(1) Flor. *epistulam.* Vid. notata superius ad *L. unic.* §. 4. *de offic. Quaestor.*

(2) Hoc etiam probat Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 161. & Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 88. Vulgatam lectionem contra Catharinum defendit quoque Marckart. *Prob. rec. lect. Part.* II. *p.* 80. *seq.*

(3) *Re*, id est, inter praesentes. Sic Cujac. *locc. citt.* item Noodt., Schroder., Gluck. *locc. citt.* Quae interpretatio confirmatur auctoritate Graecorum, qui locum hunc ita vertunt: συμφωνεῖ τις καὶ παρὼν, καὶ ἀπὼν δι' ἐπιςολῆς κ. τ. λ. Aliter Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 594. & Pard. Pratej. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 470. Forte etiam, ut mihi indicavit Cl. van der Keessel, *re* explicari posset *facto*, ut in *L.* 4. *pr. pro socio*, & hoc intelligi de conventione tacita, in qua consensus *facto* declaratur. Verba autem sequentia *sed etiam tacite consensu convenire intelligitur* accipi possent de tali conventione, quae adesse intelligitur Legis dispositione: quo sensu vox *tacita* etiam alibi occurrit, veluti in *Inscript. tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tacite contrah.* Ad qualem conventionem pleraque exempla, quae in *hac* & *seq. L.* 4. subjiciuntur, pro-

prie

prie pertinent. Verum quidem est, JCtum tunc omittere pacta expressis verbis inita *inter praesentes*. Sed eorum forte non meminit, quod, sic conveniri posse, res esset nimis nota.

§. 1.

Et ideo, si debitori meo reddiderim cautionem,] Quae datur in signum obligationis.

Videtur inter nos convenisse, ne peterem: &c.] D. Goth. *in not.* „ Praesumtione quadam. *L.* 24. *de probat.* " Non omnino. Vid. *L.* 14. *Cod. de solution.* (1). — Martial. *Lib.* VIII. *Epigr.* 37. Ambros. *de Offic.* I. 32. Augustin. *de Temp. Serm.* 120. quos citat Alteserra, *de Fictionib. Jur.* III. 9. add. Martial. *Lib.* IX. *Epigr.* 105. (2).

(1) Add. Noodt. *d. loc. Cap.* 2. & Vinn. *de Pact. Cap.* 12. *num.* 10. *seqq.* Minus bene hic Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* IX. *Thes.* 14.

(2) Quem locum Martialis citavit quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 12. sed vitiose.

L. III.

Nisi specialiter contrarium actum esse probetur.] Schol. Basilic. [*Tom.* I. *p.* 751.] Φησὶ γὰρ ὁ κανὼν, ὁ πρᾶγμα ἀναδοὺς τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐνοχῆς ἀπολύει τὸν λαμβάνοντα. Verbum *specialiter* frustra suspectum Fabro. Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.* (1).

(1) Vid. & Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 4. §. 1. *p.* 18. *seq.* Praeterea notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. post *dubium non est* in Cod. Flor. legi *jure*, sed cum ibi sensum non habeat, verbum hoc ab omnibus descriptoribus, & Editoribus, ipso etiam Taurellio, prorsus praetermissum esse. Ipsi autem Brencmanno probabile videtur, vocem illam a Librario prius omissam esse, deinde alieno loco positam, adeoque sic legendum conjicit: *debitum jure peti posse, dubium non est.*

L. IV.

Item, quia conventiones etiam tacite valent, placet in urbanis &c.] Forte ex more simili, ac *L.* 61. §. 8. *de furt.* (1). Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 2. putat e *rescripto* natum. Sed vid. *L. ult. Cod. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* Esse pactionem praesumtam, & a Lege subintellectam, vult Faber, *de Errorib. Pragmat. Dec.* LX. *error.* 9.

Invecta illata] Quae quomodo differant, non bene exponit Glossa Basilic. [*Tom.* I. *p.* 751.] (2).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 76. *Th.* 9. add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* qui verba *quia conventiones etiam tacite valent* e Glossa esse putat.

(2) Similiter verba *etiamsi nihil nominatim convenerit* non recte verterunt Graeci. Vid. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 26. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 787. — De *seq.* §. 2. agit Noodt. *loc. cit.*

§. 3.

Ex facto etiam consultus cum convenisset, &c.] *In continenti. L.* 40. *de reb. cred.* (1). Facit *L.* 2. §. 6. *de dol. mal. & met. exc.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. & sic etiam Noodt. *d. loc. Cap.* 12. Aliter Bynkersh. *Diss. de Pact. contractib. str. jur. in contin. adj. Cap.* 4. Sed vid. Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 161. *seqq.* Post verbum *consultus* subaudiendum *Julianus respondet*, notat J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. *p.* 32. ubi & alia similia exempla attulit. Vid. & Bynkersh. *d. loc.* Hal. habet *consulto*, deleta distinctione post τὸ *placet.* In fine Legis *atque si* dici pro *perinde atque si* observat Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 356. ubi & alia loca habet, in quibus *perinde* subaudiendum.

L. V.

Conventionum autem tres *sunt species*: &c.] Vid. Jac. Go-

Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 270. *seq.*] Leonin. *Emend.* II. 6. Carpit Caesar Costa, *Var. ambig. Jur.* III. 4. [in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1239.] (1).

Aut ex privata:] Videtur subintelligi *caussa:* sicque sunt alia *legitima pacta*, de quibus *seq. Lege.* Raevard. *Var.* IV. 1. legit *aut ex privata, aut legitima*, delens *τὸ privata* secundo loco positum (2), & *τὰ aut Juris Gentium* (3). Male. Vid. Stek. *Vindic. LL. anticrit. Cap.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 510.]

Publica conventio est, quae fit per pacem quotiens inter se (4) *Duces belli quaedam paciscuntur.*] Vid. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 7. (5). *Quae fit per pacem* non habent Graeci (6). Hal. legit *per Principem* (7), & Vinn. *de Pactis, Cap.* 2. *num.* 1. Cujacius, *ad h. l. per* explicat *propter*, ut *L.* 4. §. 1. *de hered. instit.* & hoc tantum exempli caussa poni, dicit Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 15. §. 1.

(1) Vid. & Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 164. *seqq.* qui etiam alios citat. add. Barbeirac. *Adnot. Gallic. ad Grotium, de Jur. Bell. ac Pac.* III. 22. §. 1. & Wachendorff. *Diss. de Pact. nudis, p.* 398. *seqq.* *Τὸ tres* defendit etiam *Schulting. in Enarr. h. t.* §. 2. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 7. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p* 63. *seq.* Sed pro *tres* legendum II*ae*, id est, *duae*, putat J. B. Koehler. *d. loc.* II. 9. §. 4. *p.* 68.

(2) Cui verbo Taurellius asteriscos adposuit, & recentioris notae illud esse videri, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Verba *aut ex privata* rejicit Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 30. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. qui sic legit: *Conventionum tres sunt species, aut enim ex publica caussa fiunt, aut legitima, aut Juris Gentium.*

(4) Etiam *τῷ se* asteriscos adposuit Taurellius, forte, quoniam sequens verbum *paciscuntur* passive accipi poterat, ut plura in Pand. Vid. Brencm. *d. l.*

(5) Egit de his verbis etiam Freher. *Parerg.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 915.

(6) Immo habent, licet verba haec paulo aliter verterint, hoc modo: ὡς ὅταν οἱ ϛρατηγοὶ πρὸς ἀλλήλους περὶ εἰρήνης συμφωνήσωσιν. *Tom.* I. *p.* 720.

(7) Hal. legit *per Principem, aut quoties* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed illa lectio Haloandrina *per Principem* displicet Noodtio, & Schultingio, *dd. locc.* Wachendorff. *Diss. laud. p.* 401. *seq.* unum tantum conventionis publicae exemplum hic adferri putat. J. B. Koehler. *loc. cit. p.* 67. legit: *quae fit per pacem, quotiens inter se Duces belli paciscuntur,* vel *quae fit per pacem, aut quotiens inter se Duces belli quaedam paciscuntur.* Mihi videntur duo exempla pacti publici hic ab Ulpiano allata, alterum in verbis *quae fit per pacem*, alterum in verbis *quotiens inter se Duces belli* &c. Neque propterea necesse, ut voculam *aut* inseramus: ubi enim verba conjuncta non sunt, ut hic, pro disjunctis sunt habenda. *L.* 110. §. 3. *de reg. Jur. Per pacem* vero interpretor *propter pacem*, seu *occasione pacis*, quam vim praepositionem *per* etiam alibi habere, docet Burman. *ad Quinct. Declam.* XIX. *Cap.* 8. add. citatos superius ad *L.* 14. *de Offic. Praesid. not.* 6.

L. VI.

PAULUS *Lib.* III. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. *h. t. L.* 7. *de nautic. foenor.*

Legitima conventio est, &c.] Ulpianus in verbis Legis praec. videtur magis respexisse ad *nexum*, *dotis dictionem*, *stipulationem*, & similia. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 8. (1).

Lege aliqua] Idem de *Edicto*, quod & *Lex* dicitur. *L.* 1. §. 2. *unde cognat.* (2). D. Goth. *in not.* „ Unde haec conventio dicitur ἐξ ἰδικοῦ νόμου, id est, *a privata Lege* esse." Melius *ex speciali Lege* vertitur in Basilic. add. Vinn. *de Pact. Cap.* 4.

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Proinde *legitima conventio* longe alio sensu hic sumitur a Paulo, quam ab Ulpiano in *praec. L.* 5. neque adeo duo haec

Frag-

Fragmenta a Compilatoribus Pand. bene conjuncta sunt. Jam tempore Pauli pacta fuisse legitima, quae actionem producerent, contra Fabrum, *in Ration, ad h. l.* docet Vinnius, *de Pactis, Cap.* 4. *num.* 2. & 3.

(2) Vid. Noodt. *d. loc. Cap.* 13, & add. Cujac. *ad Libb. Paul, ad edict, in expl, h. l.*

L. VII. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* §. 1, & 2. egit Noodt. *loc. cit. Cap.* 9. & Wachendorff. *Diss. de Pact. nud. p.* 491. *seqq. Lectionem cursoriam ad hanc Legem* scripsit Waechtlerus, de qua vid, Trotz, *in Praef. ad Waechtl. Opusc. p,* 59. *seq,*

§. 2.

Sed & si in alium contractum res non transeat, subsit tamen caussa:] Facit *L.* 8. *de praescr. verb,* D. Goth. *in not.* „ Id est, *dedi ut dares, aut faceres.*" & sic Scholiast. Basilic. [*Tom.* I. *p.* 752.] (1).

Eleganter Aristo Celso respondit, &c.] Ergo non ab initio hoc constitit. Jan. a Costa, *ad* §. 28. *Inst. de action.* (2).

Julianus scribit, in factum *actionem a Praetore dandam:*] Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 9. legit *ex facto*, vel *in facto*, id est, pro circumstantiis dandam actionem, modo *in factum civilem*, modo *de dolo.* Dein lectionem vulgatam retinens hanc quoque sic explicat, & putat, Ulpianum alibi, nempe *L,* 15. *de praescript. verb.* Juliani opinionem non improbare (3).

(1) *Caussa* itaque hic est *datio*, vel *factum.* Sic Schulting, *in Enarr. h, t.* §. 2. *circa fin.* & Wachendorff. *loc. modo cit.* Sed vocem *caussa* latiore sensu accipit Noodt. *d. loc.* & Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc. tit. p.* 220. *not,* 70.

(2) Sequitur in Lege: *Et ideo puto, recte Julianum a Mauriciano reprehensum* &c. Unde colligitur, Mauricianum in Juliani Digesta notas scripsisse. Vid. &

L. 25. §. 1. *de usufr.* & M. Tydeman. *Diss. de Ulpio Marcello*, *Cap.* 3. §. 10. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 88.

(3) Aliorum de hoc loco sententias recenset Wachendorff. *d. Diss. p.* 500. *seqq*

§. 3.

Si ob maleficium, ne fiat &c.] Hal. *si ut maleficium fiat:* male. Vid. Augustin. *Emend.* I. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1433.] Noodt. *d. loc. Cap.* 9. *in fin.* (1).

(1) Add. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 24. *p.* 159. *seqq.* & Theod. Jo. Alexand. Pagenstecher. *Specim. de Violentis emendat. in Jur. Civ. non admittendis*, *Cap.* 3. *p.* 85. Harderv. 1776.

§. 4.

Sed cum nulla subest caussa propter *conventionem*, &c.] *Praeter conventionem*, Joh. Fred. Gronovius, *Epist. ad Nic. Heins.* 70. [*Tom.* III. *Syllog. Epistol. Burmanni*, *p.* 76. *seq.*] (1).

(1) *Praeter* edidit quoque Hal. & legi vult Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & alii. Saepe hae voces confunduntur. Vid. Interpp. *ad Liv.* IV. 61. 10. Sed in edit. in 4to. ad vocem *propter* Schultingius adscripsit: „ Sed tunc [si scil. τὸ *propter* retineas] comma ante *propter* ponendum, & post *conventionem* delendum. Vinn. *de Pact. Cap.* 5. *num.* 15. & sic Taurell. & Charond." Et sic quoque Noodt. *d. loc. Cap.* 10. Wachendorff. *d. Diss. p.* 393. Schroder. *Obs.* II. 12. *p.* 170. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Praeterea ad seqq. verba *igitur nuda pactio* obligationem *non parit ibid.* Schultingius notavit: „ stricte sumtam, *mixtam* scil., definitam in *pr. h. l.*" add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3.

§. 5.

§. 5. (1).

Sed hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex continenti pacta subsecuta *sunt*, &c.] Ergo & statim postea facta esse sufficit (2). add. *L.* 3. *Cod. de Ædil. act.* Simile *L.* 25. §. 4. *de adq. vel omitt. hered.* junct. *L.* 9. §. 5. *de auct. & cons. tut.* Nec hoc negatur vs. *Idem Marcellus* &c. Sed ibi tantum ponitur exemplum, idque indubitabile, ut similiter *L.* 9. *pr. de minorib. L.* 8. *pr. de vulg. & pup. subst.* add. Vinn. *de Pactis, Cap.* 9.

Ut puta post divortium convenit, ne tempore statuto dilationis &c.] Vid. Schol. Basilic. *Tom.* I. *p.* 758. Divortium *contractum* esse ex *L.* 42. *de judic.* vult Cujac. *h.* sane est ejus loco: considera exemplum sequens. Verba *tempore statuto* non opus Triboniano adscribi. Bynkersh. *Obs.* VII. 19.

Hoc non valebit &c.] Exceptio enim mariti est juris & legitima, quae non potest tolli pacto ex intervallo adjecto. Duaren. *h.* Vinn. *de Pact. Cap.* 9. *num.* 3.

Et si in tutelae actione convenit, &c.] Tutela jam finita (3). Graeci, ἐπὶ τῆς κατὰ τῶν ἐπιτρόπων κινδυμένης ἀγωγῆς. [*Tom.* I. *p.* 721.]

Ea enim pacta insunt, quae legem contractui dant:] Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 267.] (4).

Id est, quae in ingressu &c.] *Id est* pro *veluti* (5).

Idem responsum scio a Papiniano,] *L.* 72. *de contrah. emt.*

Extra naturam contractus] Id est, *extra substantiam*, Cujac. *Obs.* II. 15. add. *L.* 72. *de contr. emt.* & Vinn. *de Pact. Cap.* 9. §. 4. *seqq.* (6).

Sed ex parte rei locum habebit pactum: &c.] Facit *L.* 72. *de contrah. emt.*

(1) *Declarationem ad h.* §. edidisse Julianum Aurelium, notat Clar. Saxius, *in Onomast. Literar. Part.* III. *p.* 192.

p. 192. Quod Aurelii Opusculum in Bibliotheca Juridica Lipeniana, ejusque Supplementis, frustra quaesivi.

(2) Praeter Vinnium, *loc. cit.* idem etiam docuere de Retes, *Opusc. Lib.* II. *sect.* 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 158. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 11. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. Bynkersh. *Diss. de Pact. str. jur. contract. adject. Cap.* 1. aliique. Dissentit tamen Donell. *in Comm. ad L.* 13. *Cod. h. t.* quem sequitur Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* IX. *Th.* 33. & Wachendorff. *d. Diss. p.* 510. quorum sententiam praeferre quoque videtur Gluck. *loc. supra cit. p.* 260. De ipsa locutione *ex continenti* vid. & Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 389. Sequitur in Lege: *ex intervallo, non inerunt.* Hal. *si ex intervallo*, &c. Immo particulam *si* in ipso Cod. Flor. adscriptam esse, sed recentius, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Addens τὸ *si* facile excidere potuisse ob praecedens verbum *insint.*

(3) Vid. Cujac. *ad h. l.* & Noodt. *d. loc.*

(4) Add. quae notavit Schulting. ad *L.* 23. *de reg. Jur.*

(5) Add. Noodt. *d. loc.* Plura de hoc usu verborum *id est* notarunt Curtius, Εἰκαστῶν, I. 23. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 114. *seq.* Mercer. *Opinion.* I. 16. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 1580. *seq.* Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 273. Van der Waay, *Diss. ad L.* 26. *de oper. libertor. Cap.* 2. §. 9. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 255. *seqq.* H. Cannegiet. *Obs.* I. 8. *p.* 45. & *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 73.

(6) Add. Noodt. *d. Cap.* 11. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. *seq.*

§. 6.

Adeo autem bonae fidei judiciis exceptiones &c.] De hoc §. vid. Huber. *in Eun. Rom. h.* Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 11. Facit. *L.* 43. *h. t. L.* 3. *de rescind. vend. L.* 72. *de contrah. emt.*

Exceptiones] D. Goth. *in not.* „ Al. *pactiones.* &c. Possis legere *hac pactiones*, id est, nudae postea factae, & ad-

additae." Id, quod mihi non displicet: exceptiones alioquin insunt semper, atque ita nihil caussae, cur addatur *quae ex eodem sunt contractu.* (1) Sed *excipi* hoc sensu (2) apud Paul. *in Sent.* IV. 12. §. 2. *L.* 43. *h. t.*

Quae ex eodem sunt contractu,] D. Goth. *in not.* „ Puta quae super pretio interponuntur, vel alia re simili. Duaren. *h.*" Merill. *Obs.* VII. 38. ubi recedit ab eo, quod statuerat, *Obs.* III. 21. Basilic. κατὰ φύσιν τοῦ συναλλάγματος. [*Tom.* I. *p.* 721.] (3).

Ut quodammodo quasi renovatus *contractus videatur?*] Non opus dici *renovantem*: hoc rectum. Bachov. *Adv. Fabr. Dec.* 97. *error.* 1.

Quod non insubtiliter dici potest.] Sed insubtiliter Zoesius, *ad h. t. num.* 16. dicit, hoc pactum non tenere.

Quasi repetita partis emtione.] *Parte emtionis*, Bynkersh. *Obs.* V. 25. *num. ult.* (4).

Sed cum duo heredes emtori &c.] Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 97. *error.* 4. quem in multis refellit Bachovius.

(1) Quae in nota sequuntur recentiore manu a Schultingio addita sunt.

(2) Nempe pro *pacisci.* Vid. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 6. Neque adeo ulla emendatione opus. add. praeter Noodtium, *loc. cit.* Raevard. *Varior.* II. 13. Averan. *Interpr. Jur.* I. 14. *num.* 15. *seqq.* Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 3. §. 1. *p.* 13. *seq.*

(3) Sequitur in Lege: *Et haec ita Pomponius Libro sexto ad Edictum scribit.* Ad quae verba Gebauer. simpliciter notat, Taurellium *in Adnotat. suis* agnoscere quidem, haec verba ita exstare in Cod. Flor., sed Pomponium tantum *ad Sabinum* & *Plautium*, non vero *ad Edictum* scripsisse. Miror, non addidisse Gebauerum, hac in re Taurellium falli, ut docuit Wieling. *ad Ind. Alphabeth. JCtor.* in *Jurispr. restit. p.* xc.

(4) Eodem modo in *L.* 115. *de V. S.* dicitur *juris proprietate* pro *jure proprietatis.* Vid. H. Cannegiet. *Obs.* IV. 7. *p.* 398. item *damni culpam* pro *damnum culpa* in *L.* 45. §. 4. *ad L. Aquil.* ut ad eam Legem no-

notavit etiam Schultingius. Alia exempla habet Puttman. *Interpr.* & *Obs.* *Cap.* 8. *p.* 34. *seqq.* & Schulting. *ad Quinct.* *Declam.* XII. *p.* 259. edit. Burman. Vulgatam tamen lectionem *partis emtione* tuetur J. B. Koehler. *Interpr.* & *Emend.* I. 5. §. 3. *p.* 31. *seq.* quem laudat, & sequitur Gluck. *Ausfuhrl.* *erlaut.* *der Pand.* *nach Hellfeld*, *hoc tit.* *p.* 262. Praeterea idem Koehler. *d.* *loc.* quoque vult cum Bynkershoekio vocem *ait* sequentis §. geminare, ut in fine *h.* §. legatur, *utrumque itaque recte placet*, & *quod Julianus*, & *quod Pomponius ait.* Eodem modo Bondam. *Animadv.* *critic.* *ad loc.* *quaed.* *Jur.* *Civ.* *deprav.* *Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 234. Sed verbum *ait*, aut simile saepe relinquitur subaudiendum. Vid. notata superius ad *L.* 8. §. 1. *qui satisd. cog.* Notat etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. admodum singulare esse, quod hic in membrana Etrusca post vocem *Pomponius* punctum coaevum reperiatur absque spatio, quasi Librarius sollicite cavere voluisset, ne legatur *Pomponius ait. Praetor* &c.

§. 7.

Ait Praetor: pacta conventa, quae neque dolo malo, neque adversus Leges, &c.] Idem ex sententia Praetoris de Jure alio. Noodt. *de Pact.* & *transact.* *Cap.* 19. — Paulo aliter edixisse se, dicit Cicero, *ad Attic.* VI. 1.

Pacta conventa,] Salmas. *de Modo Usurar.* *Cap.* 12. *p.* 512. pactum conventum de *scripto* accipit: male (1).

Quae neque dolo malo,] Cicero, *de Offic.* III. 24. *nec vi*, *nec dolo malo* (2).

Neque adversus Leges,] *L.* 7. §. 3. *h.* *t.*

Edicta Principum,] *Decreta* addunt alii (3).

Neque quo fraus cui eorum fiat,] *L.* 30. *de Legibus.*

(1) *Pacta conventa* Praetorem intelligere *pacta nuda*, quibus convenit *ne petatur*, docet Schulting. *in Enarr.* *h.* *t.* §. 1. & 3. & *ad Paul.* *Sent.* I. 1. *not.* 2. *in fin.* in *Jurispr.* *Antej.* *p.* 218. Eodem modo Noodt. *de*

de Pact. & *transact. Cap.* 2. *seqq.* & *Cap.* 6. *seqq.* Wachendorff. *d. Diss. p.* 533. *seqq.* Gluck. *loc. cit. p.* 45. *seqq.* aliique. Sed Vinn. *de Pact. Cap.* 1. §. 8. *seq.* putat, Praetorem hic etiam de *contractibus* edixisse. Quod etiam vult Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* III. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1237. Aliter quoque Rich. *Vindic. Praetor. Rom. p.* 59. *seqq.* ubi late contra Noodtium disputat.

(2) Conf. Cujac. *ad Paul. Sent.* L. 1. *not.* 8. in *Jurispr. Antej. p.* 219. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 26. Noodt. *loc. cit. Cap.* 15.

(3) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brenchm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Glossam esse dicit nescientis, Principes etiam edicere, non unice Praetorem. Florentinam lectionem secutus quoque est Heinecc. *in Restit. Edict. Perpet. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 341. Vid. Zepernick *de Judicat. Centumv.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 378. *in not.* Sed lectionem *Edicta, Decreta Principum* praefert Noodt. *d. loc. Cap.* 16. & Wachendorff. *laud. Diss. p.* 544.

§. 8.

Pactorum quaedam in rem sunt, quaedam in personam.] Cicero, *ad Attic.* XI. 7. opponit *nominatim*, & *re ipsa*: *Poterat enim sine nomine, re ipsa excipi.*

Id est, ne a Lucio Titio petam.] *Id est* pro *verbi gratia*: sic §. 5. *h. l.*

Non minus ex verbis, quam ex mente convenientium, &c.] D. Goth. *in not.* „ Id est *non magis* &c." Sic legit Fab. *in Rat. ad h. l.* non recte. Est ὑστερολογία (1). Vid. ad *L.* 25. §. 8. *fam. ercisc.* & *ad L.* 1. *de V. S.*

(1) Vid. Noodt. *d. loc. Cap.* 4. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 15. Wachendorff. *laud. Diss. p.* 541. *seq.* qui notat, hoc jam olim ab Heraldo observatum esse. Alia similia exempla vide apud auctores citatos ad *L.* 1. *de V. S.* add. Noodt. *d. loc. Cap.* 10. *in fin.* Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 11. *not.* 2. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 96. — Ad *seq.* §. 9. Vid. Noodt. *d. loc. Cap.* 15. & *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 2.

§. 10.

§. 10.

Sed si fraudandi caussa pactum &c.] *De non petendo.*

Fraudandi] Damnum inferendi, Cujac. *h.* (1).

Inest enim dolo & fraus.] *L.* 79. *de reg. Jur.* De *dolo* §. 7. *h. l.*

(1) Add. Noodt. *d. loc. Cap.* 15. & Best. *de Rat. emend. LL. Cap.* 3. §. 9. *seqq.* Pro *adicit*, ut Flor. est, Hal. edidit *adjicit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Senator.* Vulg. habet *edicit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 11.

Nocebit exceptio,] Id est, *replicatio* juxta Graecos (1). Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 15. sumit pro *pactio*, (2) & *nocebit* pro *non proderit.*

Propter haec verba Edicti, neque fiat.] Muret. *Obs. Jur. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 139.] *neque quo fraus cui eorum fiat*, ex siglis *N. Q. F. C. E. fiat*: quod tamen dubium (3).

(1) Quos hic sequitur J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 4. *p.* 37.
(2) Conf. notata ad *praec.* §. 6. *not.* 2.
(3) Hanc Mureti conjecturam parum probabilem dicit Heinecc. *loc. modo cit. p.* 342. Non necessariam, Noodt. & J. B. Koehler. *dd. locc.*

§. 12.

Quod fere novissima parte pactorum &c.] D. Goth. *in not.* „Id est, *instrumentorum* &c." add. *L.* 71. *pro socio* (1).

Rogavit Titius, spopondit Maevius: haec verba non tantum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis.] *Rogari* quippe potest & *stipulando*, ut apud Plaut. *in Pseudol.* IV. 6. *vs.* 8. (2), & etiam verbis *pacti*, non *stipula-*

tio-

tionis, quae olim erant *solennia*. §. 1. *Inst. de verb. oblig.* Emendat (3) Bynkersh. *Lib. sing. ad L. lecta. Cap.* 5. Sed non probatur mihi. Sensus bonus, non esse hoc tantum *pactum*, sed & *stipulationem*: & postea Bynkershoek. ab emendatione recedit, alium tamen dat sensum, & iterum in emendationem inclinat. (4) Est ὑστερολογία pro *non tantum stipulationis loco accipiuntur*, *sed etiam pactionis*. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 10. *in fin.* (5).

Nisi contrarium specialiter adprobetur &c.] A Triboniano haec esse, censet Huber. *in Eun. Rom. h.* qui plurima habet parum exacta. Idem voluit Hotoman. *Obs.* VII. 3. (6) refutatus a Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 27. *Lit. e. p.* 801.

Quo *non animo*] Al. *quod* (7). Basil. ὡς. Schol. Basilic. ὅτι.

(1) Item Noodt. & Bynkersh. *locc. mox a Schult. citt.* Vid. & Wachendorff. *d. Diss. p.* 483.

(2) Et I. 1. *vs.* 112. *seqq.* & *in Bacchid.* IV. 8. *vs.* 37. *seqq.*

(3) Et quidem varie: vel enim legit *haec verba non etiam pactionis loco accipiuntur*, *sed tantum stipulationis*; vel, *haec verba tantum stipulationis loco accipiuntur*, *sed non etiam pactionis*; vel denique, *haec verba non tam pactionis loco accipiuntur*, *quam stipulationis*.

(4) Quae in nota sequuntur, recentiore manu, quam priora, a Schultingio adscripta sunt.

(5) Vulgatam lectionem tuentur Huber. *in Eun. Rom. p.* 108. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 2. §. 1. *p.* 7. *seqq.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 4. *p.* 36. *seq.* Sed Wachendorff. *d. Diss. p.* 485. *seq.* Noodtii conjecturam cum Huberi sententia putat conjungendam.

(6) Et Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 14. *seq.* Sed quem refutavit Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 236. *seq.* Vid. & Wachendorff. *d. loc. p.* 486. *seqq.*

(7) Sic etiam edidit Pothier. *ad tit. de verb. oblig. num.* 5.

§. 13.

Ne pro (1) *judicati, vel incensarum aedium agatur,*] Quae ambae actiones ex XII. *Tabb.* Merill. *Obs.* VII. 25. (2).

(1) Hal. *ne judicati*, &c. Alii etiam aliter. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse mavult *ne pro judicato, vel incensarum* &c. *Ne judicati* edidit quoque Pothier. De *actione incensarum aedium* quaedam notat Houck. *Diss. de Offic. Praef. Vigil. circa incendia &c.* §. 18. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 230. *seq.*
(2) Add. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 3. §. 6. *not.* 18. & Noodt. *d. loc. Cap.* 16.

§. 14.

Nam & de furto pacisci Lex *permittit.*] XII. *Tabb.* Gell. *Noct. Attic.* XX. 1. (1).

(1) Add. Noodt. *d. loc. Cap.* 13.

§. 15.

Sed & si quis paciscatur, &c.] Ex post facto, Cujac. *h.* Vid. *L.* 27. §. 3. *h. t.*

Secundum Pomponium valet pactum.] Ut excuset a *culpa lata.* Noodt. *de Pact. & Transact. Cap.* 19. (1).

(1) Is igitur locum hunc aliter interpretatur, quam Cujacius, cujus sententiam sequitur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 29. Noodtium refutavit Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der. Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 318. hac ratione, quod lata culpa dolo aequiparetur, adeoque non magis videatur pactum valere posse, ne *lata culpa* praestetur, quam ne *dolus* praestetur. Alii putant, *tacite* quidem conveniri posse, ne dolus praestetur, veluti *si quis paciscatur, ne depositi agat;* non autem *expresse.* Ita Faber, *in Rat. ad h. l.* etiam Pothier. *in not. ad. L.* 27. §. 3. *h. t.* Sed hanc sententiam plu-

pluribus destruxit Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVI. 6. *p.* 876. Omnium optime itaque videri possit cum Cujacio, & Schultingio intelligere pactum ex post facto interpositum. Rejicit quidem distinctionem illam inter *dolum futurum*, & *praeteritum* Leyserus, *Medit. ad Pand. Spec.* 516. *Medit.* 1. *&* 2. & putat, utrumque dolum a sciente remitti posse, sed eum recte refellit Gluck. *d. loc. p.* 317. Obstat tamen Cujacii, & Schultingii sententiae *L.* 27. §. 3. *h. t.* ubi Paulus praemittit: *illud nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur*, quod manifesto accipiendum de *dolo futuro*. Addit, *quamvis si quis paciscatur, ne depositi agat*, &c. quae exceptio itaque, seu doctrinae prioris limitatio eodem modo videri possit intelligenda. Hinc Donell. *loc. modo cit.* putat, pactum illud *ne depositi agam* non quidem depositario prodesse ad hoc, ut de dolo non teneatur, sed ut absolvendus sit, si dicat, se rem amisisse, nisi alter probaverit, rem adhuc apud depositarium esse, eumve rem dolo malo amisisse. An recte, alii viderint. Equidem in Lege nihil reperio, unde haec sententia possit exsculpi. Potius observo, voculam *quamvis* saepe quidem, non tamen semper, habere sensum corrigentis, seu excipientis. Elegans exemplum est in *L* 11. *pr. ad L. Aquil.* Vid. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 7. & saepius *quamvis* sumi pro *licet* cum apud Nostros, tum etiam apud alios scriptores Latinos, docet Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* I. 5. Quod si hic quoque admittas, sensus Pauli huc redibit: licet valeat pactum, quo is, qui rem suam apud aliquem deposuit, promittit, se depositi non acturum, quamquam hoc pactum etiam in se contineat conventionem, ne de dolo forte commisso agatur; tamen in antecessum nulla pactione effici posse, ne dolus praestetur.

§. 16.

Et generaliter,] *Sed generaliter* mallet Leonin. *Emend.* VII. 24.

Quotiens pactum a jure communi remotum (1) *est,*] Sic Alcuin. *de Arte Rhetor. p.* 375. *Scelus quod remotum sit ab omni lege & aequitate.*

Nec legari,] *Nec legatum* Cod. MS. teste Charond.

 Mu-

Muretus, *Obs. Jur. Cap.* 10. [in Thes. Ottott. *Tom.* IV. *p.* 139.] *nec allegari:* quod non probo. Basil. οὐδὲ λιγγατεύειν. D. Goth. *in not.* „ *Nec ligat* Chesnay apud Cujac. *Obs.* I. 24." Qui dissentit, & Legem explicat ex *L.* 112. §. 3. & 4. *de Legat.* 1°. Vid. & Huber. *in Eun. Rom. h.* (2).

Ne quis agat,] Expungit Leonin. *Emend. d. loc.* nisi addatur *furti*, vel *depositi*, vel simile.

(1) Id est, contra jus commune. Schult. *in Enarr. h. t.* §. 27.

(2) Aliter de Retes, *Opusc.* VIII. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 393. qui putat *legari* hic dici pro *ligari*. Sed Graecos sequitur etiam J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 4. *p.* 21. *seq.* Ipse Schulting. *loc. modo cit.* lectionem Florentinam non quidem mutat, sed ab ipso Ulpiano esse, adseverare non audet. Vid. & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 142. *p.* 250. *seqq.* qui hic quoque deprehendit vestigium doctrinae Stoicorum de jurejurando. Pro *nec jusjurandum de hoc adactum* Vulg. male habere *nec jusjurandum de hoc exactum*, recte notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 8. §. 2. *de in jus voc.* Totum hunc locum a Triboniano esse, censet Faber, *in Rat. ad h. l.* Sed eum refutavit Huber. *loc. cit.*

§. 18.

Marcellus in similibus speciebus, &c.] Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) Ubi disputat contra Fabrum, hic etiam quaedam Triboniano adscribentem. Explicuit hunc §. Majans. *ad* 30. *JCt. Fragm. Tom.* II. *p.* 267. *seqq.* Praebere hunc locum specimen variatarum sententiarum, notat Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 161. *p.* 315. ubi & alia exempla habet. De verbo *apiscatur*, pro quo Hal. habet *adipiscatur*, vid. quae notavi ad *L.* 93. *de reg. Jur.* In Cod. Flor. recentiorem manum *di* adscripsisse, ut fieret *adipiscatur*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *nam & hic doli ex-*

cep-

ceptionem profuturam Hal. & Vulg. habent *nam & huic doli* &c. *Hic* prò *huic* etiam scriptum in *L. 7. de feriis.* ubi vid. notata. In ipso archetypo literam *u* inter versiculos adscriptam esse, notat Brencm. *d. loc.*

§. 19.

Hodie (1) *tamen* &c.] Vid. Huber. *in Eun. Rom. p.* 117. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 21. (2).

Ita demum pactio hujusmodi creditoribus obest,] In casu §. 17. *h. l.* Vid. Vinn. *de Pactis, Cap.* 17. De aliis casibus vid. Mevium, *ad Jus Lubec.* III. 1. *Art.* 13. per totum.

Si vero dissentiant, tunc Praetoris partes necessariae sunt,] Add. *L.* 54. §. 1. *de manum. testam.*

Qui decreto suo sequetur majoris partis (3) *voluntatem.*] Vinnius, *de Pact. d. loc.* Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 22. *Def.* 27. *seq.* Cooren, *Cons.* 8. late. — Non etiam debitore vivo. *Cons. JCtor. Batav. Part.* I. *Cons.* 218. (4). Aliter *Consil. Ultraject.* III. 97. male.

(1) *Hodie*, id est, post rescriptum D. Marci, cujus mentio in *seq. L.* 10. quae cum hac jungenda. Sic etiam Brisson. *Sel. Antiq.* I. 3. *in fin.*
(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 36.
(3) Quae autem habenda sit major Creditorum pars, exponitur in *seq. L.* 8. ad quam vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Respons.*
(4) Add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 23.

L. IX.

Nec non & unus tutor plurium pupillorum nomine unum debitum &c.] *Pupillorum non unum* &c. Faber, non improbante Hubero, *in Eun. Rom. h.* Basilic. nihil mutanti add. Cujac. *h.* [& *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*]

Nam (1) *difficile est, ut unus homo* &c.] D. Goth. *in not.*

not. „ Immo, non difficile est. Vid. *L.* 59. *in fin. ad SCtum Trebell.*" add. *L.* 30. §. 1. *de inoffic. test. L.* 2. *de his quae ut indign.*

(1) *Nam* hic dici pro *sed*, putat Pothier. *in not. ad h. l.* quem vide.

L. X.

Num exemplum praesentium absentes sequi debeant?] Et partem consequi. *Num — sequi debeant?* id est, *sequi debent* (1).

Sed an & privilegiariis absentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur: &c.] D. Goth. *in not.* „ Fuit enim haec quaestio maxime vexata " &c. add. Cujac. *h.*

Et repeto (2),] Sic quoque Virgilius (3), & Cicero, *Pro Archia Poët. in pr.*

Fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet,] D. Goth. *in not.* „ Atqui in omnibus habere videtur. *L.* 46. §. 3. *de jur. fisc.*" Sed vid. *L.* 6. *eod.* Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand. p.* 445. [*m. p.* 348. *fin.* edit. Lugd. 1760.] accipit *de poenis:* quod non probo (4).

Et ceteros privilegiarios exemplum creditorum sequi oportere.] Accipiendo partem; in qua parte privilegium manet salvum. *L.* 58. §. 1. *mandat.* Pone, heredem postea desinere esse solvendo (5).

Haec enim omnia in illis creditoribus, qui hypothecas non habent, conservanda sunt.] Add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 22. *Def.* 28.

(1) Vid. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 21. Usitata loquendi forma. add. van Dorp, *Obs. Cap.* 7. *p.* 55. & auctores ibi citatos.

(2) *Repeto*, id est, *recordor*, subauditur scil. *memoria*. Vid. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 5. *p.* 38. *seqq.* Aliter Waechtler. *in Lect. cursor. ad L.* 7. *h. t.* Vid. Trotz. *in Praef. ad Opusc. Waechtler. p.* LX.

(3) Veluti *Æneid.* III. *vs.* 184. *& Lib.* VII. *vs.* 133. quae aliaque loca habet J. B. Koehler. *loc. cit.* ubi & refutavit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* III. §. 5. qui pro *repeto* legi vult *reperio.*

(4) Egit ea de re etiam Forner. *Selection.* III. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 106. & Huber. *in Praelect. ad tit. D. qui potior. in pign.* §. 38.

(5) Eodem modo Noodt. *d. loc. Cap.* 21. & Vinn. *de Pact. Cap.* 17. *num.* 8. Aliter Leonin. *Emend.* V. 15. Cujacius, *h.* pugnam agnoscit inter hanc Legem & *L.* 58. *cit.* quem sequitur Pothier. *in not. ad h. l.* Neque ab hac sententia alienus videtur ipse Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 36. *circa fin.*

§. 2.

Ut puta si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit,] *L.* 7. §. 2. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* (1). Facit *L.* 50. *de procurator.*

Qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita & prodesse.] Junge *L.* 12. *L.* 16. *h. t.*

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 11. & *L.* 13. *h. t.* Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 27. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 3. Ad verba praecedentia *qui exceptione pacti uti non possunt* notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. τὸ *uti* Florentiae olim non fuisse, & licet subantique, trepidanter tamen, & subtimide adscriptum videri. Poterat certe abesse.

L. XII.

ULPIANUS *Lib.* IV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 10. *h. t.* (1).

(1) De *Libris Adsessoriorum*, quorum mentio fit in Lege, vid. Perrenon. *Animadv.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 643. qui putat, in iis contenta fuisse, quae Magistratibus JCti suaserant; & sic etiam P. N. Arntzen. *Diss. de Masur. Sabin. Cap.* 7 §. 7. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 56. Forte non male, licet certo definiri nequeat. Vid. Ze-

pernick. *de Judicat. Centumv.* adj. *Sicoam. de Judic. Centumv. p.* 372. Egit de hac *L.* 12. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 27. — In inscriptione, *seq. L.* 13. loco *Paulus* etiamnum in Cod. Flor. esse *Ulpianus*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quod indicare minus recte omisit Taurellius, cujus tamen scripturam *Paulus* Brencman. quoque putat probabiliorem. — De *Magistro societatis*, cujus mentio fit in *seq. L.* 14. vid. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. p.* 134. — Cum. *L.* 15. conjungenda est *L.* 22. *de adm. & peric. tut.* Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 15. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 25.

L. XVI.

Doli exceptio nocet:] Ut in *L.* 10. *in fin. h. t.*

§. 1.

Petenti ei (1) *pretium*, &c.] Procuratori, qui vendidit.

(1) D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 8. *p.* 64. pro *ei* legit *ejus*, & locum hunc quoque paulo aliter interpungit, ac vulgo fit.

L. XVII.

Si tibi decem dem, & paciscar, ut viginti mihi debeantur, &c.] Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 12. (1). Hodie ex caussa *donationis* id valere, censet Cujac. *h.*

(1) Et Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Vid. & Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Bynkersh. *Diss. de Pact. contract. str. jur. in contin. adj. Cap.* 5. Aliter Merill. *Var. ex Cujac.* I. 8. & de Retes, *Opusc. Lib.* II. *Sect.* IV. *Cap.* 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 164. contendentes, pacta contractibus stricti juris in continenti adjecta etiam a parte actoris inesse.

§. 2.

§. 2.

Tollitur autem per exceptionem, quotiens (1) *paciscor, ne petam.*] Aliud si jus hypothecae remittam (2). Vid. ad *L.* 5. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* & Noodt. *d. loc. Cap.* 13. Dissentit Cujac. *h.* [& *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*]

(1) De hujus vocis scriptura vid. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de Orig. Jur. not.* 1.

(2) Hypotheca enim, uti nudo pacto constituitur, ita & eodem potest tolli; sed si paciscar, ne *debitum* petam, hypotheca demum liberatur per exceptionem. Ita Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 82. §. 8. & Noodt. *loc. cit.* & *Probab.* II. 8. qui etiam de priore hujus §. parte egit, *Obs.* II. 8. Contradixit quidem Noodtio Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 256. *seqq.* Sed eum refutavit Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 279. *seqq.* Cum Noodtio facit quoque Wachendorff. *Diss. de Pact. nud. p.* 553. Egit de *h.* §. quoque Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 16. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 623. Sed parum accurate.

§. 3.

Sed ut ab herede petatur.] Exstant in Basil. [*Tom.* I. *p.* 725.] Mallem abesse cum Noodtio, *d. loc. Cap.* 4. & aliis (1).

(1) Sic etiam Wachendorff, *d. Diss. p.* 543. Sed dissentit J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 7. *p.* 43. putans, verba haec sollicite ab ipso Paulo, vel saltem a Triboniano, adjecta, ne quis de pacto *in rem* intelligeret.

§. 4.

Hoc Julianus scribit in patre, qui pactus erat, ne a se, neve a filia peteretur; cum filia patri heres exstitisset.] Vinn. *de Pact. Cap.* 12. *num.* 13. *Cap.* 13. *num.* 3.

Cap. 15. *num.* 8. Cujac. *h.* (1). Et liberi tamen patri adquirunt: ratio in *L.* 130. *de verbor. oblig.* (2).

(1) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* qui tamen filiae concedit *exceptionem doli*; & sic etiam Vinnius, *d. Cap.* 15. Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 35. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 3. *p.* 238. *seq.* qui intelligit hunc §. de filia in patris potestate non constituta.

(2) Add. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 24.

§. 5.

Secundum Sabini autem sententiam, etiam si in personam conceptum est, & in emtorem (1) *valet.*] Venditore vivo, Cujac. *h.* [& *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*]

(1) D. Goth. *in not.* „ *In emptore* rectius." Sed vid. notata superius, *pag.* 3. *in fin. & seq.*

§. 6.

Neque nocere, neque prodesse, plerique putant.] D. Goth. *in not.* „ Immo prodest. *L.* 22. *in fin. de pec. const.*" Sed ibi agitur de *constituto*, quod alteri obligationi accedit. Cujac. *h.* (1).

(1) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Charond. *Verisim.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 749. *seq.*

L. XIX.

Adquirent exceptionem:] *L.* 7. §. 2. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* In *seq. L.* 20. verbis *vel is quasi defensor* &c. τὸ *is* reformatum esse in *si*, sed recentius, atque ita Vulg. habere, apud Hal. vero neutram voculam exstare, & forte rectius Taurellium exhibuisse, ut quondam obtinuit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXI.

§. 1.

Quod si servus, ne a se peteretur pactus fuerit, nihil valebit pactum.] Nec enim cum servo est judicium (1).

Et si in rem paciscatur, &c.] Huber. *in Eun. Rom. h. at si in rem* &c. Forte male; melius autem ante *et* poneretur punctum (2).

Quodsi in personam pactum conceptum est, tunc domino doli superest exceptio.] Servo vivo, Cujac. *ad L. 17. in fin. h. t.*

(1) Late hunc §. explicuit J. G. C. Rucker. *Diss. ad L. 6. §. 1. quemadm. serv. am.* &c. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 298. *seqq.* ubi & varias aliorum Interpp. de hoc §. sententias recensuit. add. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 5. *p.* 395. *seq.* & H. Kellinghusen, *Diss. de LL. nonnullis Roman. Cap.* 12. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 35. *seqq.*

(2) Sic locum hunc Taurellius edidit. Hal. habet: *Et quidem si* &c.

§. 2.

Quod ita recte dicitur, si in paciscendo id actum sit.] Ne plane peteretur. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 24.

Ceterum si paciscar, &c.] *Ceterum*, id est, alioquin (1).

Ne a Titio petas,] Al. *a filio.* (2). Basil. non mutant. [*Tom.* I. *p.* 727.]

Non est danda pacti conventi exceptio.] Ratio *L.* 27. §. 2. *h. t.* Aliud *L.* 130. *de verb. oblig.*

Julianus quoque scribit, &c. *sed doli prosit.*] Huber. *Eun. Rom. h. Sed soli Prosit*, id est, *sed soli p.*, id est, patri, *prosit*, Ant. Faber, *de Error. Pragm. Dec.* 33. *Error.* 9. *num.* 11. (3).

(1) Quo sensu etiam alibi sumitur, veluti in *L.* 7. §. 2. &

& 8. de minor. L. 5. pr. de imp. in res dot. fact. L. 1. pr. de remission. add. Brisson. *de V. S.* hac voce.

(2) Ita Cujac. *h.* & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* probante Schultingio, *in Enarr. h. t.* §. 35. & Noodtio, *de Pact. & transact. Cap.* 24. *circa fin.* Alioquin appellatione *Titii* filius intelligendus cum Glossa. Vid. Rucker. *d. loc. p.* 305.

(3) Sed minus recte. Vid. Rucker. *loc. cit.*

§. 4.

Item filiusfamilias &c.] Facit *L.* 18. *de reg. Jur.*

Legatum] Non *promissum*, Cujac. *ad* §. 4. *Inst. de verb. oblig.*

Recte paciscetur.] Licet non possit *repudiare. L.* 45. §. 1. *de Legat.* 2do.

§. 5.

Itaque debitoris conventio fidejussoribus *proficiet* (1).] Non *mandatoribus*, Cujac. *h.* quod forte non generale (2).

(1) *Proficiet*, scil. ad ipsam *pacti exceptionem.* Vid. Rucker. *d. loc. p.* 307. Ceterum, an & quatenus pactum debitoris fidejussori prosit, late disputavit Averan. *Interpr. Jur.* III. 8. add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 14.

(2) Vid. Chesium, *Interpr. Jur.* II. 22. in Jurispr. Rom. & Att. *Tom.* II. *p.* 454. *seqq.*

L. XXII.

A fidejussore petatur.] Expungunt Faber, *in Rat. ad h. l.* & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 689. Exstant tamen & in Basilic. Expungit quoque Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 4. (1).

(1) Sed non necesse. Vid. J. B. Koehler. *Interp. & Emend.* I. 5. §. 7. *p.* 44.

L. XXIII.

Neque enim, quoquo modo cujusque interest. Cum alio conventio &c.] Lege *interest, cum alio* &c. (1).

Sicut in reo promittendi, & his, qui pro eo obligati sunt.] Hic subjicienda erat *L.* 25. *h. t.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 689. (2). Cujacius, *h.* paulo aliter, scil. post *imo nec confidejussoribus proderit* subjiciendam fuisse *L.* 24. *h. t.* tum reliqua continuanda cum *L.* 25. *h. t.*

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 35. J. B. Koehler. *d. loc.*

(2) Vid. & Noodt. *Probab.* I. 2. *in fin.* & *de Pact. & transact. Cap.* 28. & Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 171. ibique Walch.

L. XXIV.

Sed si fidejussor in rem suam *spospondit*, &c.] V. C. pro defensore suo (1).

(1) Sic etiam Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 28. Explicandam hanc Legem esse ex *L.* 7. *de exception.* notat Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 179.

L. XXV.

IDEM *Lib.* III. *ad Edictum.*] Junge *L.* 23. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

§. 2.

Plerumque (1) *tamen doli exceptionem reo profuturam*,] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* An & is vicissim tebitur modis, & poenis additis pacto. Mev. *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 252.

(1) D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 3. *p.* 241. *seq.* post *prosit* distinctionem tollit, eamque ponit post vocem *plerumque.* Sed vid. Rucker. *Diss. supra laud. p.* 308. *seq.*

L. XXVII.

Si unus ex argentariis sociis &c.] Noodt. *de Pact. & transact. Cap. ult.* legit *ex argentariis duobus*, vel *sociis* delet, quod jam ante fecit Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & *Conject.* XI. 18. *num. ult.* refutatus a Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 27. *Th.* 9. *Lit. d. p.* 878. *seq.* qui putat, socium socio *pro parte sua* nocere, ne lucrum sentiat contra suum pactum (1). add. de hac Lege Stek. *Vindic. LL. anticrit. Cap.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 510. *seq.*]

Neratius, Atilicinus, Proculus (2), *nec si in rem pactus sit, alteri nocere:* &c.] Non obstat *L.* 34. *de rec. qui arbitr. rec.* ubi *compromissum* non nocet aliis, sed tantum compromittenti, si alii petant socii, quia τῇ δυνάμει & ipse petere videtur, & sic in poenam incidit. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 272. *seq.*] Bachov. *ad Treutl. d. loc.* (3).

Nam nec novare alium posse, &c.] Id est, quemlibet, cui solvi potest. Leonin. *Emend.* V. 17. Noodt. *d. loc.* (4).

Idemque in duobus reis stipulandi dicendum est.] Ut unus paciscendo alteri non noceat, Leonin. *Emend. d. loc.* (5).

(1) Sic etiam Vinnius, *de Pact. Cap.* 16. *num.* 9. *seqq.* & *Select. Quaest.* I. 6.

(2) Subaudi *ajunt.* Vid. Bynkersh. *Obs.* I. 18. Addunt hoc verbum Hal. & Vulg. item Pothier.

(3) Vid. & Charond. *Verisim.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 734. Vital. *Lect. Variar.* I. 8. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 633. Vinnium, *locc. citt.*

(4) Sic etiam Pacius, ut notat Pothier. *ad h. l.* studens hoc pacto Legem hanc conciliare cum *L.* 31. §. 1. *de novation.* An autem haec ipsius Schultingii sententia quoque fuerit, dubium mihi est. Saltem ad notam D. Goth. „ ut eorum unus jus novandi non habeat, &c. at-

atque ita intelligenda *L.* 31. §. 1. *de novat.*" adscripsit, licet antiquiore, ut videtur, manu, *quae cum hac Lege pugnat. Vid. ibid.* ubi idem monuit, adjiciens, se doctrinam Venuleji ibi propositam praeferre responso Pauli in hac *L.* 27. Antinomiam inter illas Leges quoque statuunt Cujac. *h.* & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *Obs.* XXII. 6. Bachov. ad Treutler. *loc. a Schult. cit. p.* 876. *seqq.* Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* II. *Disp.* 28. *Th.* 10. Profecto Vett. JCtos circa *novationem* dissensisse, immo ne prorsus quidem inter eos hac de re convenisse tempore Venuleji, satis apertum est ex verbis, quibus utitur in *d. L.* 31. *fere autem convenit* &c. Fieri itaque potest, ut in alia opinione quoque steterit Labeo, & argumentum a *solutione* ad *novationem* hic admitti noluerit: quod magis convenire videtur verbis hujus *L.* 27. *Idem Labeo: nam nec novare alium* &c. quam suam sententiam confirmat seqq. verbis *sic enim & his* &c. Probat hoc argumentum Paulus, addens *quod est verum.* Quibus tamen verbis an Paulus Labeoni quoque adsentiri voluerit circa *novationem*, dubium est, licet hoc ab ejus studio alienum non foret. *L.* 14. *de Legib.*

(5) Qui putat, verba haec non ad proxime praecedentia, sed ad superiora, & ad principalem thesin, qua Paulus docet, pactum unius ex sociis argentariis alteri non nocere, referenda esse: quod & probare videtur Van de Water, *Obs.* II. 13. *p.* 180.

§. 1.

Non sic enim illi per liberam personam adquiri, quam (1) *ipsi, qui pactus sit, consuli* videmur:] Vulg. *videmus.* Hal. & Cujac. *h. videtur* (2).

(1) Subaudienda in praecedentibus verbis vocula *tam*, vel *magis.* Noodt. *de Pact. & transact. Cap. ult.* ut saepe alibi. Vid. Idem, *Obs.* II. 20. add. Bynkersh. *Obs.* I. 10. *circa fin.* Vonck. *Obs. miscellan. p.* 122. *in fin.* & notata superius ad *L.* 12. *de offic. Praesid. not.* 2.

(2) Florentinam hic parum sanam esse, notat quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

§. 2.

Non quidem ipso jure,] *Et quidem* &c. Bynkersh. *Diss. de Pact. contr. str. Jur. in cont. adj. Cap.* 2. *in fin.* male (1).

Sicut tollitur stipulatio per stipulationem,] In *novatione*.

Si hoc actum est,] Forte a Triboniano, respiciente *L. ult. Cod. de novat.*

Quia in stipulationibus jus continetur, &c.] Id est, jure Civili habent effectum (2).

In pactis factum *versatur*;] Bockelman. *de Actionib. p.* 130. *seq.*

Eadem ratione contingit, ne fidejussoribus prius pactum prosit.] D. Goth. *in not.* „Immo prodest. *L. ult. h. t.*" Immo Paulus haec intelligit de casu, quo ipse fidejussor est pactus; & ita Busius, *h.* (3). Vinn. *de Pact. Cap.* 16. *num.* 1. Alii ἀντινομίαν statuunt, a quibus non alienus est Bockelman. *d. loc. p.* 132. (4).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 34. De ipsa re egerunt quoque Coras. *Miscellan.* II. 16. Raevard. *Varior.* II. 16. Charond. *Verisim.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 692. Bockelman. *loc. cit.* Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 285. *seq.*

(2) Sed *pacta* jure civili destituuntur, & naturalem tantum obligationem pariunt, quae in *facto* consistit. Sic Schulting. *loc. modo cit.* Etiam Bockelman. *loc. cit.* Noodt. *d. loc. Cap.* 8. & 21. Pothier, *in not. ad h. l.* aliique. Aliter Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Justit. & Jur. p.* 16. *seq.* qui hanc Pauli rationem sic interpretatur: quia *stipulationes* vim suam exercent ipso jure, sola vi Legis, sine ullo facto; sed *pacta* non operantur, nisi factum intervenerit, id est, nisi allegata sit exceptio, vel replicatio. Eodem modo Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(3) Quod nec improbat Noodt. *d. loc. Cap. ult.* & sic quoque Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 329. *seqq.* Aliter Nerius, *Analect.* I. 28. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 362. item Pothier. *in not. ad h. l.*

(4)

(4) Neque ab iis alienus videtur ipse Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 34. *in fin.* eorumque opinionem latius confirmavit P. F. Besier. *Diss. de Furio Anthiano, ejusque quae in Pand. exstant Fragm. Sect.* II. *Cap.* 1. Lugd. Batav. 1803. In seqq. verbis pro *quod Lex naturae ejus tribuit* Vulg. perperam habere *ei tribuit*, recte notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Quamvis si quis paciscatur, ne depositi agat,] Ante contracto deposito, & admisso dolo. Vid. §. *seq. h. l.* (1).

Vi ipsa] Aliud *re ipsa*, Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 17. §. *ult. ad SCt. Vellej.*

Quod pactum proderit.] Facit *L.* 195. *de reg. Jur.* add. *L.* 7. §. 15. *h. t.*

(1) De hoc §. 3. sententiam meam exposui supra ad *L.* 7. §. 15. *h. t.*

§. 4.

Item, ne experiar interdicto unde vi, quatenus publicam caussam contingit, &c.] Non satisfaciunt Basilic. [*Tom.* I. *p.* 729. *οὔτε περὶ τοῦ πρὸς δημοσίαν αἰτίαν ἀνήκοντος, ἢ περὶ βίας δυνάμεθα συμφωνεῖν.*] Neque Bachov. ad Πρῶτα *Pand.* *p.* 691. Agit etiam de hoc §. Huber. *in Eun. Rom.* sed paucis.

Et in summa si pactum conventum a re privata *remotum sit*, &c.] Cujac. *Obs.* I. 24. *a re publica.* Sed Vulgatam tuetur Bachov. *d. loc. p.* 607. add. *L.* 38. *h. t.* Huber. *in Eun. Rom. ad L.* 7. §. 16. *h. t.* Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 16. (1).

Ante omnia enim animadvertendum est, ne conventio &c.] Quod fieret, si in casibus statim enumeratis liceret pacisci. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 692. Giphanius, *Obs. in Ling. Latin. p.* 82. accipit *enim* pro *autem* (2), & vult, hic incipere versum novum.

(1) Add. Schulting. in Enarr. h. t. §. 27. & Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 20. §. 2. p. 298. *seq.*

(2) Quod si cui placeat, addi potest simile exemplum ex *L.* 5. §. 2. *de stat. homin.* ad quam vid. notata. Aliud exemplum est in *L.* 42. *de minor.* Etiam Pothier. *ad h. t.* hunc versiculum a praecedentibus verbis sejunxit: nam verba *item ne experiar* &c. collocavit sub *num.* 56. Hunc autem versiculum sub *num.* 41. Neque habet particulam *enim*, sed simpliciter edidit *ante omnia animadvertendum* &c. quam particulam a plerisque exemplaribus vulgatis abesse, testatur Bachovius, *loc. a Schult. cit.* Nec habet eam Hal. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — De *seq.* §. 5. vid. Cujac. *h.* & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

§. 6.

Nam ut solutione, & petitione, & acceptilatione unius rei tota obligatio solveretur;] D. Goth. *in not.* „ Connanus (1) ita legit *petitione, acceptilatione* &c." Bynkersh. *Obs.* VIII. 10. intelligit de *pluris petitione* ex §. 33. *Inst. de action.* vel legit *petitione & solutione*, prove *petitione* legit *deditione* ex *L.* 14. *pr. de noxal. action.*

Acceptilatione] Non obstat *L.* 13. §. 6. *de acceptilat.* Cujac. *h.* [& *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*]

Tota obligatio solveretur;] Nam non potest una peti, quin & altera petatur. §. 33. *Inst. de action.* Scip. Gentil. *de Divid. & individ. obligat. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 123.].

Sed si id actum inter nos sit, &c.] Obligatione volente debitore facta praecisa. Cujacius, *h.* id agi tantum putat posse, cum electio est stipulatoris, non cum est promissoris (2). Quod tamen non probo, & an non tali pacto efficere promissor potest, ut lucretur, interituque stichi liberetur, quod aliter non fieret. *L.* 2. §. 3. *de eo quod certo loco.*

Nulla exceptione opponenda.] Haec Triboniano adscribit

bit P. Faber, *Semestr.* III. 10. Contra, Bynkersh. *Obs.* VIII. 10. *in fin.*

(1) Locum Connani D. Goth. non allegavit, neque se quicquam emendationis apud Connanum reperisse, dicit Bynkersh. *loc. a Schult. cit.* De verbo *obstaturam*, quod praecedit, vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis*, *not.* 3. & *τὸ si* in *pr. h.* §. recenter quidem adjectum esse, sed facile excidere potuisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Nam, inquit, si promissoris electio fuerit, amentia est pacisci, ne stipulator stichum petat, nisi de toto agatur. Sed recte respondisse Cujacio videtur Schultingius.

§. 7.

Alium autem hominem si petam, recte agam.] Nihil hic fit contra pactum, contraque naturam obligationis de *genere*, cùm multae species supersunt. Idem volunt in *disjunctiva* obligatione, si plures supersint species. Alciat. *ad L.* 2. §. 1. *de verb. oblig.* Scip. Gentil. *de Divid. & individ. oblig. Cap.* 10.

§. 8.

Item si pactus, ne hereditatem peterem, singulas res, ut heres, petam ex eo quod pactum &c.] Lege *singulas res ut heres petam, ex eo quod* &c. (1)

(1) Ita hunc locum quoque interpunxere Taurell., Hal., Charond., alii.

§. 10.

Servus heredi post adituro nominatim pacisci non potest: &c.] *L.* 16. *de stipulat. servor.*

L. XXVIII.

§. 1.

Sed non contra.] Scil. *donationis caussa* (1).

(1) Pothier. *in not. ad h. l.* supplet: *si pactus sit, ut petatur.*

§. 2.

Si liberam *peculii administrationem habeant:*] Vel *simplicem. L.* 48. §. 1. *de pecul.* Conf. seqq.

Etiamsi maxime *quis administrationem peculii* &c.] Graeci ἐλευθέραν τὴν τοῦ πεκουλίου διοίκησιν. [*Tom.* I. *p.* 731.]

L. XXIX.

Sin autem dominicam pecuniam crediderit: &c.] Vinn. *de Pact. Cap* 15. §. 1.

L. XXX. (1).

(1) *In persona tamen filiifamilias* videndum est, *ne aliquando* &c. Sic etiam Cicer. *de Offic.* I. 9. *Itaque* videndum est, *ne non satis sit* &c. ubi vide Graevium. add. Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers.* III. 9. 11.

§. 1.

Qui pecuniam a servo stipulatus est, &c.] Carpit hic quaedam Faber, *in Rat, ad h. l.* Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.*

Quod si quasi *fidejussor intervenit*,] Non *vere*, sed pro alio, ut solent fidejussores. Aliter Cujac. *h.* (1).

(1) Qui *fidejussor* hic pro *expromissore* dici putat, quod, ut addit, forte alibi nusquam. Vid. & Cujac. *Obs.* VIII. 11. Praecedit in Lege: *quia forte* tantandem *pecuniam Titio debuit.* Pro quo alii habent *tantundem pecuniam*, vel *tantundem pecuniae.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Tantumdem pecuniae* edidit quoque Pothier. Sed nihil mutandum. *Tantandem summam* dixit quoque Ulpianus in *L.* 10. §. 8. *de in rem vers.* & *tantandem partem* legitur in *L.* 29. §. 1. *de Legat.* 3[io]. Similiter *tantundem dolum* in mascu-

masculino genere dixit Plaut. *Truculent.* II. 5. *vs.* 7. Vid. Parei *Lexic. Plaut.* in voc.

L. XXXI.

Pacisci contra Edictum Ædilium &c.] Vinn. *de Pact. Cap.* 18. *pr.* (1).

(1) *Seq. L.* 32. explicandam esse ex *L.* 7. *de exception.* notat Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 179. De re ipsa vid. citatos superius ad *L.* 21. §. 5. *h. t.*

L. XXXIII.

Ceteris autem non consuli.] Quod ad partes ipsorum. Cujac. *h.* Non obstat *L.* 56. §. 1. *de verb. oblig.* ubi vide (1).

(1) Ad quam Legem notavit: „hic non agi de obligatione in unum constituenda, sed de exceptione ei adquirenda. Vinn. *de Pact. Cap.* 15. *num.* 8. & Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 23. & Cujacium *ad h. l.* bene distinguere inter ea quae sunt *juris*, & quae sunt *facti.*" — In *pr. h. l.* pro *dotem promisit* Celsum scripsisse *dotem dixit*, suspicatur Cujac. *Obs.* XI. 29. Sed dissentit Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 11. Cujus tamen sententia an in universum probanda sit, valde dubito. Vid. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 3. *not.* 38.

L. XXXIV.

Nolle suum *esse*,] De *dominio* accipit Cujac. *h.* male (1).

(1) Vid. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* qui monet, ex sententia Cujacii Modestinum scribere debuisse *quid suum*; ipse autem haec verba intelligit de *suo herede*. Vid. & Calder. *de Errorib. Pragm.* III. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 578. & Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 45. in eod. Thes. *Tom.* VI. *p.* 789. *Suum*, scil. filium, Pothier. *in not. ad h. l.* Alii habent *suum liberum.* Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 385.

L. XXXV.

Quibus divisisse *maternam hereditatem dixerunt:*] An, *divisisse se* (1)?

Modestinus respondit &c. generalis pacti conventi exceptio &c.] D. Goth. *in not.* „ Generalia verba non extenduntur ad ea, quae dolo alterius contrahentis occultata sunt" Stryck. *de Jure sensuum*, *Diss.* X. *Cap.* 7. *num.* 23. (2).

(1) Non male, licet non sit prorsus necessarium: multis enim locis hoc pronomen subaudiendum relinquitur. Vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 2. §. 6. *p.* 24. & *tit.* 23. §. 1. *p.* 105. & auctores ab eo citatos. add. Drakenborch. *ad Liv.* I. 23. 5.

(2) Add. Cujac. *h.* & *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.*

L. XXXVI.

Si cum fundum meum possides (1),] D. Goth. *in not.* „ Al. *possideres.*" Basil. εἶχες. [*Tom.* I. *p.* 732.]

Vindicantem eum fundum &c.] Ut contra dolo possidere desinentem. Cujac. *h.*

(1) Additur: *convenisset mihi tecum.* Quod dici pro *convenissem tecum*, notat de la Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 16. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1502. *in fin.* Sed *convenisset mihi tecum*, ut dixit Proculus, magis Latinum est. Vid. van Staveren, *ad Nepot. in Agesil. Cap.* 2. *num.* 3.

L. XXXVII.

Permitti] Συγχωρεῖν, Basilic. (1).

(1) *Remitti* legi vult Vonck. *Specim. Critic. in Var. auctor. p.* 41. item Pothier. *in not. ad h. l.* & sic habent Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quod tamen non necesse, si *permitti* aliquando idem valeat, ac *remitti*, uti vult Cujac. *Obs.* XXI. 29. aliique, in quibus etiam est Heinecc. *ad L.*

Jul.

Jul. & *Pap. Popp. p.* 307. Sed dubiam, atque incertam prorsus hanc significationem esse, docet Jo. Fred. Gronov. *Obs.* IV. 2. add. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 5. *p.* 100. & J. B. Koehler. *Interpr.* & *Emend.* II. 10. *p.* 120. Certum tamen est, non tantum hoc loco, sed etiam in *L.* 6. §. 4. *de Jure patron.* & in *L.* 3. *de publ. judic.* scriptum esse *permitti*, cum sensus ubique postulet *remitti*; omnibus autem illis locis idem scripturae vitium exstare, vix probabile est: add. Matth. *de Jure gladii*, *p.* 618. Arntzen. *ad Arator. p.* 77. Burman. *ad Quinctil. Declam.* II. *Cap.* 1. *p.* 39. Jo. van Beuker. *Diss. de Crimine majest.* in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 127. Similiter *remittere* aliquando dicitur pro *permittere*, ut apud Aurel. Victor. *de Origin. Gent. Rom. Cap.* 9. §. 4. ubi vid. Arntzen. add. Ryck. *ad Tacit. Annal.* I. 8. 6. & Reitz. *de Ambiguis*, *p.* 509. — De *Curatore reipublicae*, cujus mentio hic fit, vid. citatos superius ad *L.* 6. *de offic. Adsessor.*

L. XXXVIII.

Jus publicum (1) *privatorum pactis mutari non potest.*] Add. Mev. *ad Jus Lubec. Quaest. praelim.* IX. *num.* 76. *seqq.*

(1) *Jus publicum* hic est jus commune, quod omnium utilitatem respicit. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* Otton. *in Vit. Papinian. Cap.* 10. §. 6. *p.* 281. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *tit. de Just.* & *Jur.* §. 13. *p.* 96. Conf. Schulting. *Enarr. h. t.* §. 27.

L. XXXIX.

Veteribus placet, pactionem obscuram &c.] Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 20. §. 26. D. Goth. *in not.* „ Ambigua pactio est &c." Ex. Cujac. *h.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 63. §. 4. & *in Enarr. h. t.* §. 37. ubi quoque docuit, non obstare *L.* 34. *pr. de contrah. emt.* Egit hac de re etiam Forner. *Select.* II. 18. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 68.

Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 18, in eod. Thes. *Tom.* IV. *p*, 581. *seqq.* Vinn. *de Pact. Cap.* 20. *num.* 4, *seqq.* Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 27. Commentarium ad hanc Legem scripsit Martresius, in Thes. Meerman. *Tom.* VI, *p.* 706, *seqq.*

L. X L. (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.* quem etiam vid. *ibid*, de *seq. L.* 41. & 42.

§. 1.

Quam *transegerat*,] Al. *qua* (1).

(1) Sic Hal. & Vulg. Immo in Pand. Flor. non adeo recenter litera *m* deleta est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed tunc legendum foret *de qua*. Ego putem, *quam transegerat* Papinianum scripsisse pro *quam transigendo promiserat*, Graeci, ὡς εἰ μὴ παράσχω ῥητῆς εἴσω προθεσμίας, κ. τ. λ. *Tom.* I. *p.* 733.

§. 3.

Pater, qui dotem promisit, pactus est, &c.] Vid. Mornac. *h.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 33. *error.* 9. *num.* 19. (1).

(1) Male nonnullos ex hoc §. colligere, donationem in extraneum collatam ob liberos postea susceptos revocari posse, bene monet Cujac. *h.* & *loc. modo cit.* licet ipse minus recte doctrinam *Legis* 8. *Cod. de revoc. donat.* ad quoslibet donatores extendat, & *Obs.* XX. 5. Vid. Donell. *in Comm. ad d. L.* 8. *Cod.* & Ant. Fab. *Conject.* VII, 14, & 15.

L. X L I I I.

Quid praestare debitor *debeat*,] *Venditor*, Cujac. *h.* (1) & sic editt. vulg. teste Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 704.

Quod

Quod si in contrahendo aliquid exceptum *fuerit*,] Vid. ad *L.* 7. §. 6. *h. t.* (2).

(1) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sic etiam Grotius, *in Flor. Sparf. ad tit. de dol. mal. p.* 131. Vid. & Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 19. *circa fin.* & Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Ad edit. in 4to. addidit: veluti, ne emtor agere possit de evictione. — De *seq. L.* 45. vid. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.*424. *seqq.* — De *L.* 46. egit Noodt. *de Usufr.* l. 19. Sed dubito an ejus Legis sententiam recte exposuerit. Nam rationem, quare *cautio Legatorum*, vel *fideicommissorum* a Legatariis, vel fideicommissariis remitti possit, JCtus, ut putat Noodtius, non unice inde repetit, quod peculiari Constitutione D. Marci *testatori* facultas data esset, eam cautionem remittendi. Immo haec sola ratio non sufficeret, cum ea D. Marci Constitutio haud dubie contineat jus singulare, quod adeo ad consequentias non producendum. *L.* 14. *de Legib.* Sed veram rationem, quare ejusmodi pactum valeat, nec possit a Legatario, vel fideicommissario revocari, reddit in postremis verbis Legis: *cum liceat sui juris persecutionem, aut spem futurae perceptionis deteriorem constituere*, sive, cum unicuique liceat renunciare juri pro se introducto, ut est in *L. pen. Cod. de pact.* add. Voet. *ad tit. Pand. usufruct. quemadm. cav. num.* 9. Ceterum, Constitutio illa D. Marci, ad quam hic spectatur, exstat in *L.* 2. *Cod. ut in poss. Legator.* &c. ad eamque commentatus est Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 305. *seqq. In Semestribus* est *in Semestribus Consiliis*, quae instituerat Augustus, & quem hac in re seqq. Impp. imitati sunt. Vid. Dion. Cass. *Histor. Lib.* LIII. *p.* 716. edit. Reimar. ibiq. Fabric. & Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 1. §. 27. *Semenstribus* scribendum esse, docet Oudend. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 8. *in August. Cap.* 35. *in Claud. Cap.* 14.

L. XLVII.

Ut contentus esset tredecim:] Basilic. *ib.* [*quindecim.* *Tom.* I. *p.* 734.] (1).

Quaesitum est, an cum posteriore *pacto satisfactum non sit,*] Lege *posteriori.*

(1) Sequitur in Lege, *pactus est, si ea soluta* &c. In Pand. Flor. est: *pactus et si* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat dictiones *est* & *et* in Pand. Flor. saepe confundi. Quod etiam alibi fit. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* VII. 40. 1.

§. 1.

Et ab eo epistolam (1) *accepit in haec verba:*] Inter *praesentes* quoque hae emissae.

Refundam tibi; si quod &c.] Lege *tibi. Si quod* &c. (2).

Respondi, si tantum ratio accepti atque expensi esset computata,] Haec enim est quaestio facti, quam Judici relinquit.

(1) Flor. *epistulam.* Vid. notata superius ad *L. unic.* §. 4. *de offic. Quaest.*

(2) Pro *summam aureorum*, quod praecedit, D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 19. *p.* 341. legi vult *summam autem eorum*, probante Hubert. *Diss.* II. *de Argentar. Veter. Cap.* 5. §. 8. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 107. Forte mentio *aureorum* a Triboniano est, quo facit, quod praecedit *trecenta octoginta sex.* Quid sit *tacitam pecuniam apud Mensularios habere*, varie exponitur. Vid. Hubert. *d. Diss. p.* 91. *seq.* & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLVIII.

In traditionibus rerum &c.] Vinn. *de Pact. Cap.* 10. *num.* 6. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 587. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 302.] (1) Noodt. *de Pact. & Transact. Cap.* 12. *circa fin. Mancipationum* mentio procul dubio ab ipso Gajo, *Tabulam* VI. ex LL. XII. Tabb. interpretante, est facta. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 100. & 210. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 107. & 171.] An tamen ideo hic facta fuit (2)?

(1)

(1) Vid. & Merill. *ad Tit. D. de reb. cred.* in eod. Thes. *ibid. p.* 663. *seq.*
(2) Gothofredi tamen conjecturam verisimilem esse, dicit *in Enarr. h. t.* §. 10. Sed negat Bynkersh. *Diss. de Pact. contract. str. jur. in cont. adj. Cap.* 5.

L. XLIX.

Nec enim improbum est (1), *si quis hactenus desideret conveniri, quatenus* facultates.] An, *facultas est* (2)? ὧν ἂν δυνηθείη καταβαλεῖν, Schol. Basil. [*Tom.* I. *p.* 763.] In textu μέχρις εὐπορίας. [*ibid. p.* 735.]

(1) Flor. *et*, sed recentiore manu litera *s* inter *e* & *t* adscripta. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Simile vitium exstat in *L.* 47. *pr. h. t.* ad quam vid. notata.
(2) Sic etiam legit D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 12. *p.* 83. Putat tamen Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *p.* 82. minore motu legi posse *facultatEst*, id est, *facultate est*. Aliae editt. addunt *patiuntur*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quod probat Bondam. *Specim. Animadv. Critic. Cap.* 14. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 232. & Pothier. *in not. ad h. l.* Sed van Dorp, *Obs. Cap.* 1. *p.* 6. nihil emendandum existimat, sed subaudiendum verbum *sunt*; & sic quoque Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 314. Eodem fere modo Puttman. *Diss. Var. Jur. Civ. Capp. contin. Cap.* 4. §. 4. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 126. *seq.* nisi quod is subaudiri malit *ferunt*, simileve verbum.

L. L.

Idem *Lib.* XLII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 31. *de eviction.* Cujac. *h.* (1).

(1) Add. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 24. *p.* 160. *seqq.* Pro *ne sollicites* in Cod. Flor. etiamnum legi *no*, adeoque videri posse legendum *non sollicites*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse tamen *ne* praefert.

L. L I.

Si cum te ex caussa legati debere pacisci (1) *debitori tuo existimas*,] Basil. νομίζων ἐλευθερίαν τοῦ χρέους ληγατευθῆναι. [*Tom.* I. *p.* 735.]

(1) *Pacisci* apud Hal. abest. Egit de hac Lege quoque D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 15. *p.* 315. *seqq.* qui legit *si cum te ex caussa legati debere*, *paciscens*, *debitori tuo existimas*, *pactus et is ne ab eo peteres*; vel, *si cum tu ex caussa legati debere parci debitori tuo existimas*, *pactus sis*, *ne ab eo peteres*. Quod posterius praefert, quia magis, ut ait, cum Graecis convenit. Aliter Pothier. *in not. ad h. l.* qui putat, verbum *pacisci* posse retineri, & sensum Legis hunc esse: si cum tu falso existimas, te ex caussa legati gravatum *cum debitore tuo pacisci ne petas debitum*, pactus sis ne ab eo peteres, &c. Non quidem male, dubito tamen, an *pacisci debitori* pro *cum debitore* Latine dicatur; sed potuit *cum* facile excidere, etiam ob ultimam syllabam in voce praecedente *pacisci*, & τὸ *debitore* in *debitori* mutari. Ceterum Flor. proprie legitur *pactus sit ne ab eo peteres*, quod videtur retineri posse: *pactus sit*, scil. debitor, *ne ab eo*, id est, a se, *peteres*: voces enim illas etiam ab aliis scriptoribus Latinis saepe confundi, notum est, & variis exemplis docuere Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 357. Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 9. *p.* 52. Barth. *Adversar.* XII. 13. Schulting. *Diss. pro Rescript. Impp.* §. 13. *p.* 193. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. p.* 17. aliique.

L. L I I.

§. 2.

Pactum, *ut*, *si quas summas* &c.] A quo differt illud, de quo in *L.* 42. *h. t.*

Justum, *ideoque servandum est.*] *L.* 95. §. 4. *de solution.*

L. LIII.

L. LIII.

Sumtus quidem prorogare (1) &c.] Fab. *in Cod.* II. 8. *Def.* 22. Maynard. *Decis. Tholos.* III. 12.

(1) De quo verbo vid. Curtium, Εἰκαςῶν, II. 33. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 176. & Noodt. *de Jurisd.* & *Imper.* II. 12.

L. LIV. (1).

Qui ante pactum moram non fecerat.] *Non* delet Hotoman. *Obs.* IX. 3. (2) add. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 708. Basil. non mutant.

(1) Hal. hanc Legem accessionem facit *Legis praec.* 53. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & sic etiam Cod. Camp. Vid. Bondam. *Specim. Animadv. Critic.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 224.
(2) Legens *moram mihi fecerat.* Vid. Bachov. *loc. a Schult. cit.* — De *seq.* *L.* 55. vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. ej. l.* In qua Lege τὸ *si* in verbis *item si creditor* &c. a recente manu esse, neque adeo a Taurellio uncis includi debuisse, ac si a se esset profectum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. LVI.

Si convenerit, ne dominus &c.] G. Forner. *Selection.* III. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 87. *seq.*] (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.*

L. LVII.

§. 1.

Si ex altera parte in rem &c.] Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 598. (1)

(1) De hujus Legis *princ.* vid. Noodt. *de Pact.* & *transact.* *Cap.* 2. *circa fin.*

L. LVIII.

L. LVIII.

Aristoni hoc amplius videbatur: &c.] Quem adversus reprehensionem Fabri defendit Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 95. *error.* 9. (1).

Si ea, quae me ex emto praestare tibi oporteret, praestitissem, &c.] Quid si tantum per *constitutum possessorium* id fecero? Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 96. *error.* 10. & Bachov. *ibid.*

Pretium te debere desinere: &c.] Hic a contractu tantum receditur, non vero novus fit contractus. Late Bachov. *Adv. Fabr. Dec.* 95. *error.* 8. ubi de hac Lege, & late *error.* 9. add. *Dec.* 96. *error.* 1. & de variis effectibus talis pacti, *error.* 2. Quid de casu contractus utrimque impleti, Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 667. & *Adv. Fab. Dec.* 95. *error.* 9. & *Dec.* 96. *error.* 3.

(1) Quaedam ad hanc Legem monuit quoque Noodt. *d. loc. Cap.* 11.

L. LX.

Si creditores parati (1) *sint, partem ex bonis* &c.] In *emtione bonorum*, de qua *Tit. Inst. de success. sublat. quae fieb. per bon. vend.* &c. Ubi vid. Theophil. Cujac. *h.* Facit *L.* 16. *de reb. auct. jud. possid.* add. Basilic. Schol. [*Tom.* I. *p.* 760.]

(1) Al. *pacti.* Sed in Cod. Flor. est *parati*, & sic etiam Graeci. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. LXI.

POMPONIUS *Lib.* IX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 4. 8. 13. 16. *de contrah. emt.* cum similibus. add. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 11. *circa fin.* (1).

Aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat:] Vid. tamen *L.* 11. *de religios.* D. Goth. *in not.* „ utrumque hodie licet.

cet. *L. ult. Cod. de pact. inter emtor.* &c." (2) Ubi Imperatorem sequi sententiam Gaji in *L.* 48. *h. t.* censet Sande, *de Prohib. rer. alienat.* [*Part.* IV. *Cap.* 2. *num.* 12. *seq.*]. Perezius vero *in Praelect. ad tit. Cod. de condict. ob causs. dator.* hanc Legem 61. intelligit de *nudo praecepto*: male. Idem *in Praelect. ad tit. Cod. de pact. inter emt. &c. num.* 30. d. Legem 61. intelligit de casu, quo res non venditur, vel traditur; sed nostra jam est, & manet.

(1) Et Merill. *ad Tit. de Servitutib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 648. & *ad L. Decision. Justinian. p.* 127.

(2) Sic etiam Merill. *ad L. Decis. Just. loc. cit.* Noodt. *d. loc.* Mercer. *Conciliat. Cap.* 7. *p. m.* 138. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 453. *seq.* Sed Legem hanc 61. non esse abrogatam a Justiniano per *d. L. ult. Cod.* putat Guil. Forner. *Antinom. Pignor.* §. 21. apud Conrad. *in Parerg. p.* 265. idque latius adstruxit Galvan. *de Usufruct. Cap.* 31. *num.* 8. *p.* 396. *seqq.* edit. Tubing. 1788. — De *L. ult. h. t.* vid. citatos superius ad *L.* 27. §. 2. *eod.* vs. *Eadem ratione contingit*, &c.

TITULUS XV.

DE TRANSACTIONIBUS. (1).

(1) De *transactionibus* separatim Edictum propositum non est, sed quae de *pactis* generaliter cauta sunt *L.* 7. §. 7. *de pact.* eadem ad *transactiones* quoque pertinent, Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *ad Paul. Sent.* I. 1. *not.* 1. in *Jurispr. Antej. p.* 218. Praetorem sub *pactis conventis* in Edicto etiam comprehendisse *transactiones*, dicit Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 3. Singulas hujus tituli Leges exposuere Cujacius, *Oper. Tom.* I. *p.* 967. *seqq.* Hotoman. *Oper. Tom.* II. Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 710. *seqq.*

L. I.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* L. *ad Edictum.*] Forte, *ad Tit. testam. quemadm. aper.* Facit *L.* 1. §. 1. *eod.*

Quasi de re dubia, & lite incerta] Haec differunt. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 3. ubi plura de hoc loco.

Qui vero paciscitur, donationis caussa rem certam &c.] Lege *qui vero paciscitur donationis caussa, rem* &c. cum Duaren. *h.* (1). Noodt. *d. loc.* add. Fabrot. *Exercit.* XII. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1220.] Basilic. ut hic, & Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *p.* 272. (2).

Rem certam & indubitatam &c.] Subaudi *etiam*, ut *L.* 1. *fin. reg.* (3). *L.* 2. §. 3. *de reb. cred.* quasi scriptum esset *etiam rem certam* &c. Noodt. *d. loc.*

(1) Et Leonin. *Emend.* VI. 12. Vid. & Wachendorff. *Diss. de Pact. nudis*, *p.* 540.
(2) Etiam Vinn. *de Transact. Cap.* 1. §. 7.
(3) Vocula *etiam* saepe omittitur, uti contra sexcenties à Librariis otiose intruditur. Vid. Oudendorp. *ad. Sueton. in Caes. Cap.* 14. *in fin.* Neque adeo opus, ad hoc confirmandum uti exemplo *L.* 1. *fin. reg.* quod aliis forte incertum videatur.

L. II.

IDEM *Lib.* LXXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *si quis caut. in jud. sist.* &c. (1).

Transactum accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subjecta, &c.] Aliter Basilic., nec accurate. [*οὐ μόνον μετὰ προςίμου, ἀλλὰ καὶ χωρὶς προςίμου διὰ συμφώνου μόνου γίνεται διάλυσις. Tom* I. *p.* 770.] (2).

(1) Vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 342.
(2) Fallitur hic D. Gothofredus, qui ad postrema Legis verba *sed et si pactum* &c. notat; „*Sed hoc ita si modo prius*

prius factum. P. Fab. *Semestr.* I. 14. " Nam Faber ita non emendat hanc *L.* 2. sed *L.* 2. *pr. si quis caut. jud. sist.* &c. Observat hoc quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. III.

Scriptum heredem convenire debent:] Obstat *L.* 14. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vide notata. Legem hanc 3. *pr.* explicuit Westenberg. *in D. Marco, Diss.* III. *Cap.* 1. *p.* 42. *seqq.*

§. 1.

Et postea codicilli reperti sunt:] Forte *essent* (1): *Respondit debere.*] Facit casus *L.* 20. *de exc. rei judic.* & *L.* 21. *eod.* Vid. Sande, *Decision.* IV. 5. *Def.* 15.

(1) Egit de *h.* §. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 5. *circa fin.* & Schulting. *Diss. de Transaction. super controvers. &c.* §. 16. *p.* 234. Apud Hal. *τὸ et* abest. Forte melius: videtur scil. mala repetitio esse duarum postremarum literarum vocis praecedentis *esset.* Pro *an quanto minus* olim Florentiae scriptum fuisse *an minus*, eodem tamen tempore *eo* post *an* insertum inter versiculos; sed dein, antique tamen, adscriptum esse *quanto*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse suspicatur, in exemplo, ex quo Codex Flor. descriptus est, exstitisse *co* pro *quo*, literis *qu* & *c* confusis, ut saepe factum; adeoque restituendum putat *quo minus.* In *fin. h.* §. pro *quam pro parte sua est, id ex fideicommissi caussa* &c. apud Gothofr. edit. Sim. van Leeuwen, vitiose legitur *est, id est, ex fideicommissi caussa &c.* Apud Pothier. verba *est, id ex fideicommissi caussa* omissa sunt.

§. 2.

Debitor, cujus pignus creditor distraxit, &c.] Non *jure.* Accurs. & Cujac. *h.* (1).

(1) Pro *minimo*, quae vox paulo post sequitur, alii substituunt *nummo*, quod mavult quoque Burman. *ad Quinct. Inst. Orat.* XI. 3. *p.* 1038. Sed *minimo* tuetur Schroder. *Obs.* II. 13. *p.* 171. *seq.*

L. IV.

Ideoque etiam Legata sub conditione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur.] Ob verba *oportebit* &c. (1).

(1) Vid. §. 2. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* Pro *peremit*, & *peremitur*, ut Flor. est, Hal. & alii habent *perimit*, & *perimitur*. Sed *peremere* occurrit etiam apud Festum, in voc. & videntur Vett. *peremere* pari ratione scripsisse, ac *neglegere*, *intellegere*, &c. Vid. notata superius ad L. 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

L. V.

Cum Aquiliana stipulatio interponitur, &c.] Faber, *in Cod. hoc tit. Def.* 6.

Liberalitatem enim captiosam interpretatio Prudentium fregit.] *Liberationem enim captiosam interpretatio Prudentium fugit*, Herald. *Obs. & Emend. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1350.] & Grotius, *in Flor. Spars. h.* Male. *Liberationem* legit quoque P. Fab. *ad L.* 28. *de reg. Jur.* & Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 5. (1). Salmasius, *ad Jus Rom. & Attic. Cap.* 24. *p.* 522. *litteralitatem*: male quoque. Locum interpretatur Bynkersh. *Obs.* IV. 2. (2).

(1) Etiam Vinn. *de Transact. Cap.* 8. §. 17. quam lectionem praefert quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Quem laudat, & sequitur etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 18. item D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 7. *p.* 58. quamvis hic pro *ex consensu redditur* in praecedentibus verbis legere malit *ex consensu oritur*. Sed vid. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 8. §. 12. *p.* 404. *seq.* Florentinam lectionem contra Noodtium defendit quoque Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 43. *seq.* eamque

etiam servat Cujacius, *ad Libb. Papinian. Definition. in expl. h. l.* & nihil quicquam praesidii in MSS. esse iis, qui hujus loci scripturam sollicitant, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VI.

GAJUS *Lib.* XVII. *ad Edictum Provinciale.*] Legem hanc recte hic positam, vult Merill. *Obs.* III. 14. frustra (1).

Neque transigi,] Vid. Cujac. *ad L.* 1. *h. t.* (2).

Quam inspectis cognitisque verbis testamenti.] *Cognitionem* sufficere, vult Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* I. *Cap.* 3. *num.* 17. [Basil. *Tom.* I. *p.* 771. *οὔτε διαλύεσθαι δυνατὸν, οὔτε τὸ ἀληθὲς ζητεῖσθαι μὴ προκομιζομένων τῶν τῆς διαθήκης ῥημάτων.*] Schol. Basilic. *ἤτοι πρὸ τοῦ ἀνοιγῆναι τὴν διαθήκην οὐ δύναταί τις διαλύεσθαι.* [*ibid. p.* 804.].

(1) De hac Lege, ejusque argumento ex professo egit Schulting. *Diss. de Transactione super controversiis, quae ex ultimis voluntatibus proficiscuntur, etiam non inspectis vel cognitis illarum verbis recte ineunda.* add. Eund. *in Thes. Controv. Dec.* 8. §. 9. Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 18. & *in Julio Paulo, Cap.* 7. *circa fin.* Gundling. *Diss. de Transactione nondum apertis tabb.* in *ej. Exercitat. Academ.* Bach. *Disp. de Jure transactionis super controversiis ex testamento non cognitis tabulis*, in *Opusc. ad Histor. & Jurispr. spectant. p.* 75. *seqq.* Schröder. *Obs.* II. 12. *p.* 173. *seqq.* Dissentiunt tamen alii, uti Vinn. *de Transact. Cap.* 5. & *Sel. Quaest.* I. 8. Zach. Huber. *de Casib. enucleat. Quaest.* 16. *Cap.* 2. *p.* 328. *seqq.* Ger. van Eversdyck, *Diss. ad L.* 6. *de Transact.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 119. *seqq.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 1. *p.* 272. *seq.* H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 13. *p.* 137. *seqq.* Novissime ea de re egit Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 25. *seqq.* ubi etiam alii ab utraque parte auctores citantur, ipse autem Schultingii sententiam recte quoque secutus est.

(2) Qui verbum *transigere* non ad *conventa*, sed ad *judicata* refert, propterea notatus ab Ant. Fabro, *in Rat.*

ad h. l. & Bachio, *loc. modo cit. p.* 90. Vid. & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* l. 5. §. 172. *p.* 336. & Gluck. *d. loc. p.* 28.

L. VII.

Et post rem judicatam transactio valet, si vel appellatio &c.] Aliter non: nisi id animo donandi actum sit. Paul. *in Sent.* I. 1. §. 5. (1). Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 4. & 5.

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 13. in *Jurispr. Antej. p.* 220.

§. 1.

Si fidejussor conventus, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

Transactio valeat, quaeritur?] Al. *an transactio* &c. (1).

Si tamen ipse fidejussor condemnatus &c.] Basil. [*Tom.* I. *p.* 772.] minus bene (2).

(1) Sic Hal. Non tamen necesse, cum *an* saepe omittatur. Praeterea pro *mox reus transegisset* &c. Hal. legit *& mox reus* &c. quae lectio si cui commodior videatur, τὸ *et* facile repeti possit ex ultimis literis vocis praecedentis *fuisset*.

(2) Pro *transactione non peremit rem judicatam*, ut Taurellius edidit, Hal. & Vulg. habent *etsi transactio non perimit &c.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte Taurellianam lectionem praefert.

§. 2.

Usque adeo autem, quod datum est, &c.] Etiam hic frustra carpit nonnulla Ant. Faber. Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.*

Ut quod datum est, proficiat ad alimenta, &c.] *L.* 8. §. 22. *h. t.*

L. VIII.

L. VIII.

Quam si auctore Praetore facta.] Edit. 1549. *facta sit.* (1).

Solet igitur Praetor intervenire (2), *& inter consentientes arbitrari, an transactio* (3), *vel quae admitti debeat.*] Vid. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 26.

(1) Orationem D. Marci exposuit Scip. Gentilis, *Libro Singul. de Alimentis, Oper. Tom.* III. *p.* 345. *seqq.* Vid. & Vinn. *de Transact. Cap.* 6. & Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 17.

(2) Florentiae etiamnum esse *invenire*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. putat tamen rectum esse *intervenire.* Saepe voces *in* & *inter* in MSS. confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* V. 21. 16. & VI. 5. 4. add. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 1. §. 6. *p.* 181. & ibi citt. auctores.

(3) In Cod. Flor. jam pridem inter versiculos suppletum *valeat*, sed recenti atramento rursus superductum, notat Brencm. *d. loc. Valeat* habet quoque Cod. Camp. Vid. Bondam. *Animadv. critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 14. *in fin.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 232. Videtur tamen rectius abesse: proprie enim Praetor non arbitratur, an *valeat* transactio, sed an admitti debeat, & quae debeat admitti.

§. 2.

Idem erit dicendum, & si mortis caussa donata fuerint relicta.] *Relicta* dele (1), vel pro *donata* lege *donatione.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 739.

Plane de alimentis, quae non mortis caussa &c.] Non enim promissor hic id praecise egit, ut Legatario consuleret, sed ut sibi. Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 10. Notat & Idem, *ibid.* homines in rebus labore partis tenaciores esse.

(1) Quod placet etiam Brencman. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Potuit sane Librarius ob similitudinem sequentium vocum cum praecedentibus hic facile aberrare,

& sequens τὸ *relicta* hoc loco inserere: quo errore licet animadverso vocem de more non delevit, sed perrexit tantum scribere, ut oportebat. Simile vitium supra quoque observavimus ad *L.* 2. §. 38. *de Orig. Jur. not.* 4. Sequitur in Lege: *vel ab eo, cui mortis caussa donata sunt, relicta*, scil. per fideicommissum. Vid. Noodt. *loc. supra cit.* & Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 9. add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Si integra quantitas alicui fuerit legata, &c.] *Aperte:* in dubio enim praesumitur voluisse defunctus, ut penes heredem pecunia maneat. Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 12.

Non cessabit Oratio, licet non in annos *singulos* &c.] Quorum in Oratione factam mentionem, putat Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 11 *&* 12. Sed vid. *praec.* §. *h. l.*

§. 5.

Sed & si sit certa quantitas relicta Titio, &c.] Vid. Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 18.

Idemque est & si per fideicommissum alimenta ad hoc *Legataria fuerint relicta.*] *Ab hoc*, Cujac. *h.* (1). Quomodo quosdam habere, docet Gloss. *h.* (2).

(1) Probante Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* Alias *ad hoc*, scil. ut Sejus aleretur. Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 6.

Et puto (1), *eam transactionem valere:*] Ex *menta Orationis:* hic autem parum receditur a rei forma, & 2do. utiliter. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 24.

Quia meliorem conditionem suam alimentarius (2) *tali transactione facit:*] Multa autem esse possunt, ut hoc non sit certum. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 23.

Noluit enim Oratio alimenta per transactionem interci-pi.] Contra mentem defuncti. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 3.

(1) Praecedit in Lege: *si quod consummato anno ut acciperet, initio anni* &c. Vulg. *ut* omittit. Melius Hal. vocem hanc trajecit hoc modo: *consummato anno acciperet, ut initio* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quid sit *repraesentata pecunia*, cujus in *pr. h.* §. mentio fit, docet Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXI. §. 8. *p.* 294. add. Interpp. *ad Phaedr.* III. 10. *vs.* 32.

(2) De hac voce vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 445. Tò *tali* paulo recentius adscriptum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 7.

Satis *locupletes,*] Id est, *mediocriter.* Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 20. ubi & de *servis.*

§. 9.

Caussae fere hujusmodi solent allegari: si alibi domicilium &c.] Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 14.

Et minutatim (1) *singulos convenire difficile ei sit:*] Vid. tamen *L.* 3. *de alim. legat.*

(1) Id est, unumquemque pro ea parte, quam debet.

§. 10.

Modus quoque &c.] Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 15. (1).

(1) *Arbitrandus est* hic passive dici, notat Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 351. ubi plura similia exempla habet. add. citatos superius ad *L.* 19. *de Jurisd.*

§. 11.

Sed & personarum contemplatio habenda est: &c.] Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 16. *seqq.*

An sequioris,] *L.* 17. §. 17. *de injur.* (1). Constantin. *Subtil. Enodat. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 491.] (2).

(1) Ubi Florentiae *segnitior* legitur, pro quo alii habent *segnior.* Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 380. *not.* 1.

(2) Qui legit *segnioris*, & sic etiam Duaren. *Disp. Anniverf.* II. 31. Sed *sequioris* hic habet Cod. Florentinus, quam lectionem defendunt Cujac. *Obs.* I. 3. Val. Guil. Forster. *Obs. subseciv.* I. 22. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 923. Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* I. 12. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1196. *Nequioris* non improbat Budaeus, *in Annot. ad Pand. ad h. l.* & vult Forner. *Selection.* II. 5. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 50. item Fopp. ab Æzem. *Diss. Jur. Civ.* II. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 825. Alciatus *sequioris vitae homines* intelligit pauperiores & contemtiores, quod non displicet Schroder. *Obs.* II. 5. *p.* 118. *seq.* quem etiam vide *ibid.* de verbis praecedentibus *cujus vitae sint hi*, &c. Sequitur in Lege: *In persona ejus, a quo alimenta relicta sunt, haec erunt specienda:* &c. Pro *specienda* Hal. habet *spectanda.* Etiam Florentiae recentiorem manum *spectanda* substituisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *specienda* retinet Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 17. *Oper. Tom.* III. *p.* 381. & *Parerg.* I. 27. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1300. Vid. & Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 357. & Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 3. §. 104. Additur *in quibus* SUNT *facultatibus.* Pluralis pro Singulari. Alia similia exempla vid. apud Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *p.* 85. & auctores ibi laudatos. add. van de Water, *Obs.* II. 5. *in fin. p.* 144. Bynkersh. *Obs.* V. 24. Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 11. *p.* 245. Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 25. *p.* 197. Hal. *facultatibus sit.* Vulg. voculam *in* omittit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Eadem phrasi *in facul-*

cultatibus esse usus quoque est Ulpianus in *L.* 5. §. 13. *de agnosc. & alend. liber.*

§. 12.

Qui transigit de alimentis, non videbitur, neque de habitatione, neque de vestiario transegisse: &c.] In *testamentis* enim late interpretamur verba; in *transactionibus*, quibus corruunt alimenta, stricte (1). Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 28.

(1) Sic vulgo Interpp., etiam Cujac. *h.* Vinn. *de Transact. Cap.* 6. §. 8. Voet. *ad h. t.* §. 14. Nec male, modo strictior illa interpretatio non deducatur ex natura transactionis: ad quam nec Ulpianus provocat, qui hanc ejus Juris rationem reddit, *cum Divus Marcus specialiter etiam de istis transigi voluerit.* Ut recte observat Ant. Faber. *in Rat. ad h. l.* Et sane est quidem transactio strictae interpretationis, adeo ut non extendatur ad ea, de quibus cogitatum esse non constat; sed hoc non impedit, quo minus is, qui transigit de alimentis ultima voluntate relictis, ex regulis Juris existimandus sit de omni eo transegisse, quod vox *alimentorum* in testamento significat: cum omnis conventio super ultima voluntate inita, nisi aliter dictum sit, ex ipsa ultima voluntate interpretationem accipiat. arg. *L.* 1. §. 14. *ut Legat. seu fideic. serv. causs. cav.* Proinde, ut vox *alimentorum* aliter accipiatur in transactione, quam in testamento, unice nititur peculiari hac Constitutione D. Marci, qua imprimis D. Marcus videtur prospicere voluisse iis, qui sine Praetoris auctoritate transegerant, quibus adeo, nisi de habitatione & vestiario specialiter quoque transegissent, permissum est, factam transactionem ad sola cibaria restringere.

§. 13.

Vel ceteris invitis transigere:] Lege *invitus* (1).

(1) Quemadmodum in Pand. Flor. & in aliis etiam editt. Gothofredi legitur.

§. 14.

De calceario &c.] Quod a *vestiario* differt. add. *L.* 25. §. 4. *de aur. arg. leg.* (1).

(1) Et Bynkersh. *Obs.* III. 17. Voce *calcearii* usus quoque est Sueton. *in Vespasian. Cap.* 8. ubi vid. Torrent.

§. 15.

Si uni pluribusve fundus &c.] Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 5. *Sed* (1) *si pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & hi inter se* transigant:] Aut *dividant.* Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 6.

(1) Hal. *sed et*: recte, nisi *sed* pro *sed et* ab antiquioribus aliquando usurpatum putes. Vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 15. *p.* 14. & ibi citt. auctores.

§. 17.

Si Praetor aditus, citra caussae cognitionem &c.] Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 30. (1).

(1) Ad *seq.* §. 19. Vid. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* I. 8. §. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 70. Averanius, *Interpr. Jur.* III. 3. §. 15. hunc locum nos admonere observat, falli eos, qui *Procuratores Caesaris* non distinguunt a *Praefectis aerarii*, de quibus plura vid. apud Brisson. *Sel. Antiq.* III. 19. & auctores *ibid.* citatos a Trekell.

§. 20.

Fingi enim lites poterunt, &c.] Aliud, si lis fuit vera. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 7. quod non caret dubio, nisi dicas, hic non posse constare, an relicta sint.

§. 22.

Si quis de alimentis transegerit sine Praetoris auctoritate, &c.] Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 31. & 32.

In id quod factus sit locupletior,] Semel tantum, & in eo distabit a minore, de quo *L.* 47. *de solution.* Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 29. (1).

(1) *Oper. Tom.* III. *p.* 406. *seq.* Verba ejus sunt: „ In majore sufficit, semel locupletiorem esse factum, licet acceptam pecuniam postea prodegerit: in minore non aliter dicimus locupletiorem, quam si in ejus rem versa pecunia fuerit, perduretque."

§. 24.

Et (1) *neque diem, neque modum permutavit,*] *Modum*: mensuram v. gr. aliquam intelligit Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 25. Ego ut in §. 10. *h. l.* Illic enim ponendus casus, ut in *pecunia* relicta sint alimenta. add. eund. *ibid. Cap.* 26. ubi de hoc loco.

Haec omnia habent disceptationem Praetoris, & pro utilitate alimentarii (2) *recipienda sunt.*] Ut scil. transactio admittatur, & decernatur, non ut retro confirmetur. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 26.

(1) Praecedit in Lege: *ut in vicem eorum nummum quotannis, vel quotmensibus acciperet.* Ubi *quotmensibus* idem valere ac *singulis mensibus*, notat Forster. *Obs. subseciv.* I. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 927. Vid. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 256. *seq.* & *in Addend. p.* 487.
(2) Vid. de hac voce notata superius ad §. 6.

§. 25.

Per contrarium quoque, si pro habitatione, quae erat re-

relicta, placuerit certam quantitatem *praestari*; &c.] *Annuam* scil. Scip. Gentil. *ibid. Cap.* 27. ubi de hoc §.

L. IX. (1).

(1) *Princ. &. §.* 1. hujus Legis exponit Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 5.

§. 2.

Qui per fallaciam coheredis ignorans universa, &c.] *L.* 35. *de pact.* Facit Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 8. (1).

Sine Aquiliana stipulatione] Basil. [*Tom.* I. *p.* 776.] οὐ μετὰ προςίμου καὶ ὁμολογίας ἀναδόσεως. Quae Fabrotus vertit, ut hic: male. add. Schol. Basilic. [*ibid. p.* 806.] Itaque vel aliter legerunt Graeci, vel non bene verterunt. Sed & sic fere verterunt *L.* 15. *Cod. h. t.* τὴν τοῦ προςίμου ἐπερώτησιν. [*ibid. p.* 786.] & *L.* 32. *Cod. eod.* προςίμου ἐπερωτήσεως. [*ibid. p.* 796.]

(1) Speciem h. §. dat Noodt. *loc. cit. Cap.* 15.

§. 3.

Cum adversariis pacto transegit; &c.] Haec perturbata esse, putat, & restituere conatur Cujac. *h.* sine caussa (1).

His tantum transactio obest, &c. de quibus actum probatur:] Facit Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 16. *Defin.* 15. *num.* 10. (2).

Nam ea, quorum actiones &c.] *Ea*, id est, *quod ad ea*: de quo Perizon. *ad Sanct. Minerv.* II. 5. §. 5.

Iniquum est perimi (3) &c.] *Iniquum enim est* &c. Cujac. *h.* (4).

(1)

(1) Exposuit hunc §. Noodt. *d. loc. Cap.* 5.
(2) Pro *his tantum* D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 7. legit *in his tantum* &c. & in *fin. Legis* pro *id, de quo cogitatum non docetur* reponit *ideo quod cogitatum non docetur.* Sed vid. Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 177. qui *his tantum* retinet, sed posteriore loco putat τὸ *id* irreptitium esse. Ego nihil mutem. Videtur Viros Doctos fugisse usus τοῦ *ea*, a Schultingio notatus, quem hic etiam observavit Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 7. §. 4. *p.* 221.
(3) Flor. *peremi.* Vid. notata superius ad *L.* 4. *h. t.*
(4) Et in praecedentibus verbis pro *nam ea, quorum* &c. legit *non quorum* &c. Neutrum recte: nec melius Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.*

L. X.

De re filiorum, quos in potestate non habuit, transigentem patrem minime eis obesse placet.] Ut nec filius patri. add. Mev. *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 209. — Aliud volunt, si eos in potestate habet, etiam quoad *adventitia.* Sand. *Decision.* II. 7. *Def.* 4. male, ut puto (1).

(1) Et putat quoque Cujac. *h.* qui *ad Libb. Ulpian. Respons.* paucis tantum de hac Lege egit. Latius suam de hac re sententiam exposuit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Vid. & Vinn. *de Transact. Cap.* 3. §. 11. — In *seq. L.* 11. *quia adhuc lis subesse possit* &c. Alioquin enim transactio super judicato facta vires non habet. Vid. H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind. Cap.* 6. *pr.*

L. XII.

Si postea caussetur, de eo solo cogitasse, quod prima &c.] Flor. *dEo* (1) *solo cogitasse,* &c. Noodt. *de Pact. & Transact. Cap.* 5. *in fin. dEo solo cogitasSE, quod* &c. id est, *de eo solo cogitasse se, quod* &c. (2).

(1) Ita scil. Taurellius edidit: in ipso enim Cod. Flor. nihil literis majusculis scriptum eum in finem, ut bis legatur. Vid. Brencm. *Hist. Pand.* IV. 5. *p.* 372.

(2) Non male; quamquam pronomen illud *se* saepe subaudiendum relinquitur. Vid. notata superius ad *L.* 35. *de pactis.* — De *seq. L.* 13. vid. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* I. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 69. *seqq.* Vinn. *de Transact. Cap.* 3. §. 10. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* 11. *p.* 182. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Legum interpret. p.* 111. *seq.* qui monet, quamvis doctrina ejus Legis ex mente Macri pertineat ad transactionem de *vicesima hereditatum* fisco solvenda, eam tamen ex mente Triboniani generalem esse existimandam. De *inscriptione* hujus Legis, quae vitiosa est, vid. quae notavi ad *L.* 154. *de V. S.* add. Jac. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 5. *in not. p.* 208.

L. XIV.

Controversia inter legitimum & scriptum heredem orta est, &c.] Ante hereditatem aditam, atque hac lege finita, ut haberent singuli v. gr. partem dimidiam. Pone, illos negare, se heredes esse, & contendere, se, quod habent, habere titulo singulari mortis caussa capionis. Vide & junge *L.* 24. *de adq. vel omitt. hered. L.* 2. *si quis omiss. causs. test. L.* 8. *de m. c. donat. L.* 6. *de reg. Jur.* Facit *L.* 21. *de adq. vel omitt. hered.* quae ex eodem (1) est Libro, & *L.* 20. *pr. eod.* Ergo quaestio hic tantum est de remedio agendi, non de aliis juris remediis, quae non negantur. (2) Vel dic, in *L.* 3. *pr. h. t.* agi de *testamento inofficioso:* nota τὸ *rescissum:* id vero extra dubium non nisi per sententiam everti potest: hic vero de testamento, quod dicebatur *injustum, nullum, ruptum, irritum,* ex quo hereditas adquiri nequit, etsi de facto sit adita; adeoque est incerta successio.

Respondit, si iidem creditores essent, qui transactionem fecissent: si alii creditores essent,] D. Goth. ad verbum

se-

fecissent notat: „ Adde ex Haloandri editione: *id observandum esse de aere alieno, quod inter eos convenisset.*" Sic quoque Basil. [*Tom.* I. *p.* 777.] ἕπονται τοῖς συμφωνηθεῖσιν (3). Noodt. *de Pact. & Transact. Cap.* 22. putat, Florentinam lectionem esse a Scaevola, frequente in ἀνανταποδότοις, ut *L.* 29. §. 12. *de liber. & post.* add. Duaren. *Disput. Anniversar.* I. 50.

Propter incertum successionis, pro parte hereditatis, quam uterque in transactione expresserit, utilibus conveniendus est.] Contra Juris rationem (4), quam ipse Scaevola sequitur *L.* 3. *pr. h. t.* ideoque Noodt. *Probab.* II. 2. & *de Pact. & transact. Cap.* 22. (5) censet, Scaevolam hic amico gratificari voluisse. Juris autem rationem sequitur & Scholiast. Basilic. *Tom.* I. *p.* 807. qui ait: κινοῦσι κατὰ τοῦ κληρονόμου γεγραμμένου, οὐχὶ δὲ κατὰ τοῦ ἐξ ἀδιαθέτου ἐλθόντος, καὶ εἰληφότος μέρος τι. Exemplum apud Cyriac. *Controv.* 17. ubi late per varias distinctiones, quae tamen mihi non satisfaciunt. Novissime in hac Lege desudavit Best. *de Rat. emend. LL. Cap.* 4. *p.* 57. *seqq.* sed infeliciter; & Jo. van de Water, *Obs.* I. 1. (6).

(1) Ex quo scil. est *L.* 24. et reliquae LL. citatae. Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 17.

(2) Quae in nota sequuntur recentiore manu a Schultingio notata sunt, et veram continent conciliationem hujus *L.* 14. cum *L.* 3. *pr. eod.*

(3) Nec dissentit Schulting. *in Enarr. d. l. p.* 335. Alii etiam aliter. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Jac. Voorda, *Elector. Cap.* 1. qui recte docuit, nulla hic emendatione opus esse, sed particulas *si si* accipiendas pro *sive sive*, ut & alibi fit. Vid. & Puttman. *Probab.* I. 1. *p.* 6. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 83. *seq. in not.* Ceterum, in Cod. Flor. proprie non legitur *iidem*, sed *idem*, verum ex *idem* prima litera geminata facile fit *iidem*. add. Drakenborch. *ad Liv.* III. 39. 8. & XL. 22. 14.

(4) Haec & quae in nota sequuntur antiquiore manu a Schultingio adscripta sunt. Rectius idem Vir. Clar. in nota priore ad *h. l.* & *in Enarr. h. t. loc. cit.* nullam inter Leges illas pugnam esse statuit. Horrescit conjecturam Noodtii Bynkershoek. *Obs.* III. 22. rem tamen non expedit. Contra Noodtium disputavit quoque Waechtler. in *Opusc. a Trotz. edit. p.* 228. *seqq.* Vid. & Jac. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 5. *p.* 70. Theod. Jo. Alexand. Pagenstecher. *Specim. de Violentis emendat. in Jur. Civ. non admittendis*, *Cap.* 3. *p.* 86. *seq.* Harderv. 1776. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc. tit.* §. 22. Mihi res simplicissima videtur, & breviter huc redire: non pugnare has Leges, cum agant de diverso casu, & justa ratio reddi possit diversi juris, quod in unoquoque casu obtinere Scaevola docet. Scil. in *L.* 3. *pr. h. t.* quaestio non erat de viribus testamenti, sed testamentum a matre defuncti dicebatur *inofficiosum*. Hac controversia per transactionem sopita testamentum manebat salvum, *L.* 29. §. 2. *de inoffic. test.* adeoque & heres institutus manebat heres. Recte itaque Scaevola docet, Legatarios &c. convenire debere heredem scriptum, eumque solum, quod solus heres sit, qui si in ineunda hac transactione sibi non cavisset pro oneribus hereditariis, id sibi debeat imputare. Sed *L.* 14. *h. t.* intelligenda de casu, quo inter heredem scriptum & heredem legitimum quaestio orta erat de viribus testamenti, veluti an quidem testator habuisset testamenti factionem. Quae controversia si transactione finita est, lis quidem illa perimitur, sed non reddit haec transactio ipsum testamentum validum. Manet adeo incertum, valeat testamentum an minus, & proinde manet incertum, uter sit heres, scriptus an legitimus. Non mirum itaque, hoc casu Scaevolam respondisse, Creditores, quibus semper solvendum est, utrumque convenire debere, id est, & heredem scriptum, & heredem legitimum, unumquemque pro ea parte, quam ex transactione tulisset, sed *propter incertum successionis*, id est, quoniam incertum sit, uter sit heres, utrumque eos convenire debere *utilibus actionibus:* quoniam *directa actione* solus verus heres conveniatur. Eodem modo Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand.*

Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p. 83. *seqq.* Id tamen forte videri possit ulteriore disquisitione indigere, an nempe necesse sit, in casu *d. L.* 14. ponere, hereditatem a scripto herede nondum fuisse aditam. Putat hoc Schulting. *in Enarr. h. t. loc cit.* quoniam alioquin, ut ait, heres qui ex asse hereditatem adiit, recusare non poterit, quo minus a creditoribus in solidum conveniatur. An autem hoc adeo apertum sit, possit dubitari. Sicuti enim mota ante aditam hereditatem quaestione an valeat testamentum, eaque quaestione per transactionem finita, incertum est, utrum heres institutus ex testamento hereditatem adire, & sibi adquirere possit, an minus; sic mota hac quaestione post aditam hereditatem, eaque per transactionem sopita, incertum est, valeat facta aditio, an minus: ex testamento enim injusto neque hereditas adiri, neque adita acquiri potest. add. *L.* 22. *in fin. L.* 34. *pr. L.* 46. *de adq. vel omitt. hered.* Utroque igitur casu *idem* adesse videri possit *incertum successionis*, adeoque & idem juris esse debere.

(5) Noodtium hac in re sequitur Reinold. *ad Mercer. Conciliator. num.* 177. & Brencm. *de Eurematic. Cap.* 7. *sect.* 2. §. 16.

(6) Egerunt de hac Lege quoque Westenberg. *in Divo Marco, Diss.* III. *Cap.* 2. *p.* 49. *seqq.* aliique quos citat Voorda, *loc. supra laud.* quibus addi possint Trotz. *Praef. ad Opusc. Waechtler. p.* LXXII. *seq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 9. *p.* 158. Jo. Cannegiet. *Obs.* II, 6.

L. XV.

Pacto convento &c.] Vid. Cujac. *h.* & *ad L.* 10. §. 1. *de pact.* (r).

(r) Paulo aliter haec Lex scripta exstat apud Paul. *in Sent.* I. 1. §. 3. in *Jurispr. Antejust. p.* 219. Quaedam ad eam Legem monuit quoque Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 238. *seq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 237. *seqq.* de *seq. L.* 16. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 19.

L. XVII.

Propter ignorantiam suam] Secus, si scivit. Sande, *de Action. Cession. Cap.* 12. *num.* 18. & 19. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* De locutione *fideicommissam recipere hereditatem* vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 21. *in fin.*

L. I.

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

DE POSTULANDO (1).

(1) Thalelaei, Theodori, aliorumque JCtorum Graecorum Commentarii in hunc titulum Pand. & Cod. ex editione, & cum notis Dav. Ruhnkenii exstant in Thes. Meerman. *Tom.* III.

Vocabulum hoc non intelligit Pollet. *Histor. For. Rom. p.* 502. [ed. Duac. 1576.] (1).

(1) Ad quem locum in editione, quam possideo, manu sua notavit Schultingius: „ verbum *postulare* JCtos usurpare non solere de iis, qui aliquem accusant criminis, vel reum faciunt; & confundere Polletum cum postulatione *interrogationem in jure*, cujus est exemplum, quod Polletus adfert." Posterius recte notatum est; sed verbum *postulare* etiam in caussis publicis, & pro *accusare* usurpari, docet Ernest. *in Clav. Ciceron.* in voc. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv. p.* 116.

L. I. (1).

(1) An verba *habendae rationis caussa* satis ceperit Graecus Interpres, dubitat Ruhnken. *ad Thalel. aliorumque Comm. loc. cit. p.* 1. Pothier. *in not. ad h. l. rationis* interpretatur *discretionis personarum.* Forte constructio verborum paululum turbata est, sive ab ipso Ulpiano, sive a Triboniano, vel Librariis, atque ita le-

 gen-

(1) De voce *ambitione*, quam Graeci vertunt κατὰ περιδρομῆς, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Sexum, dum (1) feminas prohibet pro aliis postulare:] Id jam a Numa (2) erat interdictum. Pollet. *Hist. For. Rom.* II. 7. *in fin.* Pro monstro habitum, quod femina caussam orarat. Plutarch. *in Lycurg. & Num. p.* 77.

Origo vero introducta est a Carfania] D. Goth. *in not.* „ *Caja Afrania*, Val. Maxim. VIII. 3." add. Bynkersh. *Obs.* IV. 12. (3).

Quae inverecunde postulans, & magistratum inquietans,] Add. Luc. XVIII. 5. & ibi Pricaeum.

Caussam *dedit Edicto.*] Id est, *occasionem* (4).

Videlicet quod insignia magistratus videre, & revereri non possit.] Quae tamen ratio illum non prohibet postulare pro se. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* II. *Cap.* 4. *num.* 13. *seqq.*

Insignia magistratus] Inter quae Sigon. *de Judic.* I. 7. ponit & *gladium:* quod non puto verum. Vid. de iis D. Goth. *in not.* & Brisson. *Sel. Antiq.* III. 14. add. Pancirol. *Thes. var. lect.* I. 10. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 937. *seqq.*] (5).

Et revereri] Quod Romanis semper curae fuit. Facit huc Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* II. *p.* 98. *in fin. & seq.* Chrysost. *in Psalm.* VII. *vs.* 12. Plutarch. *in Ciceron. p.* 877. A.

Aversa sella,] Obverso tergo. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 27. *in fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1346.] (6).

Sed melius est, ut dicamus, retinere quidem jam coeptum magistratum posse,] Facit huc M. Senec. *Exc. Controv.* IV. 2. Male haec carpit Faber. Vid. Huber. *in Eun. Rom. h.*

Adspirare autem ad novum penitus prohiberi:] Ob splen-

do-

exercuit, & consulentibus de Jure publice responsitavit. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 2. ubi plura (4). Dissentit Bynkersh. *Obs.* IV. 11. (5).

Propter casum surdum, &c.] Et magis adhuc *mutum* (6). Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* IV. *Cap.* 4. *num.* 7.

Qui prorsus non audit,] Ineptum enim huc trahere, quod de loquendo supra cerebrum est *L.* 10. *Cod. qui test. fac. poss.* (7).

(1) Vid. & Schulting. *d. loc.* §. 2. Noodt. *ad h. t. pr.* Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 84. M. Roever. *Diss. ad Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 160. Ruhnken. *d. loc. p.* 2.

(2) Adeoque tempus hic non *civiliter*, sed *naturaliter* computatur. Vid. Rucker. *Diss. de Civil. & nat. temp. comput. in Jur. Cap.* 4. §. 3. & *Cap.* 5. §. 19.

(3) Add. Bynkersh. *Obs.* IV. 11. *circa fin.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. ubi etiam quaedam notat de Livio Druso.

(4) Add. Schulting. *d. loc.* Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 231. *in not.* Ruhnken. *loc. cit. p.* 3.

(5) Cum quo facit Trotz. *in Praefat. ad Oper. Marani*, *p.* x. Rectius Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 178. notat, *responsitare*, seu *respondere* aliud quid esse, quam *postulare*, de quo tamen proprie hic agitur. Plura de hoc Nerva vide apud Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 19. & auctores *ibid.* citatos a Stockman.

(6) Sed de quo non opus fuit monere, cum eum ipsa natura arceat: uti nec de *servo*. Vid. Schulting. *d. loc.*

(7) Conf. Bynkersh. *Obs.* IV. 12. *pr.*

§. 4.

Si non habebunt Advocatum, ego dabo.] Idem in Scholis Rhetorum. Quinctil. *Decl.* 260.

Nec solum his personis &c. (1).] Noluerunt enim Romani, etiam vilissimis Patronum deesse. Cicer. *pro Muren. Cap.* 4. Facit huc Senec. *Apocolocynt. p.* 835.

 (1)

38. Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 20. Roever. *loc. supra laud. p.* 162. Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 178. *seqq.* ubi etiam notat, Ulpianum hic pleonastice locutum esse, dum ait *coecum utrisque luminibus orbatum.*

(6) Ubi duorum JCtorum duo facta ridicula attulit, quae in Libris nostris Juris Civilis memorantur, quorum unum est Bruti, quod hoc loco refertur, alterum Nervae in *L. penult. in quib. causs. pign. vel hyp.* &c. — De *sellis* magistratuum vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 15. & ibid. citatos a Trekell. — Pro *Publilium*, ut Florentiae legitur, Hal. & Vulg. habent *Publium*, quod praefert Bynkersh. *Obs.* IV. 12. putans, eundem illum esse, cujus meminit Val. Maxim. VIII. 7. §. 5. — De *Asprenate Nonio* praeter Bynkersh. *d. loc.* quaedam quoque notavit Curtius, Εἰκαστῶν, III. 40. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 226. Meminit ejus etiam Quinctil. *Instit. Orator.* I. 5. & XI. 1. ubi vid. Burman. p. 68. & 973. — Sequitur in Lege: *exstat quidem exemplum* &c. Pro *exstat* Taurellius edidit *exstitat*, & sic olim Florentiae fuisse, sed syllabam *ti* jam pridem deletam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui putat, Librarium vitiose primum scripsisse *exstit*, & errore animadverso *at* adjecisse, nec vitium correxisse. — De verbis *Appius denique Claudius Coecus — in Senatu severissimam dixit, sententiam de Pyrrhi captivis*, quibus vulgo additur *non recipiendis*, vid. Raevard. *Varior.* III. 18. & Hommel. *Obs. Jur. Civ.* Cap. 4. in *ej. Opusc. Jur. univ. a Roessig. edit. p.* 73. add. Duker. *ad Flor.* I. 18. 15. & Verheyk. *ad Eutrop. Hist. Rom. Breviar.* II. 13. De ejusdem Appii sententia *de Pyrrho in urbe non recipiendo* vid. notata superius ad *L.* 2. §. 36. *de orig. Jur. not.* 2.

§. 6.

Removet autem a postulando pro aliis &c.] Ergo agens, extra poenam.

Qui corpore, sua muliebria passus est.] Hi tempore Ulpiani tantum notati infamia. Vid. Mornac. *h.* (1). Vid. & Legem Solonis de his apud Diog. Laërt. *in Solon. num.* 55. & ibi Menagium. Facit huc Cicero, *pro Plancio*, *Cap.*

Cap. 12. Quam id Romae in pretio habitum, Tatian. *Contra Graec. p.* 165. Quinctil. *Inst. Orat.* XI. 1. *p.* 803. [ed. Burman. *p.* 980.] *Hoc injuriae genus verecundius inest passis, quam ausis.* Sub Christianis quoque tales tolerati, & solvere chrysargyrum. Euagr. *Hist. Ecclesiast.* III. 39.

Et qui capitali crimine (2) *damnatus est*, &c.] Et poenam effugit, ut *L.* 9. *Cod. ad L. Jul. de adult.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 748.

Item SCto etiam apud Judices pedaneos *postulare prohibetur* &c.] Magistratus, qui in subselliis minora judicia exercebant, intelligit Raevard. *Conjectan.* III. 10. (3). Basilic. Schol. [*Tom.* I. *p.* 408.] intelligunt *Judices datos.*

Et qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locaverit.] Gregor. Nazianzen. *Carmin. p.* 191. *seq.* locus egregius (4).

Bestias autem accipere debemus &c.] Noodt. *ad h. t.* vs. *Secundo loco* &c. (5) — Haec usque ad τὸ *mansueta* a Compilatoribus huc translata esse, putat Branchu [*Obs. Cap.* 5. & *Obs. Dec. Alt. in Addend. aliis post Indicem, p.* 2. *seq.*] & olim posita fuisse post verba *non habet in L.* 1. §. 10. *si quadr. paup. fec. dic.* Vid. *ibid.* Id tamen non male, talia esse dedecori, ut plane servilia, quod non est in casu *L.* 3. *tit. seq.* (6)

Non enim qui cum bestiis depugnavit, tenebitur: sed qui operas suas in hoc locavit.] Sic *L.* 37. *pr. de oper. libertor.* add. Vertran. Maurum, *de Jure liberor. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 991. *seq.*] Cautius hic loquitur Praetor, quam in loco apud Quinctil. *Declam.* 302. *Gladiator est, qui in arena populo spectante pugnavit.*

Nisi in arena (7) *passi sunt, se* honorari:] Id est, *proemio donari* (8).

His igitur personis, quae non virtutis caussa eum (9) *bestiis pugnaverunt, pro se Praetor permittit* allegare,] D. Goth.

Goth. *in not.* „ Id eſt, *defenſor eſſe.*" Cur non *poſtulare* (10)?

(1) Sed falli hac in re Mornacium, recte notat Schulting, *ad Paul. Sent.* II. 26. §. 13. *not.* 38. add. de his Rittershuſ. *ad d. loc. Paul, not.* 36. & de locutione *muliebria pati* vid, Cortium, *ad Salluſt. Catilin. Cap.* 13. *num.* 3.

(2) Deportatos, eosve quibus aqua & igne interdictum eſt, intelligit Noodt. *ad h. t,* vſ. *Secundo loco* &c. Vid. & Jo. Cannegiet. *Obſ. Cap.* 17. §. 4. *p.* 460.

(3) Sic etiam Noodt. *ad h. t. pr.* Pothier. *in not. ad h. l.* J. Hopp. *Diſſ. de Judicib. a Praet. &c. dari ſolit. Cap.* 3. in Nov. Theſ. Diſſ. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I, *Tom.* II. *p.* 554. add. notata ſuperius ad *L.* 3. §. 1. *ne quis eum, qui in jus voc.* &c.

(4) Add. de his Schulting. *ad Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 4, §. 3. *not.* 19.

(5) Sed Noodtium refutavit M. Roever. *ad Loc. quaed. Jur. Civ. depravat. Cap.* 7. in Theſ. Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 163. *ſeq.* Cujus interpretatio etiam longe probabilior videtur Ruhnkenio, *loc. cit. p.* 6. Quaedam de hoc loco monuit quoque Noordkerk. *Obſ. p.* 87. qui tamen Noodtium fere eſt ſecutus.

(6) Ad quam vid, notata.

(7) Id eſt, *amphitheatro.* Vid. Lipſium, *de Amphitheatro, Cap.* 3.

(8) Sic recte Schultingius, Vid. Caeſ. Coſta, *Var. ambig. Jur.* I. 28, in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1184. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Secundo loco* &c. circa fin. Trotz. *Memor. propag.* I. 6, *p,* 401. *ſeq.* Franç. Carol. Conrad. *Progr. de Vera ratione honoris in arena ſe honorari paſſos infamantis.* Helmſtad. 1744. 4to. M. Roever. *loc. laud. p.* 145. Ruhnken. *d. loc, p.* 6. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 25. Sed quem refutarunt Puttman. *Interpr. & Obſ. Cap.* 11. *p.* 52. *ſeq.* & Jo. Ruard. *Specim. Critic. Cap.* 2. *p.* 20. *ſeqq.* Franeq. 1769.

(9) Tò *cum* in Cod. Flor. omittitur.

(10) Sic etiam verbum *allegare* explicat Pothier. *in not. ad h. l.* Triboniani verbum eſſe ait Ant. Faber, *in Ration.*

tion. ad h. l. cui etiam suspecta sunt verba ultima *qui adversus ea fecisse* &c. Sed vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 750. *seq.*

§. 8.

Ait Praetor: QUI LEGE, PLEBISCITO, &c.] Ergo olim talia jura etiam de his fuere, quae hodie nobis ignota (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Porro relegens* &c.

§. 9.

Eum, *qui ex his qui supra scripti sunt, sic accipe:*] Potest ferri hoc verbum *eum* (1).

(1) Immo, nisi adesset, subaudiendum foret. Hal. *qui ex his qui supra scripti sunt, sic accipitur:* &c. sine caussa.

§. 10.

De qua autem restitutione &c.] Frustra & hic censuram exercet Faber. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

Et putat, de ea restitutione sensum, quam Princeps, vel Senatus (1) *indulsit.*] Idem fecere Duces belli. Appian. *Mithrid. p.* 327.

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. & Noodt. *loc. modo cit.*

L. III.

§. 3.

Muti *ceterorumque, quibus dare* (1) *solent:*] D. Goth. *in not.* „ Muto tamen non datur tutor necessario, &c. " add. Stryck. *de Jure Sens. Diss.* IV. *Cap.* 2. *num.* 24. *seqq.* Puto autem esse hoc verbum *muti* e Glossa: redundat enim,

enim, nec suo loco positum est., nec est in Basilic. [*Tom.* I. *p.* 396.] (2).

(1) Hal. & Vulg. *dari*, scil. curatores. Potest *dare* retineri, & accipi de Praetoribus. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Nec habet Hal. & exulat quoque a nonnullis Codd. notante Ruhnkenio, *d. loc. p.* 10. — Ad *seq. L.* 4. quaedam monuit Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.*

L. VI.

Qui non sponte, sed necessario officio funguntur,] Ut Procurator, & negotiorum gestor. Gloss. Basilic. *h.* [*Tom.* I. *p.* 408.]

L. VII.

Etiamsi (1) *adversarius eos patiatur postulare.*] Facit *L.* 1. *pr. h. t.*

(1) Post τὰ *omni modo prohibet* Compilatores omisisse *etiam cognitores fieri*, putat Heinecc. *ad Edict. perpet. restit. Opusc. postum. Tom.* II. *p.* 379.

L. VIII.

Nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium, vel exsilium sit irrogatum:] Vid. ad *L.* 5. *de Decurionib.* (1)

(1) Ubi ad verba *ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moveri placuit*, notavit: „ Ita jus, aliter rescriptum *L.* 3. *Cod. ex quib. causs. infam. irrog.* Cujac. *ad L.* 1. *Cod. de his qui in exsil.* In relegatis nihil aliud *L.* 3. §. 1. *de Decurion.* Nec servatum, quod est *L.* 8. *de postuland.* indistincte. Ergo distinguendum inter *relegatos*, in quibus jus vetus manet, & *interdictos*, in quibus mutatum per edictum Caracallae *L.* 1. *Cod. de his qui in exsil.* Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 8. *de postuland.* Nostram Dissertationem

Pro Rescript. Impp. §. 4. Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *tit.* 19. *Cap.* 1. " Add. Schulting. *in Enarr. tit. de his qui not. infam.* §. 13. & Noordkerk. *Obs. p.* 123. *seq.* Sententia Cujacii, a Schultingio in nota paulo obscurius proposita, breviter huc redit. Nimirum, secundum Cujacium in hac quaestione, utrum ad tempus relegatus, vel postulare prohibitus, vel ordine motus, elapso hoc tempore infamis sit, an minus, distinguendum est inter jus strictum, & id quod ex Constitutionibus Principum obtinuit. Secundum stricti juris rationem illi elapso isto tempore non erunt infames, si poenam hanc passi sunt ex caussa non famosa, ut in casu *L.* 13. §. 1. *ad L. Cornel. de fals.* Sed si ex caussa famosa, tunc elapso licet illo tempore manent infames: adeoque neque ad postulandum, neque v. gr. in ordinem Decurionum rursus admitti possunt. *L.* 5. *de Decurionib.* nisi Judex poenam Lege graviorem inflixit: videtur enim tunc de infamia transactum. *d. L.* 5. Sed ex hoc jure stricto Impp. Constitutionibus suis aliquid remiserunt. Sic Hadrianus Imp. in hac *L.* 8. rescripsit, relegatum ad tempus, elapso illo tempore, non prohiberi postulare, adeoque non esse infamem, sine discrimine, ex qua caussa, famosa an non famosa, relegatus sit. Similiter Antoninus Pius rescripsit, eum, cui in quinquennium advocationibus interdictum esset, post quinquennium postulare non prohiberi *d. L.* 8. nec distinguitur, ex qua caussa advocatione interdictum sit. & rursus Severus & Antoninus in *L.* 3. *Cod. ex quib. causs. infam. irrog.* rescripserunt, ordine ad tempus motum, post illud tempus in numero infamium non esse. Cum autem in hoc conflictu Juris & Constitutionum non satis constaret, quid servandum foret, putat Cujacius, postea Antoninum Caracallam litem hanc diremisse *L.* 1. *Cod. de his qui in exsil.* ita ut ordine ad tempus motus, vel postulare ad tempus prohibitus, elapso hoc tempore, non sit infamis, sine discrimine, ex qua caussa ordine motus sit, vel postulare prohibitus. Sed cum Caracalla taceat de *relegatis* ad tempus, censet Cujacius, in his veterem distinctionem adhuc obtinere, utrum scil. ex caussa famosa, an non famosa relegati sint: nisi poena Lege gravior sit. Ceterum foro interdixisse non tantum Praetores, sed etiam Praesides, & Proconsules, notat H. Cannegiet. *Obs.* II. 11. *p.* 179. &

& Puttman. *Probab.* II. 5. *p.* 41. monet, quando advocatione nonnullis interdictum legimus, non semper existimandum esse, hoc poenae loco esse factum, sed aliquando etiam, ut aliis hanc provinciam relinquerent. — Ad *seq. L.* 9. vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. ej. l.*

L. X.

Qui Fisci caussas agunt,] Patroni Fisci. Sic Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 752. Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. de advoc. Fisc.* & sic Basilic. [*Tom.* I. *p.* 397. ὁ τοῦ δημοσίου συνήγορος.] Aliter Schol. Basilic. [*ibid. p.* 408. περὶ τῶν ἐν φάκτῳ τυχόντων τοῦτο φησὶν, οὐ μὴν τῶν ἐν ὀφφικίῳ.] (1).

(1) Pro *parentium*, ut Flor. est, Hal. habet *parentum*. Florentina aeque recta. Sic etiam Cicero, *de Offic.* I. 32. ubi vid. Graevium, & Horat. *Carmin.* III. 24. 21.

Dos est magna parentium Virtus.

Add. Fabrettt. *Inscript. p.* 99. & Noris. *Orthograph. Pisan.* adj. *Cellar. Orthograph. Latin. Tom.* II. *p.* 246. edit. Harlef. 1768.

L. XI.

TRYPHONINUS *Lib.* V. *Disputationum.*] Junge *L.* 22. *de his quae ut indign.*

Non prohiberi tutorem adesse pupillo in negotio, in quo Advocatus contra patrem ejus fuisset.] Vid. Gellium, *Noct. Attic.* V. 13. Ranchin. *Var. Lect.* I. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 911. *seq.*] (1). — Hinc DD. colligunt, aliquem agere posse etiam adversus conscientiam, modo ad alterius commodum (2). Castrens. *ad L.* 26. §. *Libertus. de condict. indeb.*

(1) Qui *Principis nostri* nomine Tryphoninum hic intelligere putat *Alexandrum Severum.* Alii credunt, *Caracallam.* Vid. D. Goth. *in not. De Tryphonino JCto*

JCto elegantissima Dissertatio est Christ. Rau. Lips. 1768. 4. *Recitationes in Libb. Tryphonini Disputationum* conscripsit Ant. Dadin. Alteserra. De quibus Recitationibus quaedam notat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 2. *sect.* 5. §. 21. *p.* 467. Plura de iis retulit A. F. Schott. *Unpartheiische kritik uber die neueste Jurid. Schriften*, *Part.* I. *p.* 663. *seqq.*

(2) Quod tamen quo pacto inde colligant, me ignorare fateor: *adesse* enim *pupillo* in tali negotio, & agere contra conscientiam; sunt res longe diversae. — Sequens §. 1. totus apud Hal. abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse non negat, Triboniani potius hunc §. esse, quam Tryphonini, nisi forte etiam Tryphoninus Libros suos Disputationum in titulos distribuerit, eosque simili ordine collocaverit.

TITULUS II.

DE HIS, QUI NOTANTUR INFAMIA.

Infamia] An haec poena? Vid. Matth. *de Criminib.* *p.* 863. [*Lib.* XLVIII. *tit.* 18. *Cap.* 3.] (1).

(1) Praecipuos, qui de hac materia scripserunt, auctores citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. in pr.*

L. I.

JULIANUS *Lib.* I. *ad Edictum.*] Ita quoque Basilic. [*Tom.* II. *p.* 590.] Videtur tamen alterius (1).

Qui artis (2) *ludicrae* &c.] Augustin. *de Civit. Dei*, II. 13. *Cum artem ludicram scenamque totam probro ducerent* (Romani), *genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri notatione Censoria voluerunt.* &c. & *ibid. Cap.* 27. add. Nepot. *in Praefat.* Arnob. *Adv. Gent. Lib.* VII. *p.* 239. Chrysost.



foſt. in I. *ad Corinth. Serm.* XII. *p.* 318. [*Tom.* III. ed. Eton. edit. de Montfaucon. *Tom.* X. *p.* 103.] (3) — Graeci hos in honore habuere. Auguſtin. *de Civitat. Dei*, II. 11. add. Nepot. *d. loc.*

In ſcaenam prodierit.] Aliud, ſi fecerit extra eam. Facit huc Quinctil. *Inſt. Orat.* III. 6. *p.* 210. [ed. Burman. *p.* 241.] — *Scaenam.* Sic recte ſcribitur. Vid. Dausquej. *Orthograph. antiq. novique Latii.* Voſſ. *Lexic. Etymolog.* (4).

Qui in judicio publico &c.] Non tamen hinc ſequitur id impune in *privato* fieri, etſi illud hic non notatur. Matth. *de Criminib. p.* 238. [*Lib.* XLVII. *Tit.* 9. *Cap.* 1. *num.* 4. *in fin.*]

Injuriarum] D. Goth. *in not.* „ Injuriarum actio famoſa &c. " add. Cicer. *in Verr.* II. 8. — Non hodie. Huber. *Eun. Rom. h.* Melius Jus Romanum. Huber. *ibid. p.* 137.

Pactusve erit.] Baſilic. καὶ χρήματα δοὺς μήπω τῆς προκατάρξεως γενομένης. [*Tom.* II. *p.* 590.] (5).

Qui pro ſocio, tutelae, &c.] Defendit Huber. *Eun. Rom. h. p.* 138. *ſeq.*

Pro ſocio] Societas enim fide colitur. Cicer. *pro Quint. Cap.* 6. *Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur,* &c. add. Eund. *pro Roſc. Amerin. Cap.* 40. *In rebus minoribus ſocium fallere, turpiſſimum eſt.*

Tutelae] Vid. Noodt. *Probab.* I. 13. §. 4. Olim inter officia hoc primum putatum. Gell. *Noct. Attic.* V. 13. Plat. *de Legib. Lib.* XI. Vid. Herald. *de Rer. Judic. auct.* II. 5. *num.* 4. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1177.]

Mandati] Cicer. *pro Roſc. Amerin. Cap.* 38. late.

Depoſiti] *Fiduciae*, non *depoſiti*, meminit Cicer. *pro Caecin. Cap.* 3. (6).

Non contrario judicio,] Exceptio in *L.* 6. §. 5. *h. t.* Dam-

Damnatus erit.] Ob *dolum* scil. (7) arg. *L.* 6. §. 6. & 7. *h. t.*

Qui eam, quae in potestate ejus esset, &c.] Defendit Huber. *Eun. Rom. h. p.* 139. *seq.*

Antequam virum elugeret,] Vide, num redundent: non enim Praetor bis idem solet ponere (8).

Quive suo nomine, non jussu ejus, in cujus potestate esset, &c.] Ex his, vel praecedentibus verbis, filiosfamilias infames fieri, si absque voluntate patris nuptias contraxerunt, colligit Brisson. *de Jur. Connub. p.* 227. [*Oper. minor. p.* 382. ed. Trekell.] & Hotoman. *de Ritu nupt. Cap.* 3. Male.

(1) Ad edit. in 4to. notavit: „ credo non esse *Juliani*, sed *Caji*, vel *Ulpiani*." & *in Enarr. h. t.* §. 3. ait: „ si per libros antiquos liceret, optime inscriptio *Legis* 2. poni posset ante hanc *Legem* 1. & verbis Edicti interpretatio Ulpiani statim subjici." Quae etiam aliorum sententia est. Vide quos citat M. Tydeman. *de Ulp. Marcello, Sect.* II. *Cap.* 2. §. 1. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 71. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 8. *p.* 43. Gluck. *loc. modo cit. p.* 167. *seq. in not.* Aliter Heinecc. *Opusc. Syllog.* I. *p.* 814. *in not.* qui censet, desumtam hanc Legem esse ex *Libb. Juliani Digestorum.* Nihil definire audet Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 17. *seq.* & ipse quoque Heinecc. *in Comm. ad hoc Edict. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 363. Tribonianum haec sumsisse ex ipso Edicto Perpetuo conjicit Ant. August. *de Nominib. JCtor.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 68. *in not.* Quod si probabile videatur, fieri potuit, ut Tribonianus Legi duntaxat praefixerit *Julianus*, vel *Edictum*, & reliqua a manu imperiti profecta sint, putantis forte inscriptionem esse mutilam. Ceterum Edictum hoc accurate exposuit Noodt. *in Comm. ad h. t.* cui jungendus Heinecc. *loc. modo cit.*

(2) Flor. est *aritis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui id quodammodo defendit.

(3) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Porro ait Praetor: Qui*

artis &c. & Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 121. *seqq.*

(4) Add. Salmas. *ad Lamprid. in Alexandr. Sever. Cap.* 33.

(5) Praecedit, *de dolo malo, & fraude.* Sed *fraudis* mentionem omittit Ulpianus in *L.* 4. §. *ult. h. t.* ubi hanc Edicti partem recitat. Vid. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 7. circa fin. Basil. etiam hic duntaxat habent περὶ δόλου. *Tom.* II. *p.* 590.

(6) Et *pro Rosc. Comoed. Cap.* 6. *Si qua enim sunt privata judicia summae existimationis, & pene dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae, societatis.* De *fiducia* quaedam notavit Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 6. §. 3. *not.* 37. & *ad Paul. Sent.* II. 13. *not.* 1. Plura vid. apud Corn. Carbasium, *Disq. de Fiducia.* Harderv. 1784.

(7) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed apparet* &c. Non itaque etiam ob *latam culpam*, quod tamen putant Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVIII. 8. Voet. *ad h. t.* §. 2. aliique. Videtur distinguendum cum Hubero, *in Prael. ad tit. Inst. de susp. tutor.* §. 7. & *ad tit. de poen. tem. litig.* §. 4.

(8) Haec unice adscripta leguntur ad edit. in 4to. neque etiam hac de re quicquam monuit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Evanescit quoque difficultas, modo cum Rucker. *Obs. Cap.* 1. §. 3. locum hunc ita interpungamus: *Infamia notatur, qui eam, quae in potestate ejus esset, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret intra id tempus, quo elugere virum moris est, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit.* Vulgatam tamen interpunctionem defendere conatus est Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 33. §. 2. Sed eum refutavit J. B. Koehler. *Interpr.* & *Emend.* II. 8. *p.* 44. *seq.* Vid. tamen Gluck. *d. loc. p.* 179. *seq.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. h. t.* §. 1. — De *luctu* vid. citatos inferius ad *L.* 11. §. 1. *h. t.* — Pro *decem mensibus* in Edicto & alibi Tribonianum reposuisse *tempus, intra quod virum elugere moris est*, censet Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de sec. nupt. Tom.* I. *p.* 323. notante Schultingio, *loc. modo cit.* Sed sine caussa. Vid. Heinecc. *in Edict. Perp. rest. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 367. *seq.*

&

& Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Leg. interpr. Cap.* 7. §. 1. Quamvis Gothofredus, *ibid.* hoc bene doceat, loco *decem mensium* integrum annum luctui primum praestitutum esse a Theodosio M. *d. L.* 1. *Cod. Theod.* quae est *L.* 2. *Cod. Justin. eod.* Adeoque fállitur Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 4. §. 151. *in not.* putans, jam ante Theodosii tempora moribus invaluisse, ut viduae duodecim menses viros lugerent: propterea recte notatus a Walchio, *ibid. p.* 271. Fallitur etiam Scip. Gentil. *de Secund. nupt. Cap.* 18. *Oper. Tom.* II. *p.* 223. existimans, hanc temporis immutationem demum ab Imp. Justiniano esse factam; quem propterea recte quoque notavit Gluck. *loc. cit. p.* 183. *in not.*

L. II.

Dimissum accipere debemus; militem caligatum:] *L.* 42. *de test. milit.* D. Goth. *in not.* „ *Caligatus* miles, vilis, *L.* 9. *de custod. reor.*" add. Schol. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 602. τὸν καλλιγάτον, τὸν νεωστὶ στρατευσάμενον, ἤτοι τὸν εὐτελῆ στρατιώτην. καλλίγα γάρ ἐστιν ὑπόδημα.] (1).

Vel Tribunum sive cohortis, sive legionis,] Agnoscunt haec Basilic. & Schol. Basilic. & recte (2). add. Amm. Marcellin. XXIV. 3. & XXV. 1.

Non tamen, si citra indignationem Principis successor ei datus est.] Quod aliter est quasi remotio. Casaub. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 9.

(1) *Militem caligatum* Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 25. interpretatur *militem gregarium.* Vid. & Brisson. *Select. Antiq.* II. 5. ibique Trekell. & Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* II. 37. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 389.

(2) Male igitur apud Hal. absunt. — Sequitur in Lege: *licet consularibus insignibus utitur.* De quibus vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 14. ibique Trekell. & Pancirol. *Thes. Var. Lection.* L. 10. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 937. De constructione τοῦ *licet* cum *Indicativo* vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib. not.* 2. Neque adeo necesse, ut pro *utitur* legamus *utatur*, ut Vulg. habet. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur.

Jur. Geb. & Spang. — Ad *seq.* §. 1. Vid. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Ait Praetor: ab exercitu* &c.

§. 2.

Ignominiae] Differt ab *infamia.* Cujac. *Obſ.* XXVII. 8. *in fin.* (1).

Quoniam multa genera ſunt miſſionum.] De his late Langlaeus, *Semeſtr. Lib.* XIII. (2).

Eſt honeſta, quae emeritis ſtipendiis &c.] Vid. Lipſ. *ad Tacit. Annal.* I. 17. In veteri Lapide in *Orthograph. Ald. Manut. p.* 508.

MILITAVIT AN. XIIX.
MISSUS HONESTA MISSIONE.

add. Spon. *Miſcellan. p.* 244. Gud. *Inſcript. p.* 179. 8. & *p.* 185. 1. & 9. (3).

Emeritis ſtipendiis,] Quae ab initio erant annua, hincque modus loquendi. Vid. Rab. Herm. Schelium, *ad Hygin. de Caſtris Roman. p.* 204. (4).

Vel ante,] Exemplum apud Philoſtr. *de Vit. Apollon. Tyan.* V. 38. ubi & de praemiis (5).

Ab Imperatore] Olim Populo. Liv. XXXIX. 19. — Hac de re Cenſores cognoſcunt apud Livium, XLIII. 14.

Eſt cauſſaria, quae propter valetudinem laboribus militiae ſolvit:] Apulej. *Metam.* IV. *p.* 144. ed. Elmenhorst. [ed. Oudend. *p.* 244.] *Rebar enim jam me prorſus exanimatum, ac debilem mereri cauſſariam miſſionem.*

Sed & ſi eum exauctoraverit, id eſt, inſignia militaria detraxerit, inter (6) *infames efficit,* &c.] Al. *Sed & ſi ita exauctoraverit, ut inſignia* &c. probante Noodtio, *ad h. t.* vſ. *Ait Praetor: ignominiae cauſſa* &c. qui haec plene exponit. add. Langl. *Semeſtr. Lib.* XIII. *p.* 737. Duker. *ad Opuſc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 272. *ſeq.* (7) Alludit Tertullian. *de Pudicit. Cap.* 14.

Eſt

Est & quartum genus missionis, si quis evitandorum munerum caussa militiam subiisset:] Vid. *L.* 40. *L.* 43. & passim, *Cod. Theod. de Decurionib.* [*Tom.* IV. *p.* 400. & 403.]

(1) Ubi notat, omnem *infamiam* quidem esse *ignominiam*, sed non contra. Vid. tamen Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de poen. tem. litig.* §. 4.

(2) Add. Lipsium, *de Militia Rom.* V. 19. Gerh. Sichterman. *Diss. de Poenis militar. Roman. Cap.* 13. in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 280. *seqq.* & Wilh. Menthen. *Diss. de Triplici missione militari*, in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 149. *seqq.*

(3) Add. Inscriptiones apud Gruterum, quae citantur in *Indice p.* XXXI. voc. *missus honesta missione.*

(4) Plura de stipendiis militum vid. apud Lipsium, *de Militia Roman.* V. 16. *Elector.* I. 2. & *in Exc. ad Tacit. Annal.* I. 17. *Lit. f.* add. Sichterman. *d. loc. Cap.* 15. & Menthen. *d. loc. Cap.* 2. *p.* 157. *seqq.*

(5) De quibus vid. & Lips. *de Militia Rom.* V. 17. & *in Exc. ad Tacit. Annal. d. loc. Lit. g.*

(6) *Inter* delendum putat Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 184. Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 308. legit *interdum.* Sed vulgatam lectionem defendit van Dorp, *Obs. Cap.* 5. *p.* 35. & *ibid. in Addend. p.* 158. add. Puttman. *Probab.* I. 5. *p.* 34.

(7) Mihi cum P. Fabro, *Semestr.* I. 17. nihil mutandum videtur, sed verba Ulpiani ita accipienda, ac si dixisset *exauctoraverit, ita, ut insignia* &c. Conf. Duker. *loc. cit. in Addend. p.* 487. *seq.* Van Waay, *Diss. ad L.* 26. *de oper. libertor. Cap.* 2. §. 10. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 258. Menthen. *loc. supra cit. Cap.* 4. §. 1. *p.* 184. *seqq.* Difficultas autem, quae inest verbis praecedentibus *ignominiosa autem missio totiens est, quotiens is*, &c. si conferantur cum *L.* 13. §. 3. *de re militar.* ita tollenda videtur, ut loca illa non sibi invicem opponamus, sed potius conjungamus, & unum ex altero suppleamus. Qua ratione sensus huc redibit: ab exercitu missum infamem fieri 1°. si mittens delictum exprimat, veluti hoc modo, *quoniam in acie fugisti, ideo te mitto.* 2do. si mentione de-

delicti omissa, dicat, se eum *ignominiae caussa* mittere. 3io. si neque delicti, neque ignominiae mentione facta, eum exauctoraverit ita, ut *insignia militaria detraxerit.* Conf. Noodt. *loc. a Schult. cit.* & Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* VIII. *Thes.* 6. *Lit. a. p.* 329. Egerunt hac de re etiam Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XI. §. 18. Sichterman. *Diss. supra cit. Cap.* 13. Menthen. *loc. modo laud.*

§. 5.

Ait Praetor: qui in (1) *scaenam prodierit,*] Quo loco antiquitus hi sint habiti, vid. apud Brisson. *de Jure Connub. p.* 127. [*Oper. minor. p.* 350.] Tertullian. *Apologet. Cap.* 15. & *ad Nation.* I. 10. Cyprian. *Epist.* 2. *num.* 3. *L. unic. Cod. Theod. de usu sellar.* ubi Jac. Gothofred. [*Tom.* V. *p.* 455. *seq.*] Dion. Chrysost. *Orat.* VII. *p.* 122. *fin. & seq.* Jo. Chrysost. *in Matth. Hom.* XXXVII. *p.* 255. *seq.* [*Tom.* II. ed. Eton. edit de Montfaucon. *Tom.* VII. *p.* 422. *seq.*] (2).

Ubi quis consistat, moveaturque &c.] *L.* 8. §. 11. *in fin. de poenis.*

Eos enim qui quaestus caussa in certamina (3) *descendunt, & omnes propter praemium in scaenam prodeuntes,* &c.] Defendit & hoc Huber. *in Eun. Rom. h. p.* 136. *in fin. Propter praemium* non est in Edicto (4).

(1) Taurellius hanc praepositionem parenthesi inclusit, ac si in archetypo recenter demum adjecta esset. Sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, sibi videri hanc vocem jam olim adscriptam esse, sed superductam recenti atramento. De scriptura vocis *scaenae* vid. notata superius ad *L.* 1. *h. t. not.* 4.

(2) De scenicorum infamia vid. & Stewech. *ad Veget. de Re militar.* II. 24. *p.* 134. & *ad Arnob. Adv. Gentes, Lib.* VII. *p.* 152. *seq.*

(3) Id est, Gladiatores. Pothier. *in not. ad h. l.*

(4) Sed JCti verba Edicti ad hos restrinxerunt. Vid. Huber. *loc. cit.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Egit ea de re quoque Caes. Costa, *Var. ambig. jur.*

L. 29.

I. 29. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1185. Omnibus, quotquot *quaestus caussa* in loco publico sui spectaculum praebebant, infamiae notam apud Romanos inustam fuisse, latius docet Jo. Ruard. *Specim. Critic. ad Nonnulla Juris & aliorum auctorum loca*, *p.* 21. *seq.* Franeq. 1769.

L. III.

Qui autem operas suas locavit, ut prodiret artis ludicrae caussa, neque prodit, non notatur:] Secus *L.* 1. §. 6. *vs. Bestias autem &c. tit. praec.* (1). *Prodit* pro *prodiit* (2).

(1) De ratione diversi hujus juris egerunt Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: qui prodierit* &c. Bynkersh. *Obs.* V. 8. *pr.* Branchu, *Obs. Cap.* 5. *p.* 47. *seq.* Vide & El. Luzac. *ad Wolf. Instit. Jur. Nat. & Gent.* *Tom.* I. *p.* 16.

(2) Simili errore, quo passim confunduntur *adit* & *adiit*, *redit* & *rediit*, *petit* & *petiit*, similiaque verba. Vid. Drakenborch. ad Liv. VI. 7. 3. & XXXVI. 20. 3.

L. IV.

Virtutis enim gratia hoc facere.] *L.* 1. §. 6. *tit. praec.* *L.* 7. §. 4. *ad L. Aquil.*

Neque Thymelici,] D. Goth. *in not.* „ Auctor *Eclog.* videtur intelligere τοὺς λέγοντας ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἐπιθύρια. &c." Et Schol. Basilic. *Tom.* II. *p.* 608. add. Mornac. *h.* (1).

Neque agitatores,] Hos tamen & *xysticos* cum reliquis jungit Tertullian. *de Spectac. Cap.* 22. *Ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xysticos, arenarios &c. ex eadem arte, qua magni faciunt, deponunt, immo manifeste damnant ignominia & capitis minutione, arcentes Curia, rostris* &c. (2).

Nec qui aquam equis spargunt,] Vid. Scheffer. *ad*

Fragm. Petronii, *p.* 153. Scalig. *ad Fest.* voc. *Nassiterna.*

Qui certaminibus sacris deserviunt,] In quibus non Victores, sed illorum Patria dicebatur coronari. Plinius, *Hist. Nat.* XVI. 4.

Ignominiosi habeantur.] Etiam ignominiosos non fuisse *Attellanarum actores*, vult Brisson. *de Jur. Connub.* *p.* 125. [*Oper. minor. p.* 349.] (3).

(1) Quinam sint *Thymelici*, *xystici*, ceterique ab Ulpiano hic memorati, exponunt Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: artis ludicrae* &c. Heinecc. *Edict. Perpet. restit. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 364. & *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 122. Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 46. *seq.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 997. *seqq.* & Coras. *Miscellan.* IV. 24. Quaedam de *Thymelicis*, & *xysticis* notavit quoque Const. Land. *Exercitation. Lib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1428. Plura de *Thymelicis* habet Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 29. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 219. *seqq.* & Dempster. *ad Rosin. Antiq. Rom.* V. 29. *p.* 373. *seq.* De *xysticis* vid. & P. Fab. *Agonist.* I. 2. Pitisc. *ad Sueton. in August. Cap.* 45. §. 10. Falconer. *Inscript. Athletic. p.* 119. Ceterum, in Cod. Flor. legitur *Thumelici*, & *exustici*, sed utrumque corrigendum, & legendum *Thymelici*, & *xystici*, notat Dempster. *d. loc. Xysticos* dixit quoque Sueton. *in Galba*, *Cap.* 15. Olim apud Ulpianum scriptum fuisse θῦ μελικοὶ, & Graecos *Olympiis* attribuere, quae sunt *Pythiorum*, censet Petit. *in LL. Attic. Lib.* I. *Tit.* 1. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 133. *seq.* Sed vid. ad eum locum notam Dukeri.

(2) De *agitatoribus*, & *qui aquam equis spargunt* nonnulla quoque notat Brisson. *Sel. Antiq.* I. 10.

(3) Add. Duker. *ad Livium*, VII. 2. *in fin.* & Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 122.

§. 1.

Designatores autem, quos Graeci βραβευτὰς appellant,]

D.

D. Goth. *in not.* „ Designatores Donato sunt, &c. Nisi forte *Designatorem* hic Ulpianus pro *ipso certaminis Judice* accipiat: &c." Et sic Mornac. *h.* (1).

(1) Sic quoque Noodt. & Pothier. *locc. citt.* Egit etiam de his Pancirol. *d. loc. cap.* 47.

§. 2.

Qui lenocinium fecerit:] Vid. D. Goth. *in not.* Brisson. *de Jur. Connub. p.* 137. [*Oper. minor. p.* 353. *seqq.*] Dion. Chrysost. *Orat.* VII. *p.* 125. *seq.* (1).

Ut puta si caupo fuit,] Vid. ad *L.* 43. *de rit. nupt. L. unic. Cod. Theod. de usu sellar.* [*Tom.* V. *p.* 455.] (2).

Sive balneator fuerit, velut in quibusdam provinciis fit, in balneis (3) *ad custodienda vestimenta conducta habent mancipia:*] Pro *habent* alii legunt *habeat* (4). Basilic. Schol. [*Tom.* II. *p.* 610.] ἔχων, *habens.*

(1) De voce *quaestuaria*, quae in Lege sequitur, vid. Bynkersh. *Obs.* I. 25. *in fin.* & Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 411.

(2) Add. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom. p.* 79. *in fin. & seq.*

(3) In Cod. Flor. *balineis.* Vid. notata superius ad *L.* 20. *de in jus voc.*

(4) Sic Hal. & Vulg. verbis *velut in quibusdam provinciis fit* parenthesi inclusis, iisque praefixo *et* aut *vel.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse mavult *habens.* Auctoritate Graecorum videtur legendum: *sive balneator fuerit, vel, ut in quibusdam provinciis fit, in balneis ad custodienda vestimenta conducta habeat* (vel *habens*) *mancipia* &c. Vertunt enim Graeci: εἴτε βαλανεὺς ᾗ, εἴτε καμψάρια, ὡς ἔν τισι γίνεται τῶν ἐπαρχιῶν, πρὸς τὸ φυλάττειν τὴν ἐσθῆτα τῶν λουομένων, ἀνδράποδα ἔχων μισθωθέντα ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ. κ. τ. λ. Verba autem quae sequuntur *hoc genus observantia in officina*, forte non male Pothier. *in not. ad h. l.* explicat *hoc genus* vitae, scil. quaestum cum corpore faciendi. Eodem modo, ut postea vidi, locum hunc etiam restituit H. Cannegiet. *Obs.* I. 12. & H. J.

Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *in fin. p.* 170. *seq.* licet uterque verba *hoc genus observantia* &c. alio modo accipiat. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 19. & Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 185. Quaedam ad hunc locum notavit quoque Ramos del Manzan. *ad. LL. Jul. & Pap.* III. 12. *num.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 309. Quem etiam vid. *ibid.* III. 25. *p.* 337. de *seq.* §. 3. De quo vid. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde ait Praetor*, &c. & Dissertationem suam ad hunc §. allegat H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurisprud. quae exstant in Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 225. *pr. Peculiaria mancipia*, quorum hic mentio fit, Raevard. *Varior.* V. 20. intelligit *servos vicarios*, qui erant in peculio servorum ordinariorum.

§. 4.

Quod nomen Labeo a varia certatione tractum ait:] *A varicatione* Hotoman. Vid. Voss. *Lexic. Etymol.* voc. *Varus* (1). Basilic. Schol. hanc agnoscunt lectionem. [*Tom.* II. *p.* 611. ἀπὸ τῆς ποικίλης ἀγωνίας.] Vid. ad *L.* 1. *de praevaric.*

(1) Add. de origine hujus verbi, & ejus significationibus, citatos a Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 174. Sequitur in Lege: *nam qui praevaricatur*, &c. In Cod. Flor. etiamnum legi *num qui* &c. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ipse tamen quoque praefert scripturam *nam qui* &c. in omnibus Codd. receptam. Pro *constitit*, ut Flor. legitur, Hal. & Vulg. habent *consistit*. Saepe haec verba permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 2. *de Just. & Jur. not.* 4.

§. 5.

Pactusve erit (1),] D. Goth. *in not.* „ Scil. *post litem contestatam*: nam ante pacisci potest &c." Contra Schol. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 612. *in fin.* μήπω προκατάρξεως γενομένης μετὰ γὰρ προκάταρξιν ἔξεστι καὶ χρήματα δοῦναι.] Sed recte indistincte hoc dicit. add. Brunneman. *ad L.* 5. *h. t.* (2).

(1) Scil. *dato aliquo.* *L.* 18. *Cod. ex quib. cauff. infam. irrog.* Aliud juris est, si precibus liberationem impetravit. Vid. *L.* 6. §. 3. *h. t.* add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed pergo* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6.

(2) Vid. & Cujac. *loc. ad seq. L. cit.* & Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* VIII. *Thes.* 5. *Lit. h. p.* 326.

L. V.

Quoniam intelligitur (1) *confiteri crimen, qui paciscitur.*] Etsi ipsa pactio valeat. *L.* 7. §. 14. *de pact.* Vinn. *de Pact. Cap.* 4. *num.* 8. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 768.

(1) In Cod. Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* Ceterum hanc *L.* 5. *item LL.* 7. 9. 12. 14. *h. t.* conjunctim exposuit Cujac. *ad Paul. Lib.* IV. *ad Edict.*

L. VI.

Furti accipe, sive manifesti, sive nec manifesti.] Olim etiam *concepti*, & *oblati.* Paul. *Sent.* II. 31. §. 15. ubi vid. Cujac. (1).

(1) Qui putat, Ulpianum hic addidisse *sive concepti, sive oblati.*

§. 1.

Quamvis, si injusta appellatio ejus visa sit, hodie notari puto, &c.] *Hodie*, id est, post latam in appellatione sententiam. Ita Basilic. [*Tom.* II. *p.* 593. ἀπὸ τότε, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ χρόνου τῆς πρώτης ψήφου.] (1) Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVIII. 8.

(1) Add. Schol. Basilic. *ibid. p.* 613. *in fin. & seq.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§ 2.

Vel heres,] D. Goth. *in not.* „Atqui in heredem ex ma-

maleficiis actiones non dantur. &c." Sed hic lis cum defuncto intelligitur contestata. Ita & Basilic. [*Tom.* II. *p.* 493. μετὰ προκάταρξιν ὡς εἰκὸς κατὰ τοῦ κλέπτου γεγενημένην.] Faber, *de Errorib. Pragmat. Dec.* 80. *error.* 2. *in fin.* haec expungit: male. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 766.

Nec ergo, *si ab initio per procuratorem caussa agitata est.*] Lege *nec ego* (1). Basilic. ὁ πλημμελήσας. add. Schol. Basilic. *Tom.* II. *p.* 615. Ita vulg. editt. teste Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 765. Cujac. *ad L.* 3. §. 5. *de minor.* add. *L.* 14. *h. t.* (2).

(1) Qui scil. deliqui. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Sic etiam legit Hotoman. *Obs.* VII. 16. Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: suo nomine* &c. Best. *de Ration. emend. leg. Cap.* 1. §. 7. *num.* 3. aliique: eamque lectionem in contextum recepit Pothier. Immo *ego* esse in ipsa membrana Florentina, & Taurellium, qui *ergo* edidit, videri hic secutum Hal. & Hug. a Porta, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Ubi elegans casus. Schulting. *d. loc.*

§. 3.

Alioquin & qui precibus impetravit, &c.] Quod humilis animi. Facit huc locus insignis Mamertin. *in Gratiar. action. pro Consulatu ad Julian. Cap.* 18. *Neque enim existimo molestius esse, pecuniam quam preces fundere. Denique omnes in emendo videmus repensanda fiducia magno erectoque animo aurum argentumque depromere; eos vero, qui preces allegant humiles atque demissos, vix cunctabunda atque titubantia verba proferre, neque orationem solum inclinare, sed totis corporibus in genua submitti. Prorsus (ut ex animi sententia loquar) maximo vendit beneficium, qui preces accipit.* Senec. *de Benefic.* II. 1. *Nulla res carius constat, quam quae precibus emitur. Votis pacisci*, Horat. *Lib.* III. *Od.* 29. *in fin.*

Non

Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere: & votis pacisci,
Ne Cypriae Tyriaeque merces
Addant avaro divitias mari (1).

(1) Conf. Schulting. *d. loc.* — In *seq.* §. 4. pro *non deliquisse* legendum *non deliquisSE*, id est, *non deliquisse se*, putat Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 2. *num.* 2. Non male, licet non prorsus necessarium sit. Vid. notata superius ad *L.* 35. *de pactis*, *not.* 1.

§. 5.

Mandati te si condemnavero (1),] Minus recte Voet. *ad seq. tit. num.* 14. hoc accusat ut durum, cum sic locuti sint optimi auctores. Vid. Brisson. *de V. S.* voc. *condemno*, *num.* 4. (2).

Famosum facio.] Instituta *actione contraria*, quod singulare. Vid. Schol. Basilic. *Tom.* II. *p.* 618. In *duplum* inficiantes teneri, dicit Papianus, *Lib. Respons. tit.* XV. [in *Jurispr. Antejust. p.* 837.]

(1) Id est, *effecero, ut condemnareris.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. *circa fin.*

(2) Qui plura habet exempla. add. Pithoeum, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 354. Ernest. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 8. Van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 3.

§. 6.

Vel in mandato male versatus sit.] D. Goth. *in not.* „ Atqui mandatum morte finitur. *L.* 26. *pr. mand.*" Re integra (1).

Quia heres, &c. *neque in societatem succedit*, &c.] Vid. *L.* 35. 40. 63. §. 8. *pro socio.*

(1) Conf. §. 10. *Instit. de mandat.* & *L.* 27. §. 3. *eod.*

§. 7.

§. 7.

Contrario judicio damnatus non erit infamis.] Excipe casum §. 5. hujus Legis.

Nam in contrariis non de perfidia agitur,] *L.* 5. *pr. deposit.*

Sed de calculo,] Qui opponitur maleficio quoque apud Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 4. *p.* 545. [ed. Burman. *p.* 633.] *Tutela praeterea: in quo judicio solet quaeri, an alia de re, quam de calculis cognosci oporteat: an fides praestari debeat tantum, non etiam consilium & eventus.* & *ibid.* XI. 3. *p.* 828. [ed. Burman. *p.* 1010.] *Quisquamne, non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certe atque rationibus;* &c. (1).

Qui fere judicio solet dirimi.] Schol. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 620.] σχεδὸν ἐν δικαστηρίῳ. Ant. Faber, *in Cod.* IV. 24. *Def.* 11. *not.* 1. pro *fere* legit *fine:* quod tamen non est verum. add. Huber. *Eun. Rom. h.* An forte *in hoc judicio?* (2). Bynkersh. *Obs.* I. 6. legit *indicio:* quod non placet; placet tamen Noodt. *p.* 121. (3).

(1) Add. *L.* 29. *de dol. mal.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8.

(2) Si Libri veteres essent, qui sic legerent, se iis facile subscripturum, ait *in Enarr. d. loc. p.* 364.

(3) Emendationem Bynkershoekii placere Noodtio, notat quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Dubito tamen, an recte hoc notaverint. Saltem & *Probab.* I. 13. §. 6. & *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: non contrario* &c. quo utroque loco Noodtius de hoc §. egit, nihil mutat. Sed *indicio* legi quoque vult Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 186. Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* I. *p.* 427. legit *qui ferEO judicio*, id est, *qui fere eo judicio.* Sed neque id videri possit necesse, cum pronomen *id* vel *hoc* saepe subaudiendum sit. Vid. H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 160. & ibi citt. auctores. Aliter etiam Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis, p.* 311. Nihil mutat Puttman. *Probab.* I. 5. §. 2. *p.* 32. & Kellinghusen. *Diss. de LL. nonnullis*

lis Roman. Cap. 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 42. *seqq.*

L. VIII.

Genero, inquit, mortuo: (1)] Non idem in *divortio*, postquam peperit mulier. Cujac. *de Divers. praescript. Cap.* 20. & *ad Nov.* 22. add. casum *L.* 9. *Cod. de repud.*

(1) Additur in Lege: *merito adjecit Praetor, cum eum mortuum esse sciret.* Quae verba sic accipienda, quasi scriptum esset *cum eum mortuum esse, sciret intra id tempus, quo elugere virum moris est*, notat Rücker. *Obs. Cap.* 1. §. 7. Dissentit Puttman. *Interpr.* & *Obs. Cap.* 33. *p.* 172. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 180. Sed Ruckerum defendit J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 8. *p.* 45. Ad verba finalia Legis *ipsa die & sumere eam lugubria & deponere* quaedam notat Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* I. 20. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 100.

L. IX.

Uxores viri lugere non compellentur (1).] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* Senec. *Epist.* 63. *Annum* (2) *feminis ad lugendum constituere majores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.* Facit huc Tacitus, *de Morib. Germanor. Cap.* 27. *Feminis lugere honestum est, viris meminisse* (3).

(1) *Compelluntur* Hal. Vulg. & fere MSS. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) *Romuleum* scil. Vid. Noodt. *de Foen. & usur.* III. 6. *in fin.* & quae de tempore luctus legitimo notavi superius ad *L.* 1. *h. t. not.* 8.

(3) In *seq.* §. 1. Soarez. a Ribeira, *Obs. Cap.* 39. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 591. pro *sponsi* legendum censet *sponsae*. Sed minus recte. Vid. Cujac. *Obs.* IX: 17. Id recte monet, in Vulg. post vocem *sponsi* male intrudi *enim:* quae vox etiam a Cod. Flor. abest.

L. X.

Solet a Principe impetrari, ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat.] D. Goth. *in not.* „ Ut ita non incidat in poenam. *L.* 1. *Cod. de sec. nupt.* Cujac. *Obs.* VI. 32." Add. *L.* 4. *Cod. ad SCtum Tertull.* Jac. Gothofred. *ad L* 1. *Cod. Theod. de sec. nupt.* [*Tom.* I. *p.* 324.] Connan. *Comm. Jur. Civ.* VIII. 7. *p.* 532. — Ab illis, quae uterum gerunt (1), Bynkersh. *Obs.* V. 12. *in fin.* quod non probo. — Caligula id generatim (2) permisit. Dio Cass. *Histor. Lib.* LIX. *p.* 645.

(1) Bynkersh. *loc. cit.* ait: *sed id intelligo, si a defuncto marito nondum peperissent, & inspecto forte ventre, renunciarentur vacuae.* Quod igitur hac Lege docetur, restringit ad illas mulieres, quae post mortem mariti non pepererant, existimans, eas, quae partum edidissent, hac venia non indigere.

(2) Addita tamen hac conditione *siquidem non essent praegnantes.* Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. *p.* 358. Ceterum, tempus luctus saepius diminuerunt Principes, & olim etiam quandoque Senatus: sed ut mulier nubere posset, tempus luctus diminutum non sufficiebat, sed requirebatur, ut etiam facultatem nubendi Princeps specialiter concederet. *L.* 15. *Cod. ex quib. causs. infam. irrog.* Vid. Scip. Gentil. *de Secund. nupt. Cap.* 18. *Oper. Tom.* II. *p.* 231. *seq.* Majans. *Disp.* XLVII. §. 19. *seqq. Tom.* II. *p.* 192. *seqq.* Pothier. *ad h. t. num.* 19. *in not.* — De *sponsalibus intra tempus luctus*, de quibus in *seq.* §. 1. agitur, nonnulla collegit Puttman. *in Adversar. Jur. univ.* I. 10. *p.* 159. *seqq.*

L. XI.

Liberorum autem, & parentium (1) *luctus* &c.] *L.* 23. *h. t.*

(1) Al. *parentum.* Sed vid. notata superius ad *L.* 10. *de postulando.*

§. 1.

Quem more majorum lugeri non oportet,] Plutarch. *C. Gracch. p.* 842.

Prop-

Propter turbationem sanguinis.] Et propter religionem viro debitam (1). *L.* 1. *Cod. de sec. nupt. L.* 4. *Cod. ad SCt. Tertull.* Ad superfoetationem refert Mercer. *Opinion.* II. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1609.] non recte. — D. Goth. *in not.* „ Id est, *seminis.*" Quod praefert Leonin. *Emend.* V. 10. (2) non recte. Labitur etiam hac in re bis & foede Rittersh. *ad Novell. Part.* IV. *Cap.* 3. *num.* 16. & 17.

(1) Quaenam illa *religio* sit, ex Apulejo docet Roever. *Diss. ad Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 9. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 168. *seq.* Ceterum, quibus rebus lugentes olim abstinere debuerint, docet Paul. *in Sent.* I. *ult.* §. 14. ubi vid. Interpp. add. Pagan. Gaudent. *in Additam. Critic. Cap.* 29. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 407. *seq.* & H. Cannegiet. *Obs.* I. 4. Plura de *luctu viduarum* habet Majans. *d. Disp.* XLVII. §. 11. *seqq. Tom.* II. *p.* 185. *seqq.* & Gerard. van Brandwyk, *Diss. de Luctu.* Lugd. Batav. 1726.

(2) Et Leunclav. *Notator.* II. 12. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506.

§. 2.

Pomponius eam, quae intra legitimum tempus &c.] Vid. D. Goth. *in not.* Sic & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 782. Aliter Bynkersh. *Obs.* V. 12. quem non sequor (1).

(1) Bynkersh. *loc. cit.* & *Quaest. Jur. Priv.* II. 4. rationem, quare vidua virum lugere teneatur, unice ponit in *metu turbationis sanguinis*, & sic etiam Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 186. *seqq.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 8. *p.* 46. *seqq.* aliique. Sed alii reverentiam marito debitam quoque caussam luctus existimant. Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur alia Edicti pars* &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 33. Rectius, mea sententia. Vid. *L.* 6. *de rit. nupt.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 180. *seqq.* ubi etiam alii ab utraque parte auctores laudantur.

§. 3.

Nec (1) *suspendiosi,*] Ὁ ἀπαγχόμενος, Graeci. [*Tom.* II. *p.* 594.] Plin. *Hist. Nat.* XXVIII. 4. *Lutum fronti illitum capitis dolorem sedare, item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus.* Vina ex vite, juxta quam cadaver tale pependerat, Diis libari vetitum. Plin. *ibid.* XIV. 19. Vid. & Servium, *ad Virgil. Æneid.* XII. *vs.* 603. Sunt ἀνασταυρωμένοι, *Glossar. Philoxen.* P. Fab. *Semestr.* II. 9. *p.* 114. (2).

Non taedio vitae (3), *sed mala conscientia.*] Hoc & ad *suspendiosos* refer. add. Cujac. *ad L.* 45. *de Jur. fisc.*

Si quis ergo, post hujusmodi exitum mariti, &c.] Al. *si qua ergo,* &c. (4). Connecte vero haec cum verbis §. 1. hujus Legis *etsi talis sit maritus,* &c. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* (5).

(1) Praecedunt in Lege *hostes, vel perduellionis damnati,* de quibus vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcello, Sect.* I. *Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 19. *seqq.* add. quae de more majorum non lugendi perduelles, habet Gundling. *ad L. Majestat. Cap.* 1. *p.* 36. Graeci addunt προδότας. Vid. Leunclav. *Notat.* II. 12. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506.

(2) Qui *suspendiosos* non, ut vulgo fit, intelligit, qui se ipsos laqueo suffocarunt, sed in patibulo suspensos, & cruci affixos. De utrisque hoc accipit Majans. *d. Disp.* XLVII. *p.* 197. Fabri explicatio probabilior videtur, quoniam sequitur *nec qui manus sibi intulerunt;* sub quibus adeo reliqui, qui ipsi sibi vitam ademerunt, sive laqueo, sive alio modo, comprehendi possint. Facit huc inscriptio apud Reines. *Class.* VII. *num.* 20.

(3) Stoicum hic se praebere Neratium, notat Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 138. *p.* 238. add. Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 369. *seq.*

(4) Quod probat Majans. *d. Disp.* XLVII. §. 25. *in fin. p.* 197. Sed nulla emendatione opus, putat Noodt. *ad h. t. circa fin.* *Quis* pro *quae* positum termina-

tione

tione antiqua, censet Jo. Canneglet. *Diss. de Notis, p.* 349.

(5) Quod magis placet, quam pro *notabitur* legere *N̄Otabitur*, id est, *non notabitur*: sic enim sequentia non bene cohaerent.

§. 4.

Excusatur (1), *qui jussu ejus, in cujus potestate erat, duxerit*:] Magis ergo, qui Principis. Quod ad alios casus bene adplicant. Vid. Cyriac. *Controv.* 291. *num.* 54. *seqq.* late.

Nam & qui obtemperavit, venia dignus est:] *L.* 157. *de reg. jur.* Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 13.

(1) In verbis Legis praecedentibus *ignorantia enim excusatur non juris, sed facti*, Reinold. *Diss. ad L.* 57. *mandat. Cap.* 2. §. 10. *seq.* in *ej. Opusc. Jurid. p.* 258. *seq.* putat *non — sed* dictum esse pro *non tantum — sed etiam*. Sed recte ejus opinionem reprehendit Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 33. §. 3. *p.* 173. *seq.* Vid. & de hac Legis particula Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur in Edicto: eamve* &c.

L. XII.

Qui jussu patris duxit, &c.] Hinc colligi posset, non incidere in poenam statutam nubentibus cum extraneis, si parentes eas nuptui collocarint: quod & de matre accipiunt. Cyriac. *Controv.* 291. *num.* 62. *seqq.* & *Controv.* 451. *num.* 125.

L. XIII. (1).

(1) Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IV. §. 2. pro *in id tempus concurrant* in §. 2. hujus Legis reponit *in idem tempus* &c. & in *seq.* §. 6. pro *sint elocuta* scriptum fuisse putat *sINTerlocuta*, id est, *sint interlocuta*. Eodem plane modo Dominic. van Hoogwerff. *Observat. ex var. Juris materiis desumt. Cap.* 2. §. 2. Lugd.

 Ba-

Batav. 1751. Hoffmanno tamen non nominato. Prior emendatio non mala. *Id* pro *idem* saepe scriptum est. Vid. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 3. *p.* 218. *seq.* Sed *idem* jam edidit Haloander. Verum posterior emendatio non est necessaria: ne dicam in Cod. Flor. non legi *sint*, sed *sunt*. *Sint* Hal. & Vulg. habent. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Frequens apud Nostros est ejusmodi Modorum transitus. Vid. notata superius ad *L.* 14. *de offic. Praesid. not.* 5. Cum hoc §. 6. jungendam esse *L.* 32. *de poenis*, observat Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: damnatus.* &c.

§. 7.

Poena gravior (1) *ultra Legem imposita existimationem conservat:*] Etiam hodie id servandum, contendit Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Modo non sit pecuniaria, ut hic docet Ulpianus. add. *L.* 15. *pr. ad Municip. L.* 5. *de Decurionib. L.* 4. *Cod. ex quib. causs. infam. irrog.* Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Ut igitur quis* &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. Alios citat Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 154. *seq.* qui *ibid. p.* 156. *seq.* recte notat, hoc juris dogma non ita accipiendum, quasi Judici potestas data esset, aliquem infamia liberandi, modo Lege duriorem poenam in eum decerneret; sed Leges citatas agere de casu, quo Judex errore aliave qua ratione Lege graviorem poenam in aliquem statuerit, & docere, quo pacto tunc reo succurratur. Verum quod addit, non esse hoc dogma generale, sed pertinere ad casum, quo Praeses, vel Proconsul poenam Lege graviorem in Decurionem, vel Municipem decreverit, id mihi non videtur probabile. Verum quidem est, in *dd. LL.* proprie ejusmodi exemplis hanc doctrinam illustrari, sed ea nusquam ad hunc casum restringitur, & ratio *quia duriore sententia cum reo transactum censetur de existimatione ejus* videtur esse generalior. In fin. hujus §. pro *in duplum conveniri debuit* legendum *in duplum condemnari debuit*, censet van de Water, *Obs.* II. 10. *p.* 163.

§. 8.

§. 8.

Crimen stellionatus infamiam irrogat *damnato*,] Id est, *irrogare potest*. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 12. (1). add. Duaren. *Disput. Anniversf.* I. 42. Aliter Gilb. Regius, *Enantioφ.* I. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1481.] non bene.

(1) Et *ad h. t.* vs. *Sequitur in Edicto: qui furti* &c. Ne scil. alioquin obstet *L.* 2. *de stellionat.* Eodem modo Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 3. *not.* 14. *in fin.* & *in Thes. Controv. Dec.* 9. §. 8. & *in Enarr. h. t.* §. 7. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 192. *seq.* ubi etiam alios citat, qui de his Legibus egerunt. add. Herald. *de Rer. Judic. auctor.* I. 9. §. 11. *seq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1127. *seq.*

L. XX.

Non enim qui exhortatur mandatoris *opera fungitur.*] Vid. ad *L.* 1. §. 13. *ad SCtum Turpillian.* (1). Pro hac lectione stant Basilic. [*Tom.* II. *p.* 597.] Faber, *Conject.* VI. 6. legit *damnatoris:* male. Vid. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 10. (2).

(1) Quae prima fronte videri posset huic *L.* 20. obstare. Qua de re praeter Matthaeum, *loc. cit.* vid. & Cujac. *ad Libb. Papin. Respons. in expl. h. l.* 20. Brencm. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1584. Const. Jac. van Renesse, *Diss. de Coërcit. accusator. Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 616. *seq.*

(2) Add. Lyclam. *Membran.* IV. 18. & Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 147. *seqq.* Sed Fabri conjecturam probat Forner. *Rer. Quotid.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 170. De formula sententiae *callido commento videris accusationis instigator fuisse* vid. Brisson. *Sel. Antiq.* II. 2.

L. XXI.

Atque in eam rem testationem apud Praefectum Praetorio recitavit:] Vid. *L.* 3. §. 3. *de testib.* (1).

Fide non habita testationis,] Al. *testationi* (2).

Cum non oportet ex sententia, sive justa, sive injusta, pro alio habita alium praegravari.] Maynard. *Decis. Tholos.* IV. 99. Frustra Triboniani manum hic quaerit Faber. Vid. Huber. *Eun. Rom. ad L. seq.*

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. Responsor. in explic. h. l.*

(2) Sic Hal. & Vulg. quod etiam praefert Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Plura de hujus vocis significatione notavit Bav. Voorda, *ad Jan. a Cost. Praelect. ad Illustr. quosd. titt. locaque sel. Jur. Civ. p.* 260. *seqq.*

L. XXII. (1).

Ictus fustium (2) *infamiam non importat, sed caussa, propter quam id pati meruit:*] Vid. Huber. *Eun. Rom. h. L.* 8. *Cod. h. t.* Facit huc Arnob. *Adv. Gent. Lib.* I. *p.* 23. (3).

(1) Flor. haec Lex inscribitur MARCELLUS *Lib.* II. *Publicorum.* Hal. MARTIANUS &c. Sed legendum esse MACER, docuit M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcello, Sect.* II. *Cap.* 2. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 72. *seqq.* qui de hac Lege videndus: de qua pluribus etiam egit Gluck. *loc. supra cit. p.* 131. *seqq.*

(2) Flor. olim scriptum fuisse videtur *postium.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui inde lectionem repetit, quam Hal. ad latus habet: *alias posteriorum.* — Minus recte verba haec intellexit Corasius, *Miscellan.* I. 16. §. 5. Vid. Tydeman. & Gluck. *locc. modo citt.*

(3) Et Phaedr. *Lib.* III. *Fab.* XI. *vs.* 7.

Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

L. XXIII.

L. XXIII.

Parentes, & liberi utriusque sexus &c.] Aliter Paulus apud Cujac. *Obs.* XXI. 12. (1) ubi Cujacius hunc locum adscribit Triboniano. Aliter Huber. *Eun. Rom. h.* Vid. *L. ult. h. t.*

Et animi sui patientiam,] Schol. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 632.] κατὰ τὴν καρτερίαν τῆς οἰκείας ψυχῆς.

(1) Et *in Sent.* I. 21. §. 13. ubi vid. Schulting. *not.* 31. in *Jurispr. Antej. p.* 265. cum Cujacio putantem, Legem hanc a Triboniano esse interpolatam. Idem, praeter citatos *ibid.* a Schultingio, censent quoque Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 16. Noodt. *ad h. t. circa fin.* Westenberg. *in D. Marco, Diss.* IV. §. 8. Pothier. *in not. ad h. l.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 8. *p.* 58. *seq.* Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. *circa fin.* Sed Ulpianum cum Paulo in concordiam redigere, conati sunt Wybo, *Tribon. defens. Cap.* 1. *p.* 238. Bynkersh. *Obs.* V. 13. Majans. *Disp.* XLVII. §. 7. *seqq. Tom.* II. *p.* 181. *seqq.* Locum Pauli emendant H. Cannegiet. *Obs.* II. 16. *p.* 203. & Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 350.

L. XXIV.

Non offuisse mulieris famae ejus quaestum in servitute factum.] Quia tum cogi potuit (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde ait Praetor*, &c.

L. XXV.

Idem & in matre juris est, cujus hereditas ad filium non (1) *pertinet.*] Quia v. gr. exheres est: nam haec scripta sunt post SCtum Orphitianum, etsi aliud velit (2) Contius, *de Heredit. & bonor. possess. p.* 315.

(1) *Non* habet Cod. Flor. quod alii male omittunt. Vid. Jauch. *de Negationib. Pand. p.* 49. *seq.* Respicere

hac Lege Papiniarum ad jus antiquum, quo parentes a liberis erant lugendi, putat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. *circa. fin.* Aliter Bynkersh. *Obs.* V. 13. & Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* Sed cum haec scriberet Cujacius, eum nondum forte nactum fuisse locum Pauli *in Sent.* supra *ad L.* 22. *h. t.* citatum, notat *ibid.* Schultingius.

(2) Immo non vult, & fere consentit cum Schultingio in definiendo hujus SCti tempore. Conf. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 26. §. 7. *not.* 25.

TITULUS III.

DE PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS (1).

(1) Thalelaei, Theodori, aliorumque JCtorum Graecorum Commentarii in hunc titulum Pand. & Cod. ex editione & cum notis Dav. Ruhnkenii, exstant in Thes. Meerman. *Tom.* V. Plerasque Leges hujus tituli exposuit Hub. Giphanius, *in Lect. Altorphin. p.* 1. *seqq.* Alios qui de hac materia consuli possint, citat Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc. tit. p.* 218. Commentarium pereruditum Auctoris Anonymi *ad tit. de Procuratoribus*, quod exstabat in Bibliotheca Alex. Petavii, Senatoris Parisiensis, laudat Fabrot. *in Refutat. Cl. Salmas. Epistol. de mutuo*, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1264. De Procuratorum origine vid. Noodt. *ad h. t. pr.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. ubi etiam quaedam notat de *Cognitoribus*, qui forte jam ante Procuratores recepti fuerunt, & quorum Veteres frequenter meminere, licet nulla eorum mentio in Jure Justinianeo occurrat. De quibus Cognitoribus nonnulla quoque in medium attulit Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 377. *seqq.* Exstat de *Cognitoribus* titulus in *Sentent. Paul.* in *Jurispr. Antejustin. Schulting. p.* 221. *seqq.* Vid. de iis & Ernest. *in Clav. Ciceron. h. v.*

L. II.

L. II.

§. 1.

Furiosus non est habendus absentis loco:] Facit *L.* 2. §. 2. *solut. matrim.* Est absentis loco, quando praesentia opus est (1). Sed quando absentia non impedit actum, tunc non est loco absentis, sed neque praesentis. — D. Goth. *in not.* „ Immo furiosus habendus est absentis loco &c. " Sed *hic* non est pro *absente*, qui potest procurator dari (2). *Quia in eo animus deest, ut ratum habere* non *possit.*] *Non* abest a Basilic. [Tom. I. p. 410.] (3).

(1) Conf. notata ad *L.* 124. *de reg. Jur.* — In hujus Legis princ. verbis *et is si ratum habuerit*, τὸ *si* redundare, & abesse ab omnibus Codd., quos contulit, notat Brençm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. *L.* 1. §. *ult. h. t.* add. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 82. *seq.* & ibi citatos Cujacium, & Jac. Gothofredum.

(3) Vid. & Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1439. Florentinam lectionem defendit *Marckart. d. loc. p.* 81. *seq.* Schroder. *Obs.* II. 15. *p.* 189. putat *ut* a JCto scriptum pro *ita ut.*

L. III.

Et in diem,] Καὶ ὑπὸ ἡμέραν. Basilic. (1).

(1) Vid. Auctor. Anonymum, *in Obs. Miscellan. Vol.* I. *p.* 428. qui *in diem* idem significare censet, atque *ex die.* add. *easd. Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 132. — De *seq. L.* 5. & 6. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. d. l.* 6.

L. VII.

Et ideo procurator ejus praesenti *esse videtur.*] Lege *praesentis* (1). Basilic. Διὸ ὁ διοικητὴς τῶν πραγμάτων τοῦ τοιούτου, παρόντός ἐστι διοικητής.

(1) Sic etiam legit Schroder. *loc. cit. p.* 190. Sed ellipticam dictionem esse, putat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quasi scriptum esset: *et ideo procurator ejus, ei praesenti procurator esse videtur.*

L. VIII.

Nam quod ad dotis exactionem cum patre dat procuratorem, &c.] Vulg. *cum patre dare* &c. (1) probante Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 801.

(1) Hal. *dari.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse putat, rectam esse lectionem Florentinam, & sic ordinandam: *quod dat procuratorem cum patre ad dotis exactionem, hoc supervacuum esse* &c. Rygerbos. *Obs. Cap.* 14. *p.* 112. pro *dat* legit *det.* Aliter etiam Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 9. *p.* 426.

§. 1.

Verum eum quoque, qui consensisse non probatur.] Sic *L.* 45. §. 5. *de rit. nupt.*

§. 2.

Milites autem, nec si velit adversarius, procuratores dari possunt:] Ambros. *de Offic.* I. 36. *si is, qui Imperatori militat, a susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis Legibus:* &c. Forner. *Select.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 47.] (1).

(1) In fin. hujus §. pro *persequatur*, & *quibus* Haloander edidit *persequitur*, & *quia.* Sed vid. Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 11. *p.* 246. De *numeris* quaedam notat Panciroll. *Thes. var. lect.* I. 74. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1064. *seq.*

§. 3.

Pro qua consentiente dominus judicatum solvi exposuit:]

Vid.

Vid. *L*. 15. *h. t.* (1). — Post litem coram Magistratu ordinatam, vel saltem post datum Judicem. Jan. a Costa, *ad tit. x. de lit. contest. p.* 398.

Judicium *accipere cogam.*] Ulterius non cogitur: tunc enim caussa potest ad finem perduci, etiam eo absente. *L.* 73. *de judic.* Cogitur autem remediis Praetoriis.

Verum ex caussa non debebit compelli:] Quasi inesset mentio *arbitrii boni viri* (2).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde ait Praetor*, &c. ubi hoc Edicti caput explicuit.

(2) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. Pro *ut puta inimicitiae* &c. Hal. & Vulg. habent *ut puta si inimicitiae* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Inimicitiae capitales* sunt admodum atroces, & graves. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 27. *not.* 3. Pro *afuturus* in fin. Legis Hal. edidit *absfuturus*, & sic etiam in *L.* 44. & 54. *h. t.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed non necesse. Vid. notata superius ad *L.* 6. *de his qui sui vel al. jur. sunt*, *not.* 1. — Seq. Legem 13. in nonnullis editionibus postponi Legi seq. 14. ex Russardo aliisque notat Brencm. *ad d. L.* 13. in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui *ibid.* observat, pro *neque destricte deneganda* initio in Cod. Flor. scriptum fuisse *nequeestrictedeniqueganda*; sed jam olim esse emendatum. Quod non animadvertissem, nisi novum praeberet exemplum, quantopere aliquando Librarii in describendo aberrarint. De verbo *destricte* vid. Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* in voce.

L. XV.

Si defunctus sit dominus &c.] Triboniano adscribit hanc Legem Faber: male. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) In seq. §. 1. pro *item* Florentiae antea fuisse *idem*, idque recenter demum mutatum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui *idem* retinendum putat, quod etiam Hal. & Vulg. sequuntur. Addit Brencm. varie quoque hunc locum interpungi. Hal. quidem ut Taurell. nisi quod loco commatis duo puncta habeat.

Sed

Sed Vulg. comma ponit post *datus est.* — Ad *seq. L.* 16. & 17. vid. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Age nunc dispiciamus* &c. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9.

L. XVIII.

Aut religionis *beneficium.*] Simile *L.* 13. *de vacat. & exc. mun. L.* 32. §. 4. *de rec. qui arb. rec. Militiam* intelligit Raevard. *Conjectan.* I. 13. male. (1).

(1) Basilic. καὶ ἱερωσύνῃ. *Tom.* I. *p.* 413. add. Merill. *Obſ.* IV. 6. & Lyclam. *Membran.* VII. 22. §. 1. *p.* 290. — In *seq. L.* 24. post τὸ *postulante* alicubi addi & *domino*, notat Brencm. *h.* in Córp. Jur. Geb. & Spang. qui recte putat, id non necesse esse, cum praecedens particula *vel* ponatur pro *etiam*, & tacite dominum includat.

L. XXV.

Sed si adversarius, vel ipse procurator dicat, dominum mentiri;] Dum caussam talem allegat.

Nam hoc ipso suspectus est, qui operam suam ingerit invito:] Cicer. *Divin. in Q. Caecil. Cap.* 6.

Nisi forte purgare magis convicium, &c.] Ob cujus licentiam quidam frustra carpunt Jus Civile. Huber. *Eun. Rom. h.*

Plane si dicat, in rem suam &c.] Aliud, si nomen sit cessum creditori, cui ipse cedens postea solvit. Cujac. *Consult.* LVII. (1).

(1) Ad verba ultima *item si retentione* &c. & *seq. L.* 26. vid. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de postuland. p.* 126. *seq. in not.* & ibi citt. auctores.

L. XXVII. (1).

(1) Pro *constantiam* in verbis *juste procurator hanc constantiam recusabit* D. Goth. *in not.* reponi vult *inconstantiam.* Hoc Taurellium quoque agnoscere *in Adnot.* &

& omnes etiam Codd., quos contulit, habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Gebauer. *ibid.* lectionem Florentinam non mutandam censet. *Inconstantiam* probat quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Sed & (1) si procurator satis accepit, &c.] Vid. *seq. Legem.*

Directa penitus tollenda.] Postrema haec Legis verba Triboniani esse, & tollenda, censet Faber, *Conj.* XII. 4. (2) notatus a Sande, *de Action. Cession. Cap.* 8. *num.* 5. & 6.

(1) Tò *et* a recentiore manu esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Apud Hal. abest.
(2) Immo in *Ration. ad h. l.* totum hunc §. Triboniano adscribit. Sed vid. Huber. *in Eun. Rom. h. p.* 148. *seq.*

L. XXVIII.

Si procurator meus judicatum solvi satis acceperit, mihi ex stipulatu actio utilis est (1),] An ita tempore Ciceronis, dubito ob locum Ciceron. *in Orat. pro Rosc. Comoed. Cap.* 18.

Sicuti judicati actio mihi indulgetur.] Ex aequitate (2). *Sed & si egit procurator meus ex ea stipulatione me invito; nihilominus tamen mihi ex stipulatu actio tribuetur:*] Secus in *cessione*, quae non semper habet hunc effectum. *L.* 3. *Cod. de novation.*

Per contrarium autem, si procurator meus judicatum solvi satisdederit, in me ex stipulatu *actio non datur.*] Sed *judicati* tamen (3).

(1) Flor. pro *est* manifeste legitur *et*, notante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe hae voces in Pand. permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 47. *pr. de pactis.*

(2)

(2) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9.

(3) Sic etiam Accursius *ad h. l.* Alii verba *in me ex stipulatu actio non datur* ita accipiunt, *non datur* scil. *directa*, sed quidem *utilis.* Sic D. Gothofred. *in not. ad h. l.* Negationem tollit Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* & pro *sed & si defensor meus* &c. in seqq. verbis legit *sed si defensor* &c. Mihi res facilis videtur. Agitur de procuratore, qui ipse judicatum solvi satisdedit, adeoque pro quo reus hanc cautionem non praestiterat. Talis procurator similis est defensori, qui liti se obtulit. *L.* 61. *h. t.* Ex Edicto enim Praetoris litem suscipere non cogitur. *L.* 8. §. 3. *h. t.* add. Jan. a Costa, *ad tit. x. de Procurator. p.* 243. Adeoque si talis procurator satisdederit, non magis, quam si defensor meus satisdederit, in me actio ex stipulatu datur, quia nec judicati mecum agi potest. *d. L.* 61. *h. t.* & *L.* 4. *pr. de re judic.* Haec igitur ratio utrique convenit, & forte etiam ex mente Ulpiani utrique aptanda est. Ceterum, in edit. Corp. Jur. Geb. & Spang. verba *sed et si defensor meus satisdederit, in me ex stipulatu actio non datur* per incuriam bis typis exarata sunt.

L. XXIX.

Quam eum, qui in rem suam procurator est:] Cui jus rei cessum. *L.* 42. §. 2. *L.* 61. *h. t.* *L.* 8. §. 2. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Ut emtor hereditatis. Facit *L.* 33. §. 3. & *ult. h. t.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 798.

Dicendum est, ei licere.] Facit *L.* 1. *Cod. de novat.* D. Goth. *in not.* „Immo non licet. *L.* 55. *h. t.*" Sed agit de actore (1).

(1) In *seq. L.* 30. pro *ex judicatione* alii legunt *ex judicati actione.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & sic etiam habere Cod. Camp. notat Ruhnken. *loc. supra cit. p.* 7. Male: non enim *ex judicati actione;* sed *ex judicatione*, seu eo, quod adversarium domino debere, judicatum est, procuratori satisfit. Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Graeci quoque

que habent διὰ τῆς ψήφου, id est, interprete Ruhnkenio, *ex judicatione.*

L. XXXI.

Heres exstiterit domino litis;] Id est, *caussae.*

Si non sit mandatum, negotiorum gestorum actio datur.] Non *familiae erciscundae*, cum pro parte solvere potuerit. *L.* 25. §. 10. *seqq. fam. erc.* Gloss. *h.* (1)

(1) Add. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 37. Aliter Voet. *ad tit. fam. erc.* §. 41. Sequitur in Lege: *quod est, & si heres* &c. id est, *quod etiam est, & si heres* &c. Sic Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 135. qui τὸ *etiam* ex literis *e t* in voce *est* repetit. Sed vocula *etiam* saepe omittitur. Vid. notata superius ad *L.* 1. *de transact. not.* 3.

§. 1.

Unius litis plurium personarum plures dari procuratores, non est prohibitum.] D. Goth. *in not.* „ Immo illis necessarium est, unum procuratorem dare, *L.* 5. §. *pen. judic. solv.*" Sed 1°. ibi lis ab initio fuerat unius. 2do. Ibi agitur de procuratore *rei*, quo casu iniquum est, actorem in plures personas distrahi. Si tamen ab initio cum pluribus heredibus unius lis contestata sit, nihil obstat, quo minus singuli suum dare procuratorem possint. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 807. (1).

(1) Add. Pothier. *ad h. t. num.* 27. *seq.* — Ad seq. L. 32. vid. & Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.*

L. XXXIII. (1).

Actionem autem intendere vetamus.] Basilic. οὐ μὴν ἐπὶ δίκῃ. Faber, *in Rat. ad h. l.* & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 802. censent, haec esse a manu Triboniani.

(1) Cum hac Lege, nec non cum *L.* 35. 39. & 40. *h. t.* jungendam *L.* 23. *de adm. & per. tut.* notat Schulting.

ting. *in Enarr. h. t.* §. 7. *p.* 378. & *ad Paul. Sent.* I. 3. *not.* 9.

§. 1.

Eum vero, qui de statu suo litigat, procuratorem habere posse, non dubitamus,] Ratio in *L.* 24. *pr.* & §. 2. *de liber. causs.* (1).

Procuratorem] Non de *liberali caussa*, sed aliis. Cujac. *Obs.* XVIII. 23. add. *L.* 12. *ex quib. causs. maj.*

Ex possessione sive servitutis, sive libertatis &c.] Lege *sive ex possessione servitutis*, &c. (2) cum Basilic.

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Primum caput* &c.

(2) Sic etiam Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, prius τὸ *sive* a recentiore manu esse, & Taurellio suspectum.

§. 2.

Publice utile est, &c.] Defendit Huber. *Eun. Rom. h.* Sed quaedam habet parum exacta (1).

Et innocentiam excusantem] Ne in reos recipiatur, ut vult Herald. *de Rer. Judic. auctor.* I. 11. *num.* 2. & 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1134.]

Innocentiam] Sic & Basilic. D. Goth. *in not.* „Forte *absentiam.*" & ita legit Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 11. (2)" Sic quoque legit Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *tit.* 13. *Cap.* 4. Vide pro lectione vulgata Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 814. *seqq.* Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* XVIII. 10. late.

Quod (3) *ex rescripto* Imperatoris nostri *apparet.*] *Caracallae*, sub quo haec scripsit, non *Alexandri Severi*: in quo fallitur Voet. *ad h. t. num.* 14. (4).

(1) Add. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 34. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 796.

(2) Qui tamen rectius postea vulgatam lectionem probavit, *Obs.* XX. 20. Vid. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 30. & *in Thes. Controv. Dec.* 10. §. 3. & *in Enarr.*

Enarr. h. t. §. 6. *in fin.* add. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 63. *seq.* Totum hunc §. explicuit Dan. Deutz. Dissertatione, in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 309. *seqq.* Vid. & Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXI. §. 9. *seqq.* De usu procuratorum defensorumve in caussis criminalibus nonnulla quoque notat Toullieu, *Conj. Jur. Civ. Cap.* 1. in *ej. Collectan. p.* 164. *seqq.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 14.

(3) In Cod. Flor. manifesto scriptum *quod et ex rescripto* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. licet Taurellius, & ceteri Editores hanc vocem *et* spreverint.

(4) Item Cujac. *Obs. dict. loc.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. *not.* 30. add. notata superius ad *L.* 17. *de statu homin. not.* 2. Alexandri, an Caracallae rescriptum sit, dubitat Westenberg. *d. loc.* §. 9.

§. 3.

Cujus nomine quis actionem &c.] *L.* 35. §. 2. *h. t.*

Is eum viri boni arbitratu defendat:] *L.* 35. §. 2. & *LL. seqq. h. t.* Debet autem esse Judex & actori reconvento competens jure Pand. (1). *L.* 35. §. 2. *h. t.*

Et ei, quo nomine aget, &c.] *Et ei, quo cum eo nomine aget*, &c. Vulg. (2). *Et ei, quo cum aget* &c. Reinold. *Varior. Cap.* 18.

(1) Jure novo hoc non est opus. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 13. *in fin.*

(2) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Superiore Edicti capite* &c. qui putat, quaedam verba huic Edicto addenda esse. Eodem fere modo Heinecc. *in Edict. Perp. restit. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 389. licet is vulgatam lectionem *et ei, quo nomine aget* retineat. Aliter Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui putat *ei* & *eum* suum ordinem mutasse, & unum in alterius locum invasisse, propterea legens *et eum, quo nomine aget, id ratum habere, ei, ad quem* &c.

§. 5.

Si quis in rem suam procurator interveniat, adhuc erit dicendum, debere eum defendere, &c.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 843. *& seq.* (1). Sande, *de Action. Cession. Cap.* 10. ubi distinguit (2).

(1) Et *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* IX. *Thes.* 1. *Lit. a. p.* 336. *seq.* Vid. & Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVIII. 13. & Voet. *ad tit. Pand. de Judic. num.* 84.

(2) Utrum scil. cessionarius agat actione *directa* nomine cedentis, an vero actione *utili* ex sua persona. Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 14. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: cujus nomine* &c. Vid. & Ger. van Lennep. *Diss. ad L.* 70. *h. t. Cap.* 3. Lugd. Batav. 1797. Qui *ibid. Cap.* 4. latius & eleganter exposuit, quinam dicantur *procuratores in rem suam ex necessitate facti.*

L. XXXIV.

Si quis in rem suam procuratorio nomine *agit*, &c.] *Procurator proprio nomine*, Faber, *in Rat. ad h. l.* (1) improbante Sandio, & Bachovio, *dd. locc.* Sed pro Fabro stant Basilic. & solutio Sandii est durior. Facit *L.* 25. *in fin. h. t.* add. Reinold. *Varior. Cap.* 18.

(1) Et *Conject.* XII. 10. Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 14. ubi monet, etiam, si quis malit, legi posse *procurator suo nomine*; licet *in Thes. Controv. Dec.* 10. §. 5. nihil mutandum putasset. Fabri conjecturam probat quoque Noodt. *loc. modo cit.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 9. *p.* 70. Ruhnken. *loc. supra cit. p.* 14. qui tamen hanc conjecturam auctoritate Graecorum nolit confirmari. add. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 278. *in not.*

L. XXXV.

Sed & hae personae procuratorem &c.] Lege *procuratorum* (1).

Et liberti. §. 1. *Patronus libertum* &c.] *Et liberti*, &

PA-

PATRONUS &c. id est, *& liberti, & Patronus. Patronus* &c. Noodt. *Obs.* II. 16. (2). Basilic. ut hic.

(1) Est vitium typographicum. Aliae edit. Gothofredi *procuratorum* habent.
(2) Et *ad h. t.* vs. *Ait Praetor: parentes* &c. Conjecturam Noodtii probabilem quoque dicit Ruhnken. *loc. modo cit.*

§. 2.

Non solum autem si actio postulatur a procuratore; sed & (1) praejudicium, vel interdictum; &c.] *L.* 33. §. 3. *h. t.* Sic *L.* 1. *pr. de edend.* junct. *L.* 37. *de oblig. & act.*

Ceterum cogi eum etiam in provincia *de Roma abire*,] Al. *in provinciam* (2), & Basilic.

(1) Vulg. inserit *si* Hal. *sed etiam si*. Vid. Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Voce *praejudicii* abuti Siccam. *de Judic. Centumv.* I. 10. notat Zepernick. *ad Siccam. d. loc. p.* 95. Pard. Pratejum, qui *in Jurispr. med.* I. 31. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 521. post verba *& eadem provincia* addi vult *& in interrogationibus*, & hanc Ulpiani sententiam temere repetitam putat in *seq. L.* 39. *pr. h. t.* refutavit Pauw, *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capp. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 115. *seq.*
(2) Sed vid. notata superius *p.* 3. *in fin. & seq.*

§. 3.

Et Julianus scribit Libro tertio Digestorum, compellendum *accipere judicium:*] Vid. *L.* 76. *h. t.* — Id est, *etiam compellendum*, Noodt. *ad h. t.* vs. *Initium faciam* &c. (1).

(1) Utrum procurator actoris, qui postulata nomine domini actione a reo reconventus, paratus est dominum defendere, & satisdedit judicatum solvi, vel defensor rei sine mandato, postquam satisdedit judicatum solvi, cogi possint judicium suscipere, an satis sit stipulationem

 ob

ob rem non defensam committi, olim inter Labeonem, & Sabinum disputatum fuisse, & Ulpianum a parte Labeonis stetisse, Paulum a parte Sabini, docet Noodt. *loc. cit.* Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 17. *in fin.* Aliter Cujac. *ad Lib.* III. *Julian. Digestor. in princ.* ubi hanc Legis partem exposuit, & *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 43. §. *ult.* & *L.* 45. *h. t.* & *Obs.* XXII. 13. & Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculian. Cap.* 9. §. 4. In verbis seqq. *nisi & agendum caussa cognita recusaverit*, &c. τὸ *et* in Cod. Flor. deletum esse, & *ad* inter versiculos repositum, sed recentius, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui priorem scripturam retinendam putat, & locum hunc cum Taurellio sic intelligit: *nisi etiam recusaverit*, id est, negaverit, *agendum* esse *caussa cognita*, &c. Idem *ibid.* putat τὸ *satis* in fin. *h. l.* transponendum ante *desideret.* — In pr. hujus §. pro *quod dominus in litem faceret* Graecos videri legisse *quod dominus in litem* praesens *faceret*, notat Ruhnken. *loc. supra cit. p.* 15.

L. XXXVI.

Ita tamen, ut in his omnibus ratam rem dominum habiturum, caveat.] Obstat *L.* 5. §. *ult.* & *L.* 6. *de oper. nov. nunc.* Sed casus plane diversus; & *L.* 45. §. *ult. h. t.* pariter differt. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 862. *seq.* (1). Chesius, *Different. Cap.* 9. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 641.] putat, maxime pertinere ad procuratorem *nunciati*, si is nihilominus aedificaverit, & eo nomine conveniatur.

(1) Egit ea de re quoque Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *Obs.* XXI. 11. item Noodt. *ad h. t.* vs. *Vult igitur Praetor*, *ab eo* &c.

L. XXXVII.

Etiam earum, quae in heredem non dantur.] Adeoque procurator magis domini personam repraesentat, quam heres. Fab. *Cod. hoc tit. Def.* 25. *not.* 1. (1).

(1) In seq. §. 11. post verba *suscipere parati* addit Hal. *an absens defendi videatur, &* &c. Sed rectius Pothier. *in not. ad h. l.* subaudiendum putat *quid juris?* ut saepe in Libris nostris. Praeterea ante τὸ *suscipere* Hal. ponit *defensionem*; sed neque hoc necesse, cum facile subaudiri possit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXXIX.

Verum in interrogationibus *quoque*,] *Interrogatoriis* Basilic. [*Tom.* I. *p.* 418.] (1).

Ut in jure interrogatus ex omnibus caussis respondeat, ex quibus dominus.] *L.* 9. §. 4. *de interrog. in Jur. fac.*

Et, si responderit, vel (2) *tacuerit, tenebitur.*] Sed, an non sufficit, denegare actionem. *L.* 43. §. 3. *h. t.* Respondet Cujacius, *teneri* ex stipulatione *judicatum solvi*, si sit interposita, *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaest. in expl. L.* 19. *de interrog. in jur. fac.*

(1) Add. de hac Lege Pauw. loc. cit. ad *L.* 35. §. 2. *h. t. not.* 1. & Jo. Wybon. *de Interrog. in jure, p.* 34. *seqq.* qui & refutat Pratejum, putantem, verba *in jure interrogatus* &c. usque ad *dominus* architectorum esse.

(2) Flor. est *velitacuerit*, unde videri possit legendum *vel si tacuerit*, aut *vel it*, pro *id, tacuerit*. Vid. Brencm. & Gebauer. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Qui alieno nomine agit quamcumque actionem,] Al. *quacunque actione* (1).

Neque enim haec actio domino competere potuit;] Obstat *L.* 9. §. 6. *de jurejur.* ubi Ant. Faber, *in Rational.* hunc locum accipit de *directa* actione (2).

Sed & si procuratori constitutum est, &c.] *L.* 5. §. 6. *de pec. const.*

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb.

Geb. & Spang. Sed non necesse. Vid. Brisson. *de V. S.* voc. *agere*, *num.* 12. & Duker. *ad Opusc. de Lat. Vett. JCtor. p.* 331.

(2) Aliter Beloius, *Var. Jur. Civ.* II. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 693. *seq.*

§. 5.

Si statum controversiam &c.] Noodt. *ad h. t.* vs. *Vult igitur Praetor, ab eo* &c. (1).

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Libb. Epitom. Tom.* I. *p.* 341.

§. 7.

Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabitur:] *Excusabitur*, Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* IX. *Th.* 1. *Lit. f. p.* 341. & *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 812. Quomodo & tempore Accursii lectum, liquet e Glossa, & sic Haloander, & Wissenb. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* LI. *Thes.* 22. (1). Ant. Faber haec omnia adscribit Triboniano, cui contradicit Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. d. loc.* Sed nodos non solvit. Sed vid. Huber. *Eun. Rom. h.* Basilic. *οὐκ εὐχερῶς τὸ ὕποπτον κινεῖται διὰ διοικητοῦ.* non recte: Ego nihil mutem: *accusari* est hic *sustinere accusationem* (2).

Aut si, etiam absente tutore, quasi non defenderetur, &c.] Ut *L.* 7. §. *ult. de susp. tutor.*

(1) Sic etiam Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 230. Vid. & Noodt. *loc. modo a Sch lt. cit.* Finestr. & de Monzalv. *d. loc. p.* 342. Joh. Vollenhove, *Diss. de Suspect. tutor. Cap.* 5. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 217.

(2) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. licet agnoscat, paulo insolentius JCtum hic locutum esse.

L. X L. (1).

(1) Pro *denique ut liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur* &c. Graeculum legisse videri *denique ut*

ut liberi. qui in potestate ejus sunt, qui absens dicitur, ducantur &c. notat Ruhnken. *loc. supra cit. p.* 24. — Ad *seq.* §. 2. paucula notavit Cujac. *ad Julian. Lib.* L. *Dig. in fin.*

§. 3.

Ratihabitionis autem satisdatio ante litem contestatam a procuratore *exigitur:*] *Habili* scil. ad agendum interposita hac cautione. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 827. (1).

(1) In fin. seq. §. 4. pro *quamvis de rato offerant* cautionem Hal. habere *actionem*, sed Florentinam Basilic. confirmare, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XLI.

Feminas] Basilic. αἱ θυγατέρες (1).

Si forte parentes morbus, &c.] Sande, *Decision.* I. 3. *Def.* 4.

(1) Add. de hac Lege Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 2. §. 2. *not.* 5.

L. XLII.

IDEM *Lib.* VIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *L.* 5. *de popular. action.* (1).

De via publica] Basilic. περὶ βίας δημοσίας, *de vi publica* (2). Recta Florentina lectio (3).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Similiter fuit quaesitum* &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6.

(2) *De vi*, an *de via* legendum sit, dubitare videtur Leunclav. *Notat.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. Graecos sequitur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Fabrotus Graeca verba vertit *de via publica.*

(3) Quam & defendit Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 57. & Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 33.

p. 33. *seq.* — Judicium Legis Corneliae, de quo in *seq.* §. 1. sermo est, *privatum* fuerit, an *publicum*, disquirit Otto, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 5. *seq.* qui *privatum* fuisse putat, & sic etiam *in not. ad* §. 8. *Inst. de injur.* quem sequitur H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 32. eaque etiam est sententia Vinn. *in Comm. ad d.* §. 8. *Inst.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Primum caput* &c. circa fin. Adr. van der Hoop. *Diss. de Iis qui antiq. ap. Rom. de crim. judic.* in *Supplem. Thes. Meerman. p.* 626. Sed *publicum* fuisse, censet Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. *not.* 20. Alios citat Otto, *dd. locc.* — Ad *seq.* §. 2. quaedam notavit Martresius, *in Aliq. JCtor. Resp. not. Cap.* 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 725. — Sequenti §. 3. jungendam esse *L.* 112. *de reg. jur.* monet Noodt. *loc. modo cit.* Conf. notata ad *d. L.* 112.

§. 6.

Pluribus eundem procuratorem non est permittendum dare:] D. Goth. *in not.* „ Immo necessarium pene est, ut unicum dent. *L.* 48. *fam. ercisc.*" Ibi est ille casus, de quo in *fin. h.* §.

L. XLIII.

Forsitan & ipsi dantur: non quidem ad agendum, sed ad administrandum.] Immerito haec Triboniano adscribuntur ab Ant. Fabro, *in Rational.* Vid. Stryck. *de Jure Sensuum, p.* 261. *seq.* (1).

(1) Haec unice adscripta leguntur ad edit. in 4to. Verba praecedd. *per eum modum, qui procedere potest* Pothier. *in not. ad h. l.* interpretatur: id est, quocunque modo suam potest de ea re declarare voluntatem.

§. 6.

Cogendum procuratorem judicium accipere,] Al. *cogendus judicium accipere,* & sic Basilic. (1).

Post satisdationem cogi, Labeo, caussa cognita, &c.] Al. *post satisdationem cogi. Labeo* &c. (2).

(1) Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* ex *praec.* §. repetit *Atilicinus ait.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legit, *cogendus procuratorium judicium* &c. notatque praeterea in voce *gratia*, quae praecedit, recens quidem atramentum apparere, sed videri veteri scripturae superductum. Sequens autem *nam* non videtur caussale, sed transitioni servire. Vid. notata superius ad *L.* 5. §. 2. *de statu homin.* Hal. pro *nam eos* &c. habet *eos tamen* &c. Sub nomine *Labeo* subaudiendum *ait.* Vid. Bynkersh. *Obs.* I. 18. *circa fin.* & J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. *p.* 32. *in fin.* De re ipsa vid. citatos superius ad *L.* 35. §. 5. *h. t.*

(2) Sic Charondas.

L. XLV.

Non cogendum. Sabinus (1) *autem nullas Praetoris partes esse* &c.] D. Goth. *in not.* „ Sabinus fuit diversae sectae a Labeone &c. " Ideoque frustra in his conciliandis laborat Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XII. *Thes.* 4. Brunneman. *h.* (2).

(1) Subaudi *ait.* Bynkersh. *d. loc.* Codicem Camp. pro *autem* habere *ait*, notat Bondam. *Animadv. Crit. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 233. *in fin.*

(2) Item Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 622. Vid. citatos superius ad *L.* 35. §. 3. *h. t.* Graecum Interpretem legisse *non cogendum Sabinus ait. Nullas Praetoris* &c. notat Ruhnken. *loc. supra cit. p.* 35. In seqq. autem verbis *ob rem non defensam agi posse, ac si justas caussas* &c. omnes habere & interpungere *agi posse. At si* &c. & huic lectioni favere Graecos, qui habent ἔνθα δὲ, *cum vero*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *seq.* §. 1. verba *& postea alius agens exceptione repelletur* Glossam male accipere de *exceptione*

tione rei judicatae, docet Cujac. *Obs.* XXII. 12. *Exceptionem doli* intelligunt Graeci. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Defensoris partes eum sustinere,] Inspecto initio, & prima nunciatione, Chesius, *Differ. Cap.* 9. *num.* 9. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 642.]

Et, si satisdederit, non animadverto, inquit Julianus, quo casu stipulatio committatur.] Si enim improbat, male aedificavit. Non obstat *L.* 36. *h. t.* ubi vide. Vid. & Chesium, *d. loc. num.* 10. *seqq.*

L. XLVI. (1).

(1) Pro *pro judicatum solvi* &c. Hal. & Vulg. habent *pro eo judicatum* &c. quod favent Basilic. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Et magis placet cogendum.] Vid. Vinnium, *Sel. Quaest.* I. 10. *in fin. Procuratorem* ex aliis editt. addit Leonin. *Emendat.* I. 15. *num.* 4. male (1).

(1) Rejicit hoc quoque Brencm. *h.* — Sequente §. 4. multos abuti in quaestione de thesauro a mercenario invento, notat Bynkersh. *Obs.* II. 4.

§. 7.

Si duobus mandata sit &c.] Sed vid. seq. Legem. ubi D. Goth.

L. XLVII.

Qui duos procuratores &c.] D. Goth. *in not.* „ Debitores suos, ut hic casus a superiore sit diversus. " Sic Cujac. *ad Libb. Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* & *Obs.* XXVI. 6. (1).

(1)

(1) In *seq. L.* 48. verbis ultimis *aut si mihi mandatum est*, &c. Graecum Interpretem addere negationem, quam & alii Codd. habent, etiam Cod. Camp., notat Ruhnken. *d. loc. p.* 40. Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui lectionem Florentinam retinet, sed supplet *recte me agere.*

L. LI.

ULPIANUS *Lib.* LX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. *quib. ex causs. in poss. eat. L.* 5. *de reb. auct. Judic. possid.*

Et fidejussoribus ejus] *L.* 95. §. 3. *de solution.*

Per in integrum restitutionem] Minori datam, qua omnia corruunt; nec minor est amplius loco *rei.* Averan. *Interpr. Jur.* II. 9. (1).

(1) Add. citatos inferius ad *L.* 13. *pr. de minorib.* Etiam minorem XXV. annis procuratorem ad lites fieri posse, ex hac Lege colligit Cujac. *Obs.* XXII. 16. add. Huber. *in Prael. ad h. t.* §. 2. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. & *Thes. Controv. Dec.* 10. §. 2.

§. 2.

Is, qui suscepit &c.] Junge *L.* 53. *h. t.* (1).

(1) Ad *seq. L.* 52. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.*

L. LIII.

ULPIANUS *Lib.* LX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 51. *h. t.*

L. LIV.

Neque femina,] *LL. Wisigoth.* II. 3. 6. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 16.

L. LV.

L. LV.

Praeferendus non est dominus procuratoris &c.] *Procuratori*, Charond. (1).

Qui enim suo nomine utiles *actiones habet*, *rite eas intendit.*] Add. *L.* 18. *de pign. act. L.* 28. *h. t.* Aliud in *directis* statuit Bachov. *de Action. Disp.* IV. *Thes.* 3. Vid. Sande, *de Action. Cession. Cap.* 12. *num.* 4. (2).

(1) Etiam Hal. & Flor. literam ultimam deletam, sed recentius, ut videtur, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Ad recusationem Judicis procuratori sufficere mandatum generale, vel etiam ad litem persequendam, non vero requiri speciale mandatum de recusando, ex *seq. L.* 56. *&* 62. *h. t.* docet Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 5. §. 2. *p.* 24.

L. LVII.

Is intelligendus (1) *est permittere procuratori, & postea litem peragere* (2).] Hinc colligunt DD., procuratorem ad primam instantiam datum, etiam appellationem posse prosequi. Fab. *Cod. hoc tit. Def.* 17.

(1) Flor. *intellegendus*. Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

(2) De locutione *litem agere*, vel *peragere*, vid. Bynkersh. *Obs.* VII. 13. *circa fin.* An Latina sit, dubitat Curtius, Εἰκαςῶν, II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 160.

L. LVIII.

Procurator, cui generaliter libera *administratio rerum commissa est*, &c.] *Libera* non est in Basilic. (1).

(1) *Tom.* I. *p.* 425. Nec etiam necesse, ut addatur, cum res eodem redeat. Vid. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 9. & *ad* §. 42 *Inst. de rer. divis.* Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 27. & *ad h. t.* vs. *Vult igitur Praetor, mandatum* &c. Jo. van Nispen. *Diss. ad Her. Modestin. Libb. Differ. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs.

Vol. I. *Tom.* I. *p.* 46. *seqq.* Dissentiunt tamen alii, in quibus etiam est Voet. *ad h. t. num.* 7. Post τὰ *potest exigere* Vulg. addit, *novare*, non improbante Noodtio, *d. Cap.* 27. MSS. quoque constanter hoc verbum habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Flor. deëst.

L. L X.

Mandato generali non contineri etiam transactionem &c.] Excipiunt, nisi sit *cum libera*. Fab. *Cod.* II. 4. *Def.* 7. (1).

Decidendi] *Deminuendi* legit Cujac. *ad tit. Inst. de rer. divis.* §. 43. (2).

(1) Non recte: neque agit haec Lex de procuratore omnium negotiorum, sed de procuratore ad lites generaliter dato. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. & *tit. de transact.* §. 2. *in fin.* Noodt. *de Pact. & transact. d. loc.*

(2) Et *ad Libb. Paul. Respons. in expl. h. l.* Sed Florentinam lectionem recte defendit Schulting. *in Enarr. tit. de transact.* §. 2. *circa fin.* Noodt. *loc. modo cit.* Ruhnken. *loc. cit. p.* 44.

L. L X I.

Aut obtulisset se, cum sciret cautum non esse,] Hinc explicanda *L.* 4. *de re judic.* (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XIV. 30. & Jan. a Costa, *ad Decretales*, *p.* 243.

L. L X I I I.

Neque servus] Lege *servos* cum Charond. & aliis (1).

(1) Vid. van Nispen, *Diss. ad Her. Modestin. Libb. Different. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 46. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. LXIV.

L. LXIV.

Is, cujus nomine defensor exstitit &c.] Suerin. *Repetit. Lect. Jur. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 29.] *Caussa cognita audiendus est.*] Potest enim hic actoris esse praejudicium. *L.* 1. *in fin. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* & hic jam statim est loco domini. *L.* 76. *h. t.* add. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 857. *Caussa cognita* delet Cujac. *Obs.* XXII. 10. (1) Vel caussae cognitionem intelligit, qua inquiritur, sitne lis contestata, ut *L.* 45. §. 1. *h. t.* *Caussa cognita* agnoscunt Basilic.

(1) Et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. l.* 16. *h. t.* & *ad Libb. Paul. Resp. in expl. l.* 69. *h. t.* Eodem modo Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XII. *Thes.* 8. Putat quoque Pothier. *in not. ad h. l.* verba haec abundare, vel saltem interpolata esse, & interpretanda ex *L.* 25. *Cod. h. t.* Sed an non ratio, a Schultingio allata, quod scil. possit hic actoris praejudicium verti, & defensor *statim* domini loco sit, sufficere possit videri? add. Suerin. *loc. cit.*

L. LXV.

Ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit:] Hinc nonnulli in mandato procuratorio desiderant clausulam *de rato*: male. Vid. Bachov. *de Action. Disp.* I. *Thes.* 45. (1). *Itaque etsi postea, mutata voluntate,* &c.] *L.* 75. *de reg. Jur.*

(1) Pro *si procuratorem absentem dominus* &c. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 19. *p.* 130. legi vult *si procuratorem absens dominus* &c. Sed non necesse. Vid. Ruhnken. *d. loc. p.* 46. Explicuit hanc Legem Brencman. *de Euremat. Cap.* 2. *p.* 34. *seqq.* — De *seq. L.* 66. vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. ej. l.* & Calder. *Var. Lection.* II. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 614. Inscriptionem Legis in Cod. Flor. proprie sic conceptam esse IDEM (Modestinus) *Libro decimo Pandectarum* PAPINIANUS *Libro no-*

no

no Quaestionum, deinde priora verba deleta esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui duplicem hanc inscriptionem censet retinendam, putatque forte idem & a Modestino, & a Papiniano iisdem vel similibus verbis esse traditum.

L. LXVII.

IDEM *Lib.* II. *Responsorum.*] *Lib.* I. Cujacius (1), qui jungit *L.* 3. §. 2. *de adm. rer. ad civit. pertin.* ubi vide.

Procurator, qui pro evictione praediorum, quae vendidit, fidem suam adstrinxit,] Aliter secus. Sande, *Decision.* III. 7. *Def.* 1. Fab. *Cod.* VIII. 31. *Def.* 6.

Etsi negotia agere desierit,] *Negotiagere* Florentiae. *Negotia gerere* Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 4. *num.* 6. (2).

(1) *Ad Libb. Papinian. Respons. in expl. L.* 3. §. 2. *cit.* & *Obs.* XX. 39.
(2) *Negotia agere* edidit Taurellius. Quod praefert Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 481. Etiam, ut videtur, Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, manum recentiorem correxisse *negotia gerere*, quod omnes fere sequuntur. Saepe verba haec commutantur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 30. *de orig. Jur. not.* 3.

L. LXVIII.

Quod procurator ex re domini, mandato non refragante, stipulatur, invito procuratore, dominus petere potest.] Add. *L.* 13. §. 25. *de act. emt. vend.* Osium Aurel. *Dispunct.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 717. *seq.*] qui Florentinam tuetur (1). Bachov. *de Actionib. Disp.* VIII. *Thes.* 11. *in fin.* *Non potest*, Cujac. *ad Resp. Papinian. in expl. h. l.* ex Basilic., quem laudat, & sequitur Sande, *de Action. Cession. Cap.* 6. *num.* 14. Facit. *L.* 11. §. 6. *de pignor. act.* *L.* 49. *in fin. de adq. vel amitt. poss.*

poss. add. Cujac. *ad L.* 79. *de verb. oblig.* Dissentit Donell. *ad L.* 38. §. 17. *eod. num.* 62. & Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 9. [& *ad tit. D. de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 681.]

(1) *Petere potest*, scil. *utili* actione. Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* *Invito procuratore*, id est, etiam *invito procuratore*, quae vocula saepe subaudienda. Vid. notata superius ad *L.* 1. *de transact. not.* 3. Lectio Florentina haud dubie retinenda est. Videmur autem hanc Jurisprudentiam debere Papiniano, qui, jus strictum semper postponens aequitati, post introductam *actionem institoriam*, ejus actionis exemplo utilem quoque actionem concessit adversus mandantem ex contractu procuratoris, & vicissim utilem quoque actionem ex contractu procuratoris mandanti dedit. Apertum hoc est ex *L.* 13. §. 25. *de act. emt. vend.* add. *L.* 31. *pr. de neg. gest.* & *L.* 19. *pr. de instit. action.* Ut adeo quod docemur de actione ex contractu institoris danda adversus praeponentem, vel etiam praeponenti, post tempora Papiniani non amplius videatur juris singularis fuisse, sed quodammodo juris communis factum. — De *seq. L.* 69. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. Respons. in expl. ej. l.*

L. LXX.

Respondi, debere defendere.] Non enim est haec cessio necessaria, nec onerosa, adeoque non obstat *L.* 34. §. *ult. h. t.* Sande, *de Action. Cession. Cap.* 10. *num.* 10. *seq.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 844. dicit, id fieri ob caussae connexionem (1).

(1) Eodem fere modo Cujac. *ad Libb. Scaevol. Respons. in expl. h. L.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 14. Aliter van Lennep. *Diss. supra laud. ad hanc Legem, Cap. ult.* qui Legem hanc accipit de procuratore in rem suam agente actione *directa.* — In *seq. L.* 71. voculam *per* parenthesi inclusit Taurellius. Confusam hanc voculam esse cum prima syllaba in *procuratorem*, putat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Forte olim scriptum fuit *Procuratorem*, linea per caudam lite-

terae P ducta, unde tunc fit *per procuratorem*. Conf. notata superius ad *L*. 5. §. 2. *de statu homin.*

L. LXXII.

IDEM *Lib*. I. *Manualium*.] Junge *L*, *ult*. *seq*. *tit*.

Per procuratorem non semper adquirimus actiones,] *Non semper* a Triboniano esse, putat Faber, *in Rat*. *ad h*. *l*: (1). Dissentit Huber. *Eun*. *Rom*. *h*. add. *L*. 5. *de stipul*. *praetor*. *L*. 68. *h*. *t*. Os. Aurel. *Dispunct*. 9. [in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 718.] Vid. ad hanc Legem Merill. *Lib*. *Sing*. *Different*. *Cap*. 2.

Sed retinemus:] Quod facilius.

(1) Et Wissenbach. *Emblem*. *Tribon*. *Cap*. 1. *p*. 17. Contra quem disputat Wybo, *Tribon*. *defens*. *Cap*. 1. *p*. 239. *seq*. *Non semper*, ergo aliquando. Scil. si dominus rem suam aliter servare nequeat: tunc enim etiam praeponenti contra contrahentem cum institore actio competit. Vid. *L*. 1. *in fin*. & *L*. 2. *de institor*. *action*. Conf. notata superius ad *L*. 68. *h*. *t*.

L. LXXIII.

Procuratore agente,] Cui solvi nequit. *L*. 86. *de solut*. *L*. 13. *de pactis*.

Propter quod *suspectus videri potest*,] Id est, *ideo quod* &c. quae ratio dubitandi.

Quid enim si & famosa sit actio?] *Ex contractu* scil. Conf. *L*. 7. *de his*, *qui not*. *infam*.

Hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis.] *L*. 7. §. 2. *de minorib*. Faber, *Conject*. XII. 16. & *de Errorib*. *Pragmat*. *Dec*. XXII. *Error*. 5. *num*. 10. vult, esse quaedam a Triboniano: sine caussa. Vid. Noodt. *de Foenore & usuris*, III. 15. (1).

(1) Sequentem *L*. 75. explicuit Cujac. *ad Julian*. *Lib*. III. *Digest*. quem etiam vid. de *seq*. *L*. 76. *ad Julian*. *Lib*. V. *ad Minicium*. ubi pro *praestaturus* Hal. habet *praestiturus*. Sed vid. notata superius ad

L. 2. *de feriis*, *not.* 3. De re ipsa vid. Noodtium, aliosque citatos *ad L.* 35. §. 3. *h. t.* De *L.* 78. egit Cujac. *in Tract.* VI. *ad African.* In cujus Legis verbis *viri boni arbitratu* Taurellius τὸ *viri* omisit. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. putat, verbum hoc excidisse ob praecedens verbum *videri*, cujus prima & ultima syllaba illud *viri* efficit.

TITULUS IV.

QUOD CUJUSCUNQUE (1) UNIVERSITATIS NOMINE VEL CONTRA EAM AGATUR.

(1) Vulg. *cujusque*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Thalelaei, Theodori, aliorumque JCtorum Graecorum Commentarii in hunc titulum Pand. ex editione & cum notis Dav. Ruhnkenii exstant in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 78. *seqq.*

Collatio Carthaginiensis cum Donatistis I. *num.* 34. *Nunquam habere potuit certam multitudo personam; cum hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, ut per ordinatas atque firmatas omnia peragantur.* De *universitatibus* vid. Huber. *de Jure Civitat. Lib.* II. *Sect.* 3. *Cap.* 1. *seqq.* (1).

(1) De origine & significatione vocis *universitatis* nonnulla notavit Joh. Lud. Hag. B. de Wassenaer, *Diss. ad tit. D. de Colleg. & Corporib.* in Jurispr. antiq. D. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 407. *seqq.* ubi & notat, licet etiam Collegia *universitates* appellentur, & licet, quae ad universitates, & alia Collegia, atque Corpora pertineant, promiscue ad eosdem titulos Pand. retulerint Juris Architecti; non tamen eos appellatione *universitatis* indistincte quaecunque corpora, & collegia intelligere, sed magis proprie civitates, municipia, respublicas, earumque Curias, atque ordinem Decurionum.

L. I.

Neque societas (1), *neque collegium*, *neque hujusmodi corpus passim omnibus habere conceditur:*] Vid. Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *tit.* 15.

Nam & Legibus, *& SCtis*, *& Principalibus Constitutionibus ea res coërcetur* (2).] Facit huc Cicero, *in Pison. Cap.* 4. Dio Cass. *Hist. Lib.* XXXVIII. *p.* 66. & *Lib.* LII. *p.* 490. & *Lib.* LIV. *p.* 522. & *Lib.* LX. *p.* 669. Plinius, *Lib.* X. *Epist.* 42. 43. 97. ubi de Christianis.

Paucis admodum in caussis concessa sunt hujusmodi corpora:] Laxavit valde Alexander Severus, teste Lampridio, *in ej. Vit. Cap.* 33.

Veluti pistorum,] Basilic. μαγκίπων. [*Tom.* I. *p.* 434.]

(1) Leunclav. *Notator.* II. 14. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. legit *societates.* Hal. *societatem*, & sic edidit quoque Pothier. Vulg. pro *habere* habet *haberi.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* I. 14. & auctores *ibid.* citatos a Trekell. add. Schwartz. *ad Plin. Panegyr. Cap.* 54. & de Wassenaer. *Diss. modo laud.* De *auri* & *argenti fodinis*, item de *salinis* quaedam quoque notavit Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* 6. *p.* 83. *seqq.* De *naviculariis* vid. Westenberg. *in Divo Marco*, *p.* 249. *seqq.* & Burman. *loc. cit. p.* 144.

§. 1.

Arcam communem (1).] Gruter. *Inscript. p.* 419. 7. & *p.* 175. 4. Contra in SCto contra Bacchanalia (2).

Et actorem, *sive* (3) *syndicum*, *per quem*, *tanquam in republica*, *quod communiter agi fierique oporteat*, *agatur*, *fiat.*] Et quod ad *lites*, necessario. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 13. *def.* 5.

(1) An jus *arcae communis* habendae omnibus collegiis commune fuerit, possit dubitari. Vid. de Wassenaer.

d. Diss. p. 426. Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1.

(2) Vid. Livium, XXXIX. 18. add. de hoc SCto Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 2. §. 5. *p.* 198. ed. Stockm. & auctores ibi laudatos. *Arcarius Reip. Neapolitanorum* est apud Spon. *Misc. Erud. Antiq. p.* 211.

(3) *Actor* & *Syndicus* quomodo differant, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & Noodt. *ad h. t. in fin.* Alios citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. in pr.* add. Joh. Wasteau, *Diss. de Jure & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 305. *seq.* An *Syndici* & *Ecdici Civitatum* iidem fuerint, disquirit de Wassenaer, *d. Diss. p.* 427. *seqq.*

§. 3.

Quia eo modo melior conditio universitatis fit.] Vid. Fab. *Cod.* II. 8. *def.* 7.

L. II.

Hic (1) *enim pro republica, vel universitate intervenit, non pro singulis.*] *L.* 7. §. 1. *h. t.*

(1) In praecedentibus verbis *vel aliqua universitas* dici pro *vel alia quae universitas*, notat Noodt. *ad h. t.* Sic etiam hoc verbo uti Ciceronem & alios, docent, quos citat Ernest. *ad Tacit. Annal.* I. 4. *not.* 5. add. Ruhnken. *ad Vellej. Paterc.* I. 17. §. 7. & M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* 1. *Cap.* 4. §. 2. *not. q.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 27.

L. III.

Nulli permittitur nomine Civitatis vel Curiae experiri:] Id est, *agere*, ut *L.* 51. *de adm. & per. tut.* (1). *Defendere* enim licet. *L.* 1. §. *ult. h. t.*

Nisi ei, cui Lex *permittit*,] *Municipalis* scil. (2).

Aut Lege cessante ordo dedit, cum duae partes adessent &c.] *L.* 3. *de decret. ab ordin. fac.*

(1) Alia loca attulit *in Enarr. h. t.* §. 2. add. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 246. & Noodt. *ad h. t. in fin.*

(2) Vid. Noodt. *ad h. t.* Lex Municipalis etiam alibi simpliciter *Lex* appellatur. Vid. Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 8. §. 1. *p.* 274. & Conrad. *Parerg. in nova Praefat. p.* 50.

L. I V.

Plane, ut duae partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest.] D. Goth. *in not.* „ Atqui nemo se ipsum eligere debet. *L.* 4. *de tutor. dat.*" Nec id textus dicit; sed ut duae partes dici possint adfuisse, etiam hunc computari. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1). Jus Canonicum tamen hunc Doctorum veterum errorem approbavit. *Cap. cum in Jure.* 33. *x. de elect. & elect. potest.*

(1) Add. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 246. Voet. *ad h. t.* §. 7. Noodt. *ad h. t.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2.

L. V I.

Item eorum, qui in ejusdem potestate sunt: &c.] Vid. Huber. Eun. Rom. *h.*

§. 1.

Quia (1) non possit videri de ea re, quae adhuc in controversia non sit, &c.] D. Goth. *in not.* „ Immo, & ad litem futuram dantur. *L.* 3. *de procurator.*" Sed differt procurator ab *actore*, qui decreto constituitur, quod non debet esse de re incerta, cum hic non munus demandetur, cujus vi possit experiri quasvis, ut Syndici, sed res certas. Jan. a Costa, *ad tit. x. de Syndic.* (2).

Sed hodie haec omnia per Syndicos *solent secundum locorum consuetudinem explicari.*] Qui nempe multis locis eliguntur, & ratione officii omnes lites expediunt (3).

(1) In verbis praecedentibus D'Arnaud. *Var. Conj.* L. 19. *p.* 131. pro *ejus petendae* legit *ejus petendi.* Possit etiam subaudiri vox *rei.*
(2) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. *circa fin.*
(3) Add. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 246. *in fin.* & Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 377. — In *seq.* §. 2. vel subaudienda vox *administratio*, vel cum Hal. legendum: *ut ei permissa videantur, quae & permissa durant*. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 28. Pothier. *in not. ad h. l.* post τὸ *videatur* supplet *persecutio actionis ad universitatem pertinentis.*

§ 3.

Actor itaque iste procuratoris partibus fungitur: &c.] De similitudine *actoris*, & *procuratoris* vid. Merill. *Lib. Sing. Differ. Cap.* 3. (1).

(1) In seqq. Legis verbis pro *judicati actio* Graecos legisse videri *judicati cautio*, notat Leunclav. *Notator.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506.

L. VII.

Puto dandam actionem in Municipes.] Non *singulos*, sed *universitatem*, ut bene Huber. *Eun. Rom. h.* Ineptit Groenew. *ad h. l.*

§. 1.

Si quid universitati debetur, singulis non debetur:] Add. *L.* 1. §. 7. *de quaestionib.*

Nec, quod debet universitas, singuli debent.] *L.* 18. *Cod. Theod. de navicular.* [*Tom.* V. *p.* 84.] *Quidquid universo corpori videtur indici, nullam specialiter potest obligare personam.* Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 2. §. 1. *num.* 2. Epistol. Impp. apud Lactant. *de Mortib. persecutor. Cap.* 48. Sic Quinctil. *Declam.* 306. *Non potest a privato dari, quod ab omnibus debetur.* add. Carpzov.

zov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 30. *def.* 12. *&* 13. & *Part.* II. *Const.* 6. *def.* 24. *&* 25. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 1. *art.* 2. *num.* 12. *seqq.* & *Decision. Part.* II. *Dec.* 312. ubi de personarum, & rerum detentione (1).

(1) Vid. & Bynkersh. *Quaest. Jur. Publ.* II. 13.

§. 2.

Sed (1) *si universitas ad unum redit, magis admittitur, posse eum convenire, & conveniri:*] Inde vult Quinctil. *Inst. Orat.* V. 10. *p.* 388. [ed. Burman. *p.* 432.] etiam populo bello victo, quae illi sunt debita, vel in uno conservari. Non recte. Vid. Grotium, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 8. *in fin.*

Cum jus omnium in unum *reciderit*, &c.] Qui membrum ejus ante fuit. Vid. Grotium, *d. loc.* II. 9. *num.* 4. Unde dubito, an bene sit decisum apud Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 13. *def. ult.* majore parte universitatis mortua, litem a defunctorum heredibus reassumendam.

(1) In praecedd. verbis pro *utrum omnes idem maneant* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 12. legit *utrum omnes iidem maneant*: non male. Conf. notata superius ad *L.* 14. *de transact. not.* 3.

L. VIII.

Quod possidetur;] An *possideatur?* Graeci ὧν εἰς νομὴν ὁ ἐνάγων ὀφείλει πεμφθῆναι. [*Tom.* I. *p.* 436.] (1).

(1) In initio hujus Legis τὸ *an* abundare, & abesse quoque ab omnibus tam scriptis, quam editis, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Sequentem *L.* 9. de institutione municipii a liberto facta intelligit Majans. *Disp.* I. §. 15. *Tom.* I. *p.* 10. add. Ulpian. *in Fragm. tit.* 22. §. 5. ibiq. Schulting. & Bach. *in Trajan. p.* 139. *seqq.*

L. X.

PAULUS *Lib.* I. *Manualium.*] Junge *L.* 72. *praec. tit.* Vid. ad hanc Legem Merill. *Lib. Sing. Different. Cap.* 3.

Sed & si actori cautum fuerit, utilis actio administratori rerum civitatis dabitur.] Ab *administratore* (1) differt *actor.* Merill. *d. loc.*

(1) De quo vid. & Joh. Wasteau, *Diss. de Jure & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 304.

TITULUS V.

DE NEGOTIIS GESTIS. (1).

(1) Plerasque hujus tituli Leges accurate explicuit Carl. Frid. Wilh. Schmid. *in Excurs. Exegetic. in tit. Dig. de neg. gest.* Tubing. 1787. 4.

L. I.

Hoc Edictum necessarium est; &c.] Vid. Mornac. *h.* (1).

(1) Add. de hac Lege Pothier. in not. *ad h. l.* & Schmid. *d. loc. p.* 4. *seqq.* qui pro *vel pignoris distractionem*, &c. legi vult *vel per pignoris distractionem* &c. Quem & vid. de *seq. L.* 2. *ibid. p.* 9. *seqq.*

L. III.

§. 4.

Pupillus sane, si negotia gesserit, &c.] *Pupilli sane si negotia* &c. Cujac. *Obs.* XIII. 7. (1) notatus a Bachovio,

vio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 896. & Hubero, *Eun. Rom. h.* Sed vid. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Ait porro Praetor*, &c. (2).

(1) Et *ad Libb. Juliani Digestor. in expl. L.* 6. *pr. h. t.*

(2) Qui Cujacii emendationem probat, quam in contextum recepit Pothier. Cujacium ſequitur quoque Schmid. *loc. cit. p.* 17. ſeq. Sed rectius vulgatam lectionem, praeter Bachovium & Huberum, tuentur quoque Ant. Faber, *in Rat. ad h. l.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 116. *ſeqq.* Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 323. *ſeq. in not.* qui etiam alios laudat.

§. 5.

Etsi furioſi negotia geſſerim, competit mihi adverſus eum negotiorum geſtorum actio.] *Utilis, L.* 17. *Cod. h. t.* *Curatori* autem *furioſi*, &c.] *Autem*, id eſt, *etiam* (1).

(1) Vid. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Oportet igitur* &c. Quam vim hanc particulam & alibi habere, docet H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exſt. in Collat. LL. Moſ. & Rom. p.* 135. & ibi citt. auctores. add. Perrenon. *Animadv.* II. 19. *in fin.* in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 650. — Cum *ſeq.* §. 6. jungendam *L.* 1. *de religioſ. & ſumt. fun.* notat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *p.* 399. add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 191. ibiq. Walch. Vid. de hoc §. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Sequitur in Edicto* &c. In verbis *etsi ex his verbis* &c. Flor. τὸ *ex* deletum eſſe, ſed tam tenuiter, ut aciem oculorum effugiat, idque Taurellio forte fraudi fuiſſe, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *ſeq.* §. 8. intelligendam eſſe *actionem negotiorum geſtorum*, non *de dolo*, docet Vital. *Lect. Var.* I. 12. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 637. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* & Schmid. *loc. ſupra cit. p.* 28. Ceterum, Taurellius verba hujus §. aſteriſcis incluſit, ſed ſuppleta ea eſſe ad calcem paginae ab eadem manu, quae Cod. Flor. ſcripſit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 10.

Hac actione &c.] *Utili.* Noodt. *ad h. t.* vſ. *Oportet igitur* &c. (1).

Verum & is, qui aliqua neceſſitate urgente, vel neceſſitatis ſuſpicione geſſit.] *L.* 6. §. 5. *h. t.*

(1) Qui Legem hanc intelligit de neceſſitate injuncti muneris. Sed Pothier. *in not. ad h. l.* eam accipiendam putat de urgente neceſſitate rei familiaris ejus, cujus negotium geritur.

§. 11.

Nam & hic dicit, adverſus utrumque (1) *eſſe actionem.*] Aliud *L.* 28. *h. t.*

(1) Scil. adverſus fidejuſſorem, *ex ſtipulatu;* adverſus dominum negotii, *negotiorum geſtorum.* Pothier. *in not. ad h. l.*

L. V.

Item ſi, cum putavi a te mihi mandatum, negotia *geſſi:*] *Negotia tua* (1), Beſt. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 23.

(1) Hal. *tua negotia.*

§. 1.

Sed & ſi, cum putavi Titii negotia eſſe, &c.] Add. *L.* 14. §. 1. *comm. divid.* (1).

(1) Et Noodt. *ad h. t.* vſ. *Vult igitur Praetor* &c. circa fin. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *p.* 399.

L. VI.

JULIANUS *Lib.* III. *Digeſtorum ſcribit.*] Non debuit hic nova incipere Lex, ſed cum praecedente continuari, & legendum in *fin. Legis* 5. *tenetur, ut Julianus Lib.* III. *Digeſtorum ſcribit,* &c. uno ſpiritu. Charond. Vid. Duker. *ad Opuſc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 320. (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. H. Cannegiet. *Obs.* II. 1. *p.* 141. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 2. §. 4. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 16. Schmid. *loc. supra cit. p.* 58. *seqq.* & sic jam Haloand. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Unde factum esse, ut Legum numeri in edit. Haloandr. a Nostris differant, monet Gebauer. *ibid.* Nec dissentire videtur Cujacius, *ad Lib.* III. *Julian. Digestor. in expl. h. l.*

§. 1.

Ut creditorem tuum, vel pignus tuum liberet:] *L.* 1. §. 11. *de exercit. act.* ubi Gloss. *L.* 7. §. 14. *ad SCtum Macedon.*

§. 3.

Sed et *si quis negotia mea gessit, non mei contemplatione* (1), *sed sui lucri caussa:*] Al. delent *et* (2). — Hic plane differt a rei alienae possessore. Leonin. *Emend.* IV. 1. *num.* 25. — Conf. Senec. *de Benefic.* VI. 12.

Sed in quod ego locupletior factus sum, habet contra me actionem.] Hanc ipsam scil. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 926. (3). Nec hoc satis evertunt, quae habet Cujacius, *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. ult. h. t.* Ita & Huber. *Eun. Rom. h.* Aliter Noodt. *Probab.* III. 9. (4).

(1) Vid. de hoc ejus vocis usu Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 318. *seq.*

(2) Quod etiam placet Schultingio, *in Enarr. h. t.* §. 3. *in fin.* Forte τὸ *et* mala geminatio est.

(3) Add. Desid. Herald. *de Rer. Judic. auct.* II. 23. *num.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1270. Voet. *ad h. t.* §. 9. Schulting. *loc. modo cit.* Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 343. *seq.*

(4) Qui pro *actionem* legit *exceptionem*, vel *retentionem*, vel *pensationem*, & sic quoque *in Comm. ad h. t.* vs. *Vult*

Vult igitur Praetor &c. circa fin. probante Reinoldo, *in Opusc. Jurid. p.* 465. Nec dissentire videtur Pothier. *in not. ad h. l.* Sed contra Noodtium disputavit Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 325. *seqq.* & Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 12. *seq.* Immo si vel Noodtii sententiam sequaris, non tamen propterea emendationem necessariam esse notat Adr. Nic. Mollerus, *Select. Quaed. Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 129. *seqq.*

§. 4.

Si & tuum gessit sciens,] *Maxime* subaudit Gloss., & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 884. (1).

(1) Egit de hoc §. quoque Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 31. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 493.

§. 5.

Si quis quasi servus meus &c.] *L.* 3. §. 10. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Oportet igitur* &c.

§. 6.

Nihil agitur ratihabitione,] Scil. ad patrem *in solidum* obligandum. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 882. (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 7.

Sed si liberum scivi;] Al. *sed & si* &c. (1).

(1) Sic Haloand.

§. 9.

Item quaeritur &c.] Hunc §. adversus Autumnum vindicat Huber. *Eun. Rom. h.*

§. 11.

§. 11.

Sed non fore ait: cum hoc facto meo alter sit locupletatus;] Secus in casu praecedentis §. 9. & 10. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 881. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Vult igitur Praetor* &c.

§. 12.

Etsi *forte non fuerit usurarium debitum*, &c.] Lege *et*, *si* &c. (1).

Nisi forte, inquit, usuras ei remiserat.] Junge *L.* 8. *h. t.*

(1) Sic etiam edidit Taurellius, sed in edit. Geb. & Spang. legitur *etsi*. Praeterea pro *usurarium* Flor. fuit *ussurarum*, litera *i* recentissime superscripta. Vid. Brencm. *h.* qui notat, posse etiam legi *usurarum debitum*. Vid. de hoc §. & *seq. L.* 8. Noodt. *ad h. t.* vſ. *Tenetur igitur quis* &c. add. Voet. *ad h. t.* §. 6. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 369. *seqq.*

L. VII.

Quia tantundem in bonae fidei judiciis &c.] Hoc constitutum ratione *usurarum. L.* 24. *deposit L.* 12. §. 9. *mandat.* add. locum Boëthii, citatum a Cujacio, *in Paratitt. ad tit. Cod. de contrah. & comm. stip.* Vid. & Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de offic. Judic. num.* 10. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Noodt. *de Foenore & usur.* III. 6.

L. VIII.

ULPIANUS *Lib.* X. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *h. t.*

Si autem is fuit, &c.] Frustra haec Triboniano adscribit, & carpit Ant. Faber, *in Rat. ad h. l.* Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

§. 1.

§. 1.

Et (1) *ampliores, quam oportuit, fructus fuere consecutus* :] Vid. *L.* 12. §. 1. *de distr. pign. & hypoth.* Taxat hunc §. Autumnus, quem refellit Huber. *Eun. Rom. h.* An satis plene, videndum: ratio Juris alioquin satis clara est.

(1) Verba quae praecedunt *per obreptionem* Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* explicat, *simulans me habere mandatum, cum tamen nullum haberem.* Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* & Noodt. *ad h. t.* vs. *Postremo ait Praetor*, &c. ubi etiam docet, quinam illi *ampliores fructus* sint. *Per obreptionem* Graeci vertunt *κατὰ συναρπαγήν.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hac locutione notata superius ad *L.* 10. §. 2. *de in jus vocand.* — De verbo *pensationes* in *seq.* §. 2. pro quo alii habent *compensationes*, & quod Graeci vertunt *συμψηφισμοὺς*, vid. Brencm. *d. loc.* add. Duker. *ad Flor.* II. 8. 13. & Interpp. *ad Iustin. Hist. Philipp.* V. 2. 3.

§. 3.

Et puto, secundum Julianum debere dici, &c.] Conf. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 883. (1).

(1) Add. Merill. *in L. Decis. Justin. Cap.* 33. *p.* 93. *seq.* & Mascov. *de Sect. Sabin. & Procul. Cap.* 9. §. 5. *num.* 2. Paucula ad hunc §. notavit Cujac. *ad Lib.* III. *Julian. Digestor.* Verbum *pertingi*, quod in Lege praecedit, & pro quo alii habent *perstringi*, tuetur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. IX.

Pomponius scribit, &c.] Leonin. *Emend.* VII. 17. Aliter Ant. Fab. *Conj.* IV. 10. add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 10. *Thes.* 6. *lit. a. p.* 387. *seqq.* (1). Verba *Pomponius scribit*, &c. usque ad *si dolus malus a te absit*, sunt consulentis (2) Scaevolam, qui postea respondet: quod notavit & Perrenon. *Animadv.* I. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 596.]

Scaevola] Ex Glossa, Leonin. *d. loc.* Sed vide modo notata.

(1) Egit de hac Lege quoque Altamiranus, *ad XX. Libb. Quaest. Scaevol.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 377. *seqq.* quem refutavit Jo. Lud. Conradi, *in Comm. de Sententia Cap.* 9. *tit. Dig. de neg. gest. adv. Jo. Altamiran.* Lipsiae, 1757. Pluribus de effectu ratihabitionis circa negotiorum gestionem, & in specie, an post negotii gesti ratihabitionem locus sit *actioni mandati*, disputavit Aug. Gerh. Besier. *Diss. de Ratihabitione, Cap.* 3. §. 2. Lugd. Batav. 1778. add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 14. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 333. *seqq.* & *p.* 381. *seq.* qui etiam alios laudat.

(2) In *Libris Quaestionum* Scaevolae moris fuisse, ut effata quaedam aliorum, ceu fundos disputandi, in medium collocet, laudatis etiam aliquando auctoribus, & hisce sua apponat, notat Noordkerk. *Obs. p.* 36. Pro *quod* reprobare *non possim* &c. Flor. etiamnum legi *reprobari*, quod Taurellium fugit, notat Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Legendum tamen est *reprobare*, aut pro *possim* scribendum *possit*. Vid. Brencm. *d. l.*

L. X.

Sed an ultro mihi &c.] Verbum *ultro* accipiendum eo sensu, quo dicimus *ultro citroque.*

Nisi specialiter id actum est,] *Postea* scil. (1).

(1) Vid. Pothier, *in not. ad h. l.* Triboniano haec adscribit Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* Sed vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur contraria actio* &c.

§. 1.

Sed sufficit, si utiliter gessit, etsi effectum non habuit negotium:] Similia in *beneficiis* persequitur Seneca, *de Benefic.* I. 5. (1).

(1) De verbo *deridere*, quod in Lege sequitur, quaedam notat De La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 5. in Thes.

Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1495. *seq.* add. Pothier. *in not. ad h. l.* Juliano & Celso saepe idem placuisse, exemplis docet van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 35. *in fin. p.* 180. *seq.* Tὸ *ut* in fin. hujus §. poni pro *quamvis*, observat Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 24. *not.* 55.

L. XI. (1).

Veluti venales (2) *novitios coëmendo*,] Immo & *venales* hic simpliciter dicti. Quinctil. *Instit. Orator.* VIII. 2. *p.* 575. [ed. Burman. *p.* 672.]

Absens pensare (3) *lucrum cum damno debet.*] Obstat *L.* 23. §. 1. *pro socio*, ubi vide.

(1) Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 374. *seq.* add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Postremo ait Praetor*, &c. in fin. & *de Foen. & Usur.* I. 8. *Culpam* simpliciter positam aliquando etiam de levissima culpa accipiendam esse, docet Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 7. *p.* 25. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. *p.* 404. Hoc loco autem ita sumendam esse, etiam inde apparet, quod casui fortuito opponatur. add. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 352. *seqq.* ubi pluribus egit de quaestione, levem an levissimam culpam praestare negotiorum gestor teneatur: citatis etiam praecipuis ab utraque parte auctoribus. Sub verbis *sed Proculus* subaudiendum *τὸ ait*, ut saepe, notat Bynkersh. *Obs.* I. 18.

(2) Servos, qui nondum uno anno servierunt. Pothier. *in not. ad h. l.* Conf *L. ult.* §. 3. *de publican. & Vectigal.* & vid. de his Burman. *ad Petron. Cap.* 29.

(3) Hal. & Vulg. *compensare.* Sed vid. notata superius ad *L.* 8. §. 2. *h. t.* — In fine seq. Legis 12. Haloand. habet *licet diversus exitus sit secutus.* Sed *τὸ secutus* Taurellius omisit. Videtur tamen esse vetus lectio Florentina. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XIII.

Decem tamen, quae impenderim, retenturum,] Ex bonis hereditariis. Cujac. *ad. Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Ceterum Legem hanc ab objectionibus

bus Fabri vindicare nititur Huber. *Eun. Rom. h.* qui tamen mihi satis non facit (1).

(1) Adversus Fabrum disputat quoque Jo. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 380. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 10. §. 5. *p.* 117. sic legit: *periculum non solum quinquaginta, sed & reliquorum quadraginta me praestaturum; decem tamen, quae impenderim, retenturum:* ex Basilic. & verba seqq. *id est, sola nonaginta restituenda* expungit cum Haloandro. *Id est* saepe nota glossematis. Vid. Ruhnken. *ad Vellej. Paterc.* II. 23. *in fin.* Retinenda tamen haec verba, putat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & speciem Legis dat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 373. Vocem *milium*, quam tuetur Bynkersh. *ad L. lecta. Cap.* 3. in ipso Cod. Flor. inductam esse, & abesse ab omnibus Codd. scriptis, editis, quos vidit, testatur Brencm. *d. loc.* De verbo *praestaturum* vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3. — In *seq. L.* 14. pro *filiusfamilias* Cujac. *Obs.* XIII. 7. legit *filiafamilias.* Sed vid. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 119. *seq. Filiusfamilias* legitur quoque apud Paul. *in Sent.* I. 4. §. 5. — Ad *L.* 15. vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. ej. l.* De verbo *moderatur*, quod in fin. ej. Legis passive sumitur, vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 328. & Conrad. *Parerg. p.* 543. add. citatos superius ad *L.* 19. *de Jurisdict.*

L. XVII.

ULPIANUS *Lib.* XXXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. 3. 5. 7. &c. *de adm. & peric. tutor.*

Eum actum, quem quis in servitute egit, manumissus non cogitur reddere.] Sententiam sequitur Sabini & Cassii, *L.* 37. *de adm. & per. tut. L.* 18. & 19. *h. t.* Proculi & Pegasi, quae non obtinuit tamen, nisi in connexis. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaestion. in expl. d. L.* 37. (1).

Plane si quid connexum fuit, &c.] *L.* 37. §. 1. *de adm. & per. tutor.*

Deinde manumissus fundum *locaverit*,] *Aream* intelligit Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 895. Sed mox sequitur *fundorum.*

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 18. & 19. *h. t.* Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 9. §. 5. *num.* 1. Pothier. *ad h. t. num.* 28.

L. XVIII.

Proculus & Pegasus &c.] Vid. ad praec. Legem. D. Goth. *in not.* „Quorum, ut & Neratii sententiam, hic positam, postea refellit idem Paulus *L.* 19. *eod.*" Immo potius extendit. Vid. & Langebek. *Annotat. Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 553.] (1).

(1) Sub ultimis hujus Legis verbis *idem Neratius* subaudiendum *censet*, notat J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. *p.* 33.

L. XIX.

Atquin natura debitor fuit, &c.] Haec in Basilic. [*Tom.* II. *p.* 311.] collocantur post §. 1. hujus Legis.

§. 1.

Quod Sabinus scribit debere a capite rationem reddendum, sic intelligi &c.] Verbum *debere* ante *sic intelligi* ponit Ranchin. *Variar. Lection.* III. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 948.] Quod magis placet, quam id delere cum Leonin. *Emend.* VII. 18. *num.* 3.

Rationem reddendum] Sic *L.* 19. *in fin. de novation. Denegandum est adversus eum actionem* (1).

(1) Neque adeo necesse, ut cum Ranchino, *d. loc.* aliisque legamus *reddendam.* add. notata superius ad *L.* 12. §. 1. *si quis caut. in jud. sist. causs. fact. non obtemp.* — De *seq.* §. 2. vid. D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 22. *p.* 157. *seq.* De locutione *negotii gerendi habere*

re adfectionem, quae Paulo familiaris fuit, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 321. & Conrad. *Parerg. p.* 537.

§. 3.

Cum me absente &c.] Taxat hunc locum Autumnus. Defendit Huber. *Eun. Rom. h.*

Et ignorans usucepisti:] Sic Basilic. & Charondas, qui putat, eos imponere, qui ajunt (1), *suscepisti* legi in MS. Flor. Sane haec lectio verissima est.

(1) Ita Cujac. *Obs.* XIII. 16. Res autem haec est: recentior aliquis τὸ *usucepisti* in *suscepisti* convertit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de hoc §. Rucker. *Obs. Cap.* IV. §. 1. *num.* 1. qui etiam alios laudat.

§. 4.

Contra quoque usuras, quas praestavimus (1), &c.] *Usuras, si praestavimus*, &c. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 23. Sed quid opus? Sane τὸ *quas*, quod sequitur, hoc *quas* videtur exigere.

(1) Saepe Veteres Praeterita inflectere forma Praesentium, notat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 367. An autem *praestavi* pro *praestiti* recte dicatur, dubitat Idem, *ibid. p.* 337. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *praestavimus* scriptum putat pro *praestabimus*: agnoscit tamen *praestavi* Paulum quoque dixisse in *L.* 36. §. 1. *in fin. de heredit. petit.* — De *seq. L.* 20. egit Ludov. Vital. *Var. Lection.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 637. *seq.* Sed minus bene: rectius Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXI.

Nam & Servius respondit, &c.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 890.

Servius respondit, aequum esse, Praetorem in eum red-

dere judicium (1).] Verba *Servius respondit* redundant, & delenda censet Ranchin. *Var. Lection.* III. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 948.] (2). — Hinc colligunt, obsidem captum pro debito ab universitate contracto, perque repressalias, contra universitatem damni sibi illati nomine agere posse. Sande, *Decision.* V. 7. *Def.* 1.

(1) Scil. *negotiorum gestorum.* Vid. Pothier. *in not. ad h. l.* Egit de hac Lege quoque De Retes. *Opusc.* VIII. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 393. *seq.* Paucula ad eam notavit Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(2) Sed ea tuetur J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. *p.* 35. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legit: *Servius, inquit, respondit.* — In *seq.* §. 3. verb. *quod is non recte gessit* Duirsem. *Conj. Jur. Civ. p.* 29. pro *is* legit *si.* Sed *is* defendit A. G. Pagenstecher. *Advers.* II. 7. — In *seq. L.* 22. pro *sive hereditaria* legendum *Sive hereditaria*, id est, *si, sive hereditaria* &c. notat Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 1. Non putem necesse. Constructio enim verborum sic instituenda: *sive aliquis gerens negotia hereditaria, sive ea, quae alicujus essent, necessario rem emerit* &c. Conf. Joachim. Joh. Schwartz. *Specim. inaug. ad Varia JCtorum Vett. Fragm. Cap.* 4. §. 4. Lugd. Batav. 1750.

L. XXIII.

PAULUS *Lib.* XX. *ad Edictum.*] Ubi egit de *hereditatis petitione* (1).

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. de hac Lege Noodt. *ad h. t.* vs. *Postremo ait Praetor*, &c.

L. XXIV.

IDEM *Lib.* XXIV. *ad Edictum.*] Forte occasione *actionum fraudatoriarum* (1).

Si ego hac mente pecuniam procuratori dem, &c.] Non

ad

ad hoc ipſum tamen conſtituto. Fab. *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 47. *error.* 3. *in fin.* (2).

(1) Cujac. *ad Lib.* XXIV. *Paul. ad Edict.* refert ad ſtipulationem *rem ratam haberi.*
(2) Add. Cheſium, *Interpr. Jur.* I. 32. *num.* 19. *ſeq.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 171.

L. XXV.

Idem *Lib.* XXVII. *ad Edictum.*] Agens forte de *expenſis funeris* (1).

(1) Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Pro *reciperaturum* Hal. edidit *recuperaturum.* Sed vid. notata ſuperius ad *L.* 33. *de adoptionib.*

L. XXVI.

Irritum probatum eſt *pro tribunali:*] Nihil cauſſae, ut legamus *pronunciatum eſt* cum Ranchin. *Var. Lect.* III. 2. [in Theſ. Otton. *Tom.* V. *p.* 948.]

Sed ex his actoribus unus non ſolvendo *deceſſit:*] Talis factus poſt teſtamentum jam improbatum, & agente jam legitimo herede. Cujac. *ad Reſponſ. Modeſtin. in expl. h. l.*

Ad damnum ejus, cui legitima hereditas quaeſita eſt,] D. Goth. *in not.* „ Immo ad damnum Magiſtratus. *L.* 46. §. 1. *de adm. & peric. tut.*" Ubi vid. Cujac. *ad Lib.* IX. *Reſponſor. Paul.* & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 927. *ſeq.* qui multis allatis nihil concludit.

L. XXVII.

Ex duobus fratribus, &c.] Fruſtra haec taxant quidam. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) Add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* II. *Modeſtin. Reſponſor.* Sequitur: *quaſi re meliore ab eo facta.* Ubi pro *ab eo* alii malunt *ab ſe.* Sed *ab eo* defendit G. O. Reitzius, *in Obſ. Miſcellan. Vol.* X. *p.* 366.

Saepe voces hae confunduntur. Vid. citatos superius ad *L.* 51. *de pactis.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 323. *seq.* & Puttman. *in not. ad Opusc. Jurid. ex Obs. Miscellan. Batav. p.* 146. Ad verba *legitimae aetatis* vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 2. add. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 26. *p.* 141. edit. Stockman.

L. XXVIII.

Et (1) *antequam ipse quicquam domino praestet: quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est.*] Hine Costal. *h.* & Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* II. *Disp.* 27. §. 24. colligunt, mandatorem ante solutionem agere posse contra debitorem principalem: male. Vid. Huber. *in Prael. ad tit. Instit. de fidejussorib.* §. 11.

(1) In praecedd. verbis pro *lisque aestimari debet, quanto Seji & Titii interest* Vulg. habet *lisque tanti aestimari debet, quanti Seji* &c. Et mox pro *Titii autem interest, quantum* &c. *Titii autem tantum interest, quantum* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed saepe *tanti* vel *tantum* ante *quanti* vel *quantum* omittitur. Pro *quanto — interest* autem forte olim scriptum *quantū*, id est, *quantum*. Hal. quoque edidit *quanti*.

L. XXIX.

Cum eo non tutelae, sed negotiorum gestorum erit agendum.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 888. (1).

(1) Et Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 30. *not.* 5.

L. XXX.

Quaque actione curator &c.] *Qua actione* &c. (1) Leonin. *Emend.* VII. 18. *num.* 4.

Valerius Severus respondit, adversus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam.] Obstat *L.* 1. §. 13. *de tut. & rat. distrah.* ubi vide.

(1) Sic etiam Ranchin. *Var. Lect.* III. 2. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 949. qui etiam alia in hac Lege emendanda censet. De *siligine*, & *ad eam emendam Curatore* vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.* add. Joh. Wasteau, *Diss. de Jure & Jurisd. Municip.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 307. Pro *adflictum esse* legendum *inflictum esse*, ut alii habent, censet quoque Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 321. *seq.* Pleraque tamen MSS. & Glossa quoque *afflictum* habent. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXXI.

§. 1.

Ob eam quoque speciem Sempronio tenebitur:] Si ejus quoque interest. Cujac. *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

Quia frustrator condemnatus est,] Vid. omnino Cujac. *Obs.* IX. 22. (1).

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 330. De Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. p.* 20. & quos plures citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. si quis caut. in jud. sist. causs. &c. p.* 442. *seq. in not.* Pro *imputari* in Cod. Flor. scriptum esse *imputeri*, notat A. Gronov. *ad Justin.* XXX. 1. 10. *p.* 936. *seq.* Taurellius tamen edidit *imputari*, & sic etiam exaratum in edit. Geb. & Spang.

§. 3.

Quae purgatis necessariis *sumtibus superest*,] Flor. *pietatis necessariae*, ut dicit Leonin. *Emend.* VII. 21. Immo Florentiae est, ut hic (1).

(1) Hal. habet *putatis*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Cujacius, *Obs.* IX. 11. *purgatis* interpretatur *putatis*. Vid. & Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 5. *circa fin.* in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1660. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 7. *p.* 262. legit *erogatis*, licet *in Addend. p.* 417. τὸ *purgatis* defendi posse putet.

§. 4.

De jure fideicommissi:] *Nec jure fideicommissi* (1), Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.* quem vide.

(1) Sic quoque legit Pothier. *in not. ad h. t.* Van de Water, *Obs.* I. 15. verba haec delet. Aliter D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 7. *p.* 262. *seqq.* & Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 309. Romanos frequenter libertis curam commisisse exstruendi monumenti, ex hac aliisque Legibus notat de Retes. *Opusc.* II. 2. *Cap.* 6. *num.* 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 131. — In *seq.* §. 6. verb. *tamen jus actoris periculo suo* &c. τὸ *suo* alii mutant in *ejus*. Sed *suo* defendit Reitzius, *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 366. add. notata superius ad *L.* 27. *h. t.*

§. 7.

Uno defendente caussam, communis *aquae*, &c.] Diversis scil. praediis (1), atque adeo in casu, quo non potest dari *actio communi dividundo*. *L.* 19. §. 2. *comm. divid.* Adeoque non obstat. *L.* 40. *h. t.* Vid. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 37. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 885. tricatur. Vel etiam, quia servitus est singulorum in solidum, non communis omnium. *d. L.* 19. §. 2. *comm. divid.* Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Instit. de reb. corp. & incorp.* Vid. & Merend. *Controv. Jur.* VIII. 11. *num.* 23. *seqq.* & *Cap.* 26.

(1) Hoc ut fingamus, vix pati videntur verba Legis. *Communis aqua* potius est servitus aquae communi praedio debita. Ratio autem, quare non communi dividundo actioni locus sit, petenda ex *L.* 19. §. 2. *comm. divid.*

divid. quod scil. servitus praedialis unicuique socio in solidum competat, adeoque proprie praedialis servitutis communio non sit. Sed ubi non est communio, ibi quoque actio communi dividundo locum habere nequit. Datur tamen *actio negotiorum gestorum*, quoniam, si unus servitutem defenderit, & *sententia praedio data sit*, id est, & judicatum sit, servitutem praedio illi communi deberi, ea sententia non potest non socio quoque prodesse; atque adeo unus servitutem defendens propterea existimandus est, communem litem suscepisse, & caussam quoque socii egisse. Redit huc quoque sententia Vinnii, & Jani a Costa, *locc. citt.* item Wissenbachii, *in Exercitat. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XII. *Thes.* 22. Neque haec evertunt, quae habent Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 329.

L. XXXII.

IDEM *Lib.* III. *Responsorum.*] Junge *L.* 42. *de pignor. action.*

Existimans indemnitati suae confusis praediis consuli posse;] *Existimans* imperite, confusa ratione utriusque debiti hypotheca. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.* (1).

Creditor ob id factum &c. non tenebitur.] Scil. fidejussori. Fab. *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 62. *error.* 4. ubi de hac Lege.

(1) Speciem Legis dat quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Neuter tamen satis clare expressit, quare fidejussor existimaverit, posse hoc pacto indemnitati suae consuli. Videtur itaque talis casus Legi adfingendus. Titius Cajo debet v. gr. 10,000. aureos. Pro hoc debito pignori obligavit fundum suum Sejanum, &, cum ille fundus non sufficeret, insuper fidejussorem dedit. Idem Titius ex alia caussa eidem Cajo, vel etiam alii, debebat v. gr. 5000. aureos, pro quo debito pignori obligavit fundum suum Cornelianum, cujus pretium debitum hoc longe superat. Accepto utroque pignore fidejussor utrumque debi-

 tum

tum solvit, adeoque etiam alterum illud, pro quo se non obligaverat, existimans *indemnitati suae confusis praediis consuli posse*, id est, existimans, utraque praedia nunc sibi pignori esse pro tota sorte, quam solverat, adeoque posse se ex utriusque praedii venditione omne, quod solverat, facile consequi. Contra, si illud tantum debitum solveret, pro quo se obligaverat, & praedium, pro illo debito obligatum, acciperet, se solutum non consecuturum, cum debitum superaret ejus praedii pretium. Ita existimabat fidejussor, sed imperite: nam utroque licet debito soluto, caussa tamen pignorum manebat separata, id est, unumquodque pignus manebat tantum obligatum pro eo debito, pro quo erat datum, neque adeo poterat fidejussor ex altero pignore supplere, quod alteri deësset.

§. 1.

Quia mandati vel depositi cessat actio, negotiorum gestorum agitur.] Junge *L.* 25. *deposit.* ubi puellae voluntate res est facta.

L. XXXIII.

Compilatae (1) *hereditatis postulare non debet:*] *L.* 4. *Cod. de crim. expil. hered.*

(1) Al. *expilatae.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui *compilatae* defendit cum Cujacio, *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl. h. l.* Graeci hic quaedam addunt. Vid. Leunclav. *Notator.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1506. *in fin.* In princ. Legis pro *quae res viri tempore* &c. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IV. §. 4. legit *quae res vivi viri tempore* &c. ope geminationis.

L. XXXIV.

Nec enim aut desiderasse, ut decernerentur alimenta, aut decreta essent.] Al. *decreta esse* (1).

Nam (2) *& illud, quod in matre constitutum est, non pu-*

puto ita perpetuo observandum.] Nec obtinet in casu, quando alius alimenta debuit. Vid. Cyriac. *Controv.* 480.

Quid enim, si etiam protestata est, &c.] A principio. Carpzov. *Difinit. Forens. Part.* II. *Const.* 10. *def.* 22.

Pone peregre patrem ejus obiisse,] Pone etiam, ipsum vivere, vel cum ejus herede agi. Carpzov. *d. loc. def.* 24. (3).

In qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem &c.] Producunt quidam hoc ad *patrem*, si liberi alia bona habeant. Carpzov. *d. loc. def.* 28. ubi & de sumtibus studiorum in casu, quo filius adventitia habet bona.

Maxime, si etiam in ratione impensarum (4) *ea retulisse aviam apparebit.*] Conf. Struv. *ad tit. de collation. Thes.* 30. Sande, *Decision.* II. 8. *def.* 3. Modo statim retulerit. Vid. Carpzov. *d. loc. def.* 23. Nec alia obstent. Mev. *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 195.

Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur.] Facit huc Philostrat. *de Vit. Apollon. Tyanens.* II. 39.

(1) H. Cannegiet. *Obs.* I. 20. *p.* 128. legit *decreta esse. At praeterea* &c. putans in *essent* duas voces coaluisse. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* I. *Paul. Quaestion.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 383. *seq.*

(2) Praecedit: *Haec disceptatio in factum constitit.* Ubi *in factum* dici pro *in facto*, notat Noodt. *ad h. t. in fin.* & *de Pact. & Transact. Cap.* 9. vs. *Igitur* &c. add. notata superius, *p.* 3. *in fin. & seq.*

(3) Sequitur *exhibuisse*, id est, aluisse. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 2. *de offic. Praef. urb.*

(4) Inter alia voluntatis indicia, hoc Pauli decretorium esse, utrum impensae post mortem gestoris negotii reperiantur relatae in librum rationum, an non, censet Noodt. *ad h. t. in fin.* Facit huc locus Senecae, *de Benefic.* I. 2. a Noodtio laudatus.

L. XXXV.

L. XXXV.

Sed & posteaquam patrimonium amiserit,] *Sed si postea* &c. Ranchin. *Var. Lect.* III. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 950.] ubi de hac Lege. Ego nihil muto (1).

Ut ita querelae locus sit QUANTUM FACERE POTUIT,] *Locus non sit,* Ranchin. *d. loc.* male: querela est a parte mulieris. Leonin. *Emend.* VII. 25. qui pro *quantum* mallet *quod.*

QUAMVIS POSTEA AMISERIT:] Alia literarum forma haec erant exprimenda.

Sed & si facere possit maritus, actio negotiorum gestorum inducitur:] Id est, *aboletur.* Leonin. *d. loc.*

Quia forte periculum est, ne facere desinat.] Vulg. *ne posse facere* &c. (2).

(1) Praeterea Ranchin. *d. loc.* verba *in negotiis gestis*, quae praecedunt, expungit, & sic quoque Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & Leonin. *loc. cit.* ubi late de hac Lege egit. Sed tuetur haec verba Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 132. *seq.* & Schroder. *Obs.* II. 15. *p.* 190. *seq.* Pro *plena erit negotiorum gestorum actio* Flor. olim fuit *plaenerit negotiorum* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui hinc putat, locum commodius, & verius restitui potuisse *plane erit negotiorum* &c. Exposuit hanc Legem quoque Altamiran. *ad Lib.* I. *Quaest. Scaevol.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 380. *seq.*

(2) Τὸ *posse* a JCto omissum esse more Graecorum, notat Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 107. *p.* 172. Non recte.

§. 2.

Et per hoc sex *mensibus exactis* &c.] *Ex mensibus* &c. Cod. Flor. male. (1).

(1) Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Forner. *Rer. Quotid.* V. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 260. & Nerium, *Analect.* I. 7. *in fin.* in eod. Thes.

Thes. *ibid. p.* 336. Speciem legis dat Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad *seq. L.* 36. vid. Cujac. *ad Lib.* IV. *Paul. Quaestion.*

L. XXXVII.

§. 1.

Nisi fortuitis casibus debitores &c.] D. Goth. *in not.* 5. Vid. Paul. *in Sent.* I. 4. §. 3. Ubi aliter legitur (1).

(1) Vid. Cujac. & Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 6. & 7. qui putant, Legem hanc a Triboniano interpolatam; & sic quoque Sam. Petit. *ad LL. Attic.* VII. 7. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 644. Aliter Puttman. *Probab.* I. 14. *p.* 104. *seqq.* ubi etiam citat Gottl. Kortte, qui Prolusione principium hujus Legis exposuit, de quo vid. & Schulting. *ad Paul. loc. cit. not.* 5. — In *seq.* §. 2. pro *pater si emancipati filii res a se donatas administravit* apud Paul. *in Sent.* I. 4. §. 7. legitur: *pater si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit.* Quae verba *sine ulla exceptione* a Triboniano omissa esse, notant Cujac. & Rittershus. *ad d. loc. Paul. not.* 15. & 16.

L. XXXVIII.

Multum autem refert, incipiat tunc debitum, &c.] Facit *L.* 8. *pr. mand.* (1).

(1) *Usuras maximas* Tryphoninum intelligere *usuras centesimas*, docet Noodt. *de Foen. & Usur.* II. 5. & Jan. Valckenaer. *Diss. de Dupl. Leg. interpr. Cap.* 7. *in fin. p.* 86. Legem hanc cum *L.* 10. §. 3. *mandat.* conciliare tentat Merill. *Var. ex Cujac.* III. 35. Vid. & Noodt. *d. loc.* Flor. admodum mendosam esse hanc Legem, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui pro *et usuris, quia non solvit, non quia ex negotiis,* &c. legendum putat *et usuras quia non solvit, non quia* &c. id est, quia non solvit usuras, non quia &c. — Ad verba *seq. L.* 39. *natu-*

turalis enim, simul & civilis ratio suasit, &c. vid. Perrenon. *Animadv.* I. 23. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 621.

L. X L.

Quia potui partem meam ita defendere, &c.] *L.* 6. §. 7. *comm. divid.* Nec obstat *L.* 23. *de damn. infect.* (1).

(1) Ad *seq. L.* 41. vid. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict.* — In *seq. L.* 43. Flor. multa mendosa esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. X L I V.

Is qui amicitia ductus &c.] Frustra haec quidam carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

L. X L V.

In quibus est etiam sumtus &c.] *L.* 11. *de muner. & honor.* (1).

(1) In *seq.* §. 1. verb. *rationem reddere non conpelluntur*, τὸ *non* Flor. excidisse videri ob sequens *con*, sed ab ordinario corrigente repositum esse, & ab omnibus receptum, etiam Graecos in Basilic. habere οὐκ ἀναγκάζεται, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Quia aequum est in damno eum (1) *non versari*, actione *negotiorum gestorum* &c.] *Utili*, Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. ult. h. t.*

(1) Flor. olim fuit *damnonversari*, id est damno non versari. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ait, vel hic, vel in seqq. voculam *eum* abesse posse, licet omnes utroque in loco habeant.

L. XLVI.

L. XLVI.

Propter ea, quae tibi necessaria esse scirem,] *Propterea quod tibi necessarium* &c. Fab. *in Rat. ad h. l.* (1).

(1) Sic etiam habet Cujac. *in Tract.* VII. *ad African. ad h. l.* & sic quoque Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XLVII.

§. 1.

An utili actione agat,] In qua non observabantur formulae. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de action.*

Quia in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non observatur, haec subtilitas supervacua est.] Dubito, an genuina Pauli sint (1). Putat id Jan. a Costa, *ad tit.* X. *de lit. contest. p.* 397. *&* 399. qui *extraordinaria* intelligit, quod pristina solennia non amplius tunc observabantur. Ita & D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 11. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 26.] Aliter Huber. *Eun. Rom. h.* putans; actiones Praetorias, qualis & haec, *in factum* omnes fuisse: & hoc male. Non potuit Paulus sic loqui de formulis, de quarum conceptione ipse Librum conscripsit. *L.* 20. *de exception.* Cujacius, *Obs.* XV. 11. ponit casum ex *L.* 8. §. 13. *ad SCtum Vellejan.* Nota: etiam in Centumviralibus Judiciis haec [actiones scil. *utiles*, & *directae*] distinguuntur. *L.* 13. §. 4. *de heredit. petit.* & in fideicommissariis persecutionibus. *L.* 62. *de Legat.* 2do. & *L.* 4. *de Legat.* 3io.

(1) Triboniano haec quoque adscribit Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 18. *seq.* Contra quem more suo disputat Wybo, *Tribonian. defens. Cap.* 1. *p.* 240. *seqq.* Pauli haec esse, censet etiam Bynkersh. *Obs.* VII. 13. Vid. & Oteyz. & Olan. *Paralipom. & Elect. Jur. Civ.* III. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 503.

p. 503. *seqq.* Sed esse haec Triboniani docuit Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 4. *not.* 22. in *Enarr. tit. de restit. in int.* §. 8. *in fin.* & *in Diss. de Recusat. Judic. p.* 86. — De *seq. L.* 48. egit Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Quaest.*

L. XLIX.

Si rem, quam servus venditus subripuisset &c.] *Venditus* cum peculio. Junge *L.* 30. *de act. emt. vend.*

Eaque in rerum natura esse desierit:] Atque adeo *vindicari* nequeat; cesset vero *actio furti*, & *noxalis. L.* 17. §. 1. *de furt.*

De pretio negotiorum gestorum actio mihi danda sit (1).] *Mihi* ratum id habenti: aliter *condictio sine caussa. L.* 23. *de reb. cred.* Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

Res tuas proprias legatas solvisses:] *Nomine hereditario.* Ita Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 930. conciliat *L.* 19. §. 1. *de condict. indeb.* add. Eund. *ad Treutl. Vol.* I. *p.* 869.

(1) Hal. & Vulg. *est.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IV. §. *ult.* pro *sit ut* legit *sicut* hoc modo: *negotiorum gestorum actio mihi danda: sicut dari deberet* &c. De ultimis Legis verbis *quandoquidem ea solutione liberarer.*, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

TITULUS VI.

DE CALUMNIATORIBUS.

Vid. Paulum, *in Sentent.* I. 5. Basilic. *Lib.* LX. *tit.* 1. [*Tom.* VII. *p.* 1. *seqq.*] Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 5. (1).

(1) De ratione connexionis inter hunc & praecedentem titulum

lum vid. Cujac. *Obs.* XXIII. 16. Noodt. *ad h. t. pr.* & Pothier. *ad h. t. pr. Calumniatores* unde dicti, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. add. Noodt. *d. loc.* & Brencman. *De L. Remm. exitu, Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1582. quem etiam vid. *ibid. Cap.* 5. & 18. de *poenis* calumniatorum, de quibus quoque egit Const. Jac. van Renesse, *Diss. de Coërcitione accusatorum, Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 604. *seqq.*

L. I.

Negotium faceret (1),] Sic Quinctil. *Inst. Orat.* V. 12. *p.* 404. [ed. Burman. *p.* 453.] *si negotium innocenti facit.*

Post annum] *Ἄχρι τριακονταετίας*, Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 11.

(1) Additur: *vel non faceret.* Quod non durum. Vid. Noodt. *ad h. t. pr.*

§. 1.

Hoc autem judicium non solum in pecuniariis caussis, sed & ad publica crimina pertinere &c.] Oratio non satis Latina, unde quidam haec Triboniano adscribunt, a quibus non alienus est Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 932. Vid. ad hanc legem Huber. *Eun. Rom. h.* qui post *τὸ caussis* subaudit *verti* (1).

Maxime cum & *Lege repetundarum teneatur*, &c.] Matth. *de Criminib. Lib.* XLVII. *tit.* 7. *Cap.* 2. *num.* 2.

(1) Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 2. *p.* 99. ultimum verbum *pr. competit* bis legendum putat, quasi scriptum esset *competit hoc autem judicium* &c. Quod probat Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 66. *in not.* Sed forte nihil mutandum: cum hujusmodi transitionis ex una verbi structura ad alteram exempla & apud Nostros, & apud alios auctores plura exstent. Vid. Van Dorp. *Obs. Cap.* 7. *p.* 59. & J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 9. *p.* 62. *seq.*

§. 3.

Sed & constitutio Imperatoris nostri, quae scripta est ad Cassium Sabinum, &c.] D. Goth. *in not.* „ *L.* 1. *Cod. de poen. Jud. qui mal. judic.*" Cujus inscriptio videtur vitiosa (1). add. *L.* 2. §. *ult. de cond. ob turp. causs.* — Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 935. censet hic aliquid turbatum esse, & quidem a Triboniano.

Vel adversario,] Sic & *L.* 1. *Cod. de poen. Jud. qui mal. judic.*

Vel privatis,] In quibus id non procedit, nisi *adversarii* appellatione intelligamus *procuratorem*, *socium*, vel similem. Noodt. *Dioclet. & Maximian. Cap.* 14.

Et ex hac caussa litem *perire jussit.*] *Civilem* & *criminalem.* Vinn. *de Transact. Cap.* 7. *num.* 22. (2).

Nam tractari (3) *potest*, &c.] *Nam*, id est, *ceterum*, ut in *L.* 6. *de reivind.* & *L.* 2. §. 1. *de vi bon. rapt.* (4). Noodt. *d. loc.*

Neque enim transactionibus &c.] *Licitis* addunt aliae editt., probante Noodtio, *d. loc.* ut in *L.* 16. *de transact.*

(1) Nempe pro *Imp. Antoninus A. ad Gaudium* legendum *Imp. Antoninus A. Cassio Sabino*, ut ad eam Legem notavit Schulting. Sed dissentit Brencman. *loc. modo cit. Cap.* 20. *in not. p.* 1631. Rem incertam esse, censet H. G. Tydeman, in *Annotat. uberiorib.* adjectis *Diss. de reb. Judic. non rescind. p.* 174.

(2) Qui legem accipit de eo, qui criminaliter agere proposuerat, cum & civiliter agere posset. Noodt. *in Diocl. & Maxim. loc. cit.* verba haec sic interpretatur, *ut actor a petitione removeatur, reus pro confesso habeatur.* add. Ger. van Wesel. *Diss. de Sanctitate Judiciorum*, §. 15. in Nov. Thes. Diss. Jur. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 315.

(3) *Tractare* verbum esse JCtis proprium, atque difficilis & controversae rei discussionem significare, notat Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 368.

(4) Et multis aliis locis, etiam apud alios scriptores Latinos. Vid. Puttman. *Meletem. Jur. Civ. Cap.* 2. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 148. & ibi citt. auctores. add. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. *ult. p.* 42. *seq.* — De *seq. L.* 2. vid. Cujac. *ad Lib.* X. *Paul. ad Edict.* Conjungendam eam esse cum *L.* 115. *de reg. Jur.* notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Quid porro sit*, &c. add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & *in not. ad d. L.* 115. & Pothier. *ad h. t. num.* 2. *in not.*

L. III.

§. 2.

Depectus autem dicitur turpiter pactus.] Scip. Gentil. *Parerg.* I. 32. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1305.] Val. Guil. Forster. *Obs. subseciv.* I. 14. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 914.] Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 2. *h. t.* ponit casum ex *d. l.* 2. & Graeci in Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 14.] Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Quid porro sit* &c. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarrat. h. t.* §. 3. Pluribus de hoc verbo *depectus* disputatur apud Duker. *in Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 283. *seqq.* Vid. & Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* I. 3. *p.* 17. — In *praec.* §. 1. Brencm. in Corp. Jur. Geb. & Spang. pro *etsi fecit* legere vult *etsi non fecit*, recte propterea notatus a Gebauer. *ibid.* Sensus legis apertus est. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & Noodt. *ad h. t. pr.* — De verbis §. 3. *Sed ei dabitur petitio, propter quem datum est, ut calumnia ei fiat*, vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Proximus locus* &c.

L. IV.

Haec actio heredi quidem non competit,] Quasi *injuriarum* (1).

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Similiter puto* &c.

L. V.

Nam est constitutum, &c.] Jam olim. arg. *L. 4. de interdict.*

Turpia lucra heredibus quoque extorqueri, &c.] *L. 16. in fin. quod met. causs.* Vid. Cujac. *ad d. L. 16. & seqq. quod met. causs.* Quae nae salva conscientia possunt retineri ab eo, quaeque, si nesciat, cui restitui debeant, pauperibus danda, vult Chrysost. *in Epist.* I. *ad Corinth. Hom.* XV. [ed. de Montfaucon. *Tom.* X. *p.* 131.]

Heredibus] Non ut heredibus, sed rem habentibus. Bachov. *Adv. Fabr. Dec.* 80. *error.* 5. Facit *L. 9. de vi & vi armat.*

§. 1.

Sed puto sufficere alterutram actionem (1).] Conf. *L. 2.* §. 1. *de tut. & rat. distrah.* Wissenbach. *Disputat. ad Instit. Disp.* XLVIII. §. 10. Sed obstat & *L. 7. pr.* & §. 1. *in fin. h. t.* Nisi id hic ita statuatur in casu, quo ipse dans repetit tantum, ibi etiam alius agit. Vid. & Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. d. l. 7.* Non satisfacit etiam Huber. *Eun. Rom. h.*

Ubi autem condictio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.] Facit *L. 2.* §. *ult. vi bon. raptor.*

(1) Proinde si alterutra actione actum sit, altera cessat; adeoque & mota prius *condictione ob turpem caussam*, penitus cessat actio ex hoc Edicto. Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. *circa fin.* & Noodt. *ad h. t. in fin.* add. Herm. van Vianen, *Diss. de Concursu actionum, Cap.* 2. §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 290. *seq.* Aliter haec exponit Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 621. *seq.* item Pothier. *in not. ad h. l.* quem sequitur etiam Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hell-*

Hellfeld, *hoc tit. p.* 389. Pro *quare si fuerit condictum*, &c. in Cod. Camp. legi *quaeritur*, *si fuerit condictum*, &c. notat Bondam. *Animadv. critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 14. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 231. qui id videtur probare.

L. VII.

Tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse.] Vid. §. 1. *in fin. h. Legis.* Obstat *L.* 5. §. 1. *h. t.* (1). Nec satisfacit Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 938.

(1) Nulla difficultas est: cum diversae sint harum Legum species. Nam in *d. l.* 5. §. 1. agitur de casu, quo quis dedit pecuniam, ne sibi negotium fiat. Is habet & condictionem ob turpem caussam, & intra annum actionem ex hoc Edicto in quadruplum, sed si alterutra actione egerit, altera cessat, ut modo notavimus. Verum hac *L.* 7. agitur de casu, quo v. gr. ego dedi Titio pecuniam, ne tibi negotium fiat. Quando si neque tuo mandato pecuniam dedi, neque tu ratum habuisti, & ego, qui dedi, habeo condictionem ob turpem caussam, cum solius accipientis turpitudo sit, & tu, propter quem pecunia data est, intra annum ex hoc Edicto agere potes in quadruplum. Sed post annum mihi soli condictio datur. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. & §. 3. *in fin.*

L. VIII.

Si ab eo, qui innocens fuit, &c.] Hunc textum Triboniano adscribit Ant. Faber, improbante Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 933. quos refutat Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) De verbis *secundum Edicti formam* vid. Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 238. *seq.*

L. IX.

PAPINIANUS *Libro secundo de adulteriis.*] Pertinet *ad L. Juliam de adulteriis* (1).

(i) Vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. de adult. in expl. h. l.* Noodt. *ad h. t. in fin.* Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 7. §. 2. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 256. Pro *in duplum pretium* alii habent *in duplum pretii*, sed Florentinam tuetur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONIBUS (1).

(1) Aliquando etiam dicitur *integri restitutio.* Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *ad Paul. Sent.* I. 7. *not.* 1. Leges hujus tituli exposuit Cujacius, *Oper. Tom.* I. *p.* 975. *seqq.* Materiam de restitutionibus in integrum, earumque varias caussas, late explicuit P. P. H. de Dompierre de Jonquieres, *Specim. de Restitutionibus in integrum.* Lugd. Batav. 1767. 8. Plura ad hanc materiam pertinentia notavit quoque C. F. Gluck. *Diss. de Vita petendae restit. in integr. Praetor.* &c. in *ej. Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 261. *seqq.* Ubi etiam, quod miror, defendit illam antiquiorum praesertim Interpretum sententiam, in restitutione in integrum *duplex* intervenire judicium, alterum *rescindens*, alterum *rescissorium.* add. Idem, *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 407. *seqq.*

Basilic. X. 1. [*Tom.* I. *p.* 581.] Alludit Senec. *de Benefic.* III. 14.

L. II.

PAULUS *Lib.* I. *Sententiarum.*] *Titul.* VII. ubi haec exstant [§. 2.]

Sive per status mutationem (1),] Quam subiit debitor.

(1) Apud Paul. *loc. cit.* legitur *permutationem*, sed nihil

mutandum. Vid. Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* II. 23. §. 3. *p.* 319. Additur in Lege: *aut justum errorem.* De quo nullum in hoc *Libro* IV. *Pand.* Edictum exstat. Sed vid. de hac caussa Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & *ad Paul. Sent. d. loc. not.* 6. Noodt. *ad h. t.* vs. *Dixi, quid* &c. & *ad tit. de alienat. judic. mut. causs. fact. in pr.* Dompierre, *loc. cit. p.* 360. *seq.* Joh. Frederic. Cortebrant. *Specim. Inaug. de Errore, justa in int. restit. caussa.* Lugd. Batav. 1747. & Gerard. Berckhout, *Diss. de eo quod justum est circa restitut. ex capite justi erroris.* ibid. 1750.

L. III.

An verae *sint*,] Id est, *justae*, *aequae*, Johannes Glossator. Vid. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 258. add. Gronov. *ad Tacit. Annal.* I. 75. (1). Guil. Fornerius, *Select.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 74.] legit *& an verae sint* (2): male. Noodt. *ad h. t.* vs. *Promittit igitur Praetor* &c. (3).

(1) Alios laudat Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* II. 3. §. 13. *not. d.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 94. *seq.* add. Interpp. *ad Liv.* II. 48. 2. Pertinet huc quoque elegans epigramma apud Gruter. *Inscript. p.* 718. 1. Vid. Joach. Joh. Schwartz. *Specim. observ. ad varia JCtor. Vett. Fragm. Cap.* 4. §. 9. Lugd. Batav. 1750. qui hoc pacto etiam tuetur, τὸ ἀληθεία apud Dositheum, §. 1. pro quo M. Röver, substituit αὐθεντία. Inscriptio Gruteri vitiose legitur apud Murator. *Inscript. p.* 1234. 7. add. Ferrar. *Mus. Lapid.* III. 1. *p.* 161.

(2) Sic etiam Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 19. in eod. Thes. *ibid. p.* 147. item Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* &. P. Faber, *ad L.* 183. *de reg. Jur.* Sed vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. & Noordkerk. *Obs. p.* 69. *seq.* qui *subvenit* explicat *subvenire solet.*

(3) Qui putat, verba haec abundare.

L. IV.

L. IV.

Ne propter satis (1) *minimam rem, vel summam* &c.] Alioquin & de minimis rebus Romanos Veteres jura constituisse, docet Cicer. *pro Caecin, Cap.* 12.

Si majori rei, vel summae praejudicetur.] Ergo non simpliciter hoc negatur. Vid. Cujac. *h.* Zoes. *ad h. t. num.* 7. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 26. (2).

(1) Sic *satis pulcherrima* in *L.* 2. §. 46. *de orig. Jur.* ubi vid. notata. Hal. *ne propter minimam* sane *rem*, &c. add. Brencman. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. Noodt. *ad. h. t.* vs. *Æque pulchra* &c. & late Dompierre, *loc. cit. p.* 33. *seqq.* Verbum *praejudicetur* recte explicat Raevard. *de Praejudic.* II. 8. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. p.* 429.

L. V.

Nemo videtur exclusus &c.] Junge *L.* 14. §. 1. *de V. S.* (1). Facit *L.* 7. §. 1. *h. t.*

(1) Sic etiam Cujac. *h.* & *ad Lib.* VII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* & Noodt. *ad h. t.* vs. *Superest restitutionis* &c. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 1. legit *nemo videtuRExclusus* &c. id est, *nemo videtur re exclusus* &c. probante Gluckio, *Diss. supra cit. p.* 401. *seq.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, in Cod. Flor. scriptum videri *videtur ecxclusus.*

L. VI.

Julianus Libro XVII. (1) *Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere, &c. quia non adipiscendae* (2) *hereditatis gratia* &c.] Facit *L.* 6. §. 1. *de separation.* quae est *Juliani ex Lib.* XLVI. *Digesto-*

 rum

rum (3). De hac Lege Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 5. Sed nihil habet notandum, nec bona hypothesis ejus.

(1) Ad edit. in 4to hic notavit: „An bene, dubito. Conf. Jac. Gothofred. *in Serie Libb. Edict. Perpet.*" in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 242. *seqq.* Vulg. *Lib.* XIII. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Praecedit in Lege: *sive filiifamilias militis successor*, distinctus ab *herede*. Vid. de Retes. *Opusc.* V. 9. §. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 270.
(2) Sic etiam Hal. Sed Flor. *apiscendae*, quod retinendum. Sic etiam Cicer. *de Legib.* I. 20. *cujus apiscendi caussa sunt facienda omnia.* & Tacit. *Annal.* III. 27. & VI. 20. & 45. add. notata ad *L.* 93. *de reg. Jur.* & Gulielm. & Gruter. *ad Ciceron. de Offic.* I. 18.
(3) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. & Pothier. *in not. ad. h. l.*

L. VII.

Ideoque restitui potest.] *L.* 7. §. *ult. de minor.* (1).

(1) Ad verba *citatus non respondit* vid. Rittersh. *ad Phaedr.* IV. *Fab.* 17. Agit de hac Lege quoque Noodt. *ad h. t.* vs. *Non minus* &c. & varios casus, quibus ex mera aequitate, contra stricti Juris regulas, laesioni in re privata, etiam ex re judicata oriundae, occurritur, in integrum restitutione concessa, recenset H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind.* §. 52. *seq.*

§. I.

Ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest.] Facit *L.* 5. *h. t.*

L. VIII.

Nihilominus in integrum contra rempublicam *restituuntur,*] D. Goth. *in not.* „*Contra rem judicatam*, Govean. &c." Item Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 973. Basilic.

filic. retinent vulgatam [κατὰ πόλεως]. Raevard. *Varior.* V. 18. *contra rem publicatam*, quod non probo (1).

(1) Nec probat Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 9. §. 8. *p.* 124. *seq.* qui *rempublicam* retinet. Sed *rem judicatam* legit quoque Leonin. *Emend.* V. 10. *pr.* & V. 18. *in fin.* Schulting. *in Enarr. tit. ex quib. causs. maj.* §. 4. & *ad Paul. Sent.* I. 13ª. *not.* 17. in *Jurispr. Antej. p.* 249. Noordkerk. *Obs. p.* 133. H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind.* §. 51. *in not. p.* 57. In fine Legis pro *subveniri* Nic. Catharin. *Obs.* IV. 42. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 797. legit *submoveri;* sine caussa, neque *submoveri alicui* Latine dicitur.

TITULUS II.

QUOD METUS CAUSSA GESTUM ERIT (1).

(1) Leges hujus tituli exposuit Cujacius, Oper. *Tom.* I. *p.* 979. *seqq.*

A Cassio (1) primum inductum. *L.* 4. §. 33. *de dol. mal. & met. exc.*

(1) Sic etiam Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *tit. de dol. mal.* §. 3. & Noodt. *ad h. t. in pr.* & *de Forma emend. dol. mal. Cap. ult.* Cujac. *d. loc.* ab Octavio. Alii Octavium censent primum hoc Edictum proposuisse, idque deinde a Cassio esse extensum. Sic Heinecc. *in Edict. Perpet. restit. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 402. & Pothier. *in not. ad L.* 1. *h. t.* Vid. Gluck. *in Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 404. *seq.* & *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 469. — Actionem hanc non esse famosam, notat Noodt, *ad tit. de his qui not. infam.* in fin.

L. I.

L. I.

QUOD METUS CAUSSA GESTUM (1) ERIT, RATUM NON HABEBO.] Facit huc Senec. *Controv.* IV. 26. *Per vim metumque gesta ne sint rata.* Dio Caff. *Hist. Lib.* XLV. *p.* 281. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις, ὅσα ἄν τις ἕτερος ὑφ' ἑτέρου βιασθεὶς πράξῃ, κύρια ταῦτα τηρεῖται. *Quum ne in privatis quidem rebus ea rata sint, quae quis vi ab alio adactus fecit.* Alludit Tertullian. *de Poenitent. Cap.* 5. D. Goth. *in not.* „ Vox haec Praetoris, vox Dei. Bald. &c." Idem ad *L.* 27. *Cod. de appellat.* dicit, Spiritum Sanctum in ore Praetoris hoc Edictum posuisse, & vocem Dei ab homine prolatam.

Olim ita edicebatur, QUOD VI, METUSVE CAUSSA.] Formula Octaviana. Cicer. *in Verr.* III. 65. Facit huc Idem *ad Q. Fratrem.* I. 1. 7. (2).

Metus, instantis (3), *vel futuri periculi caussa mentis* (4) *trepidatione:*] Charond. *in margine: metus autem propter instantis &c, mentis trepidationem* (5). Aliter paulo *metum* definit Cicero, *Tuscul. Quaest.* IV. 7. *Metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur.* & *ibid.* V. 18. *Est enim metus futurae aegritudinis sollicita exspectatio.* Plato, *in Lachet. p.* 493. Δέος γὰρ εἶναι προσδοκίαν μέλλοντος κακοῦ.

Sed postea detracta est vis mentio:] Ita & alibi ex Edictis antiquis quaedam, ceu superflua, omissa. *L.* 4. *de itin. actuque priv.* (6).

Ideo quia quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.] Differunt tamen haec. Jac. Gothofred. *ad L.* 116. *pr. de reg. Jur. Quodcunque vi atroci fit*, scil. ad aliquem cogendum. Noodt. *ad h. t. in pr.* Aut vult, esse ὑστερολογίαν pro *quodcunque metu fit, id quoque vi atroci fieri videatur* (7).

(1) *Gestum* quam late pateat, vid. apud Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed pergit*

git in Edicto &c. An autem pertineat hoc Edictum quoque ad negotia bonae fidei, late disputat Dompierre, *loc. supra cit. p.* 93. *seqq.* ubi etiam alii auctores laudantur. add. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 15. Gluck. *loc. modo cit. p.* 479. *seq.* distinguit inter *metum caussam dantem*, & *incidentem.* Sed vid. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap. ult.*

(2) In seqq. verbis pro *contrariam voluntati* alias legi *contrariae voluntati*, probante Noodtio, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Attamen Noodtius, *ad h. t. in pr. contrariam voluntati* scripsit.

(3) Id est, *praesentis.* Sic quoque Nepos, *in Themist. Cap.* I. *in fin. Quod & de instantibus — verissime judicabat, & de futuris callidissime conjiciebat.*

(4) Calder. *Var. Lect.* I. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 598. id est, *cordis.* Non putem: *mens* potius hic pro *homine* dicitur.

(5) In Cod. Flor. legi *trepidatio*, ultima syllaba *ne* deleta, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui legi vult *trepidationem*, subaudito ex antecedentibus *propter.*

(6) Alia exempla vid. apud Cujac. *loc. cit. p.* 981. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. add. Fopp. ab Æzema, *Diss. Jur. Civ.* I. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 805.

(7) In *seq. L.* 2. pro *majoris rei impetus* Nic. Catharin. *Obs.* II. 42. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 783. legit *major impetus*, vel *majoris impetus*, id est, fortioris, potentioris. Apud Paul. *in Sent.* I. 7. §. 7. legitur *major rei impetus*, quod mavult Schroder. *Obs.* IV. 7. *p.* 349. Sed utrumque *major*, & *majoris rei impetus* defendi posse, dicit Schulting. *ad Paul. d. loc. not.* 26.

L. III.

Clausula] *L.* 1. *de suspect. tutor.* (1).

(1) In *seq.* §. 1. verb. *et eam*, *quae* &c. τὸ *et* antique deletum esse, sed obscure, et postea recenter expunctum, idque Taurellium forte fefellisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *aut verberum terrore* &c. Hug. a Porta & Baudoz, *aut verborum terrore* &c. Perperam. Etiam in Basil. est ἢ πληγῶν. Vid. Brencm. *d. loc.*

L. IV.

Ego puto etiam servitutis timorem, similiumque admittendum.] Add. Maynard. *Decis. Tholos.* III. 73. (1).

(1) Hanc & *seq. L.* 8. conjunctim quoque exposuit Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

L. V.

Majoris malitatis (1).] Basilic. μεγάλης κακοθελείας.

(1) Ruffard. mavult *calamitatis.* Charond. in MS. legit *malignitatis.* Sed vocem *malitatis* defendit Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 325. *seq.* add. Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* I. *p.* 59. *seq.*

L. VII.

Nec timorem infamiae hoc Edicto contineri &c.] Huber. *Eun. Rom. h.* Sed res facilis (1).

(1) Non enim est in potestate privati infamiam alicui irrogare. Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Noodt. *ad h. t.* vs. *Non sufficit* &c. in med. Van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 12. Alii tamen aliter. Vid. Dompierre, *loc. supra cit. p.* 81. *seqq.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 487. *seq.* Pro *neque alicujus* vexationis *timorem* &c. Flor. olim fuit *exactionis.* Mutatio tamen vetus est. Basil. vertunt τοῦ σκυλμοῦ. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Similiter pro *si quis meticulosus rem nullam frustra timuerit* &c. alii legunt *rem ullam.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed Basilic. quoque habent ἐπ' οὐδενὶ πράγματι, nec emendatione opus: *rem nullam* enim est rem nullius momenti. Vid. Noodt. *loc. modo cit.* add. Brisson. *de. V. S.* voc. *nullus, num.* 2.

§. 1.

Timuit enim vel mortem, vel vincula.] Horat. *Sermon.* I. 2. *vs.* 39. *seqq.*

Quam-

Quamquam non omnem adulterum licet occidere,] Conf. Juvenal. *Sat.* X. *vs.* 311. *seq.*

Fiet adulter
Publicus, & poenas metuet quascunque maritus
Exigit iratus.

Vid. & Mornac. *h.* Lucian. *Toxar. p.* 44. Val. Maxim. VI. 1. 13. Chrysost. *in Genes. Serm.* XXXII. *p.* 259. [ed. Eton. *Tom.* I. edit. de Montfaucon. *Tom.* IV. *p.* 323.] Bynkersh. *Obs.* V. 8.

L. VIII.

§. 2.

Cum viris bonis iste metus major, quam mortis, esse debet.] Val. Maxim. VI. 1. (1). Ideoque tale quid tentantes impune occidi posse volunt. Vid. Mornac. *h.* add. Maynard. *Decis. Tholos.* VI. 86. (2).

(1) Add. Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1359.
(2) Et Grotium, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 1. §. 7.

L. IX.

Denique tractat, si fundum meum dereliquero, audito quod quis cum armis veniret &c. (1).] Quid si *minis* illorum coactus? Cicer. *pro Caecin. Cap.* 15. Sed caute vide.

Sed & si per vim tibi possessionem tradidero &c. (2).] *L.* 21. §. 2. *h. t.*

(1) Obstat *L.* 33. §. 2. *de usurp. & usucap.* Qua de re egerunt Noodt. *ad h. t.* vs. *Non sufficit* &c. Rucker. *Diss. de Civ. & natur. temp. comput. in Jure, Cap.* 2. §. 9. Dompierre, *d. loc. p.* 79. *seqq.* qui etiam alios laudat. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 27. & Van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 13. Sequitur in Lege: *Edicto locum non esse, & unde vi interdictum cessare.* Hal. aliique *sed*

&

& unde vi &c. dissentiente auctore Anonymo, *in Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 136. qui voculam *et* geminat, & altera vice per *etiam* explicat. Sed dubito, an *et et* Vett. unquam scripserint pro *et etiam.* Si emendatione opus foret, potius loco *esse*, *et* scriptum fuisse crederem *esSEt*, id est, *esse*, *set*, & *set* pro *sed* & positum, ut saepius. Vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. p.* 14. & 91.

(2) Sequitur Flor. *hoc Edicto locum esse.* Hal. & Vulg. *huic Edicto* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Simile vitium exstat in *L.* 3. §. 4. *quod quisq. Jur. in alt. stat. &c.* ubi vid. notata.

§. 1.

Vel latronum, vel populi tuerer,] *Vel populi* abest a Basilic. Sic tamen Paul. *in Sent.* I. 7. §. 5. (1). Facit huc M. Senec. *Excerpt. Controv.* IV. 8. cujus thema: *Bello civili patronus victus & proscriptus ad libertum confugit. Receptus est ab eo, & rogatus, ut operas remitteret, remisit* (2).

Ego enim operae potius meae mercedem accepisse videor.] *L.* 34. *in fin. de donation.*

(1) Ubi pro *promisit* van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 152. legendum putat *promisIT*, id est, *promisit, id* &c. Sed vid. van Dorp, *Obs. Cap.* 3. *p.* 18. & van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 3. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 174.

(2) Add. Bynkersh. *Obs.* III. 21. — *Generaliter & in rem* idem valere, notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Promittit igitur* &c.

§ 2.

Etiam servi manumissionem, (1)] D. Goth. *in not.* „ Puta si vel servus ipse, *L.* 9. vel populus dominum ad libertatem conferendam coëgerit. *L.* 17. *qui & a quib. manum.*" Quae negat hoc casu libertatem competere (2). Addit: „ Quid si extraneus? Joannes negat, revocari libertatem:

tem: hoc certe constat, magna ex caussa a Principe pupillum adv. libertatem posse restitui. *L.* 10. *de minor.*" Sed ibi est alius casus, & hoc Edictum ab illo diversum. Fab. *in Cod.* II. 20. *def.* 1. *not.* 10.

(1) Additur: *vel aedificii depositionem.* Ita frequenter Nostros loqui, notat De La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1502. *med.*
(2) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6.

§. 3.

Et Pomponius scribit, in negotiis quidem perfectis & exceptionem interdum &c.] Non *semper.* Vid. Gloss. *h.*

Sed ex facto scio &c.] Refutatur posterior pars sententiae Pomponii.

Ex qua Constitutione colligitur: ut, sive perfecta, sive imperfecta res sit, & actio, & exceptio detur.] *Perfecta* in totum metu. *L.* 12. *in fin. h. t. L.* 2. *Cod. eod. Exceptio* etiam re perfecta in casu tali, qualis est *L.* 28. §. 5. *ex quib. causs. maj.* (1).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait porro Praetor*, &c. Pluribus de hoc §. disputat Gluck. *in Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 407. *seqq.* add. Idem, *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de restit. in int. p.* 414. *seqq.* ubi & ex hoc §. probat, restitutionem in integrum etiam per modum *exceptionis* peti posse: quod negat Maran. *in Paratitl. ad h. t.* aliique.

§ 4.

Volenti autem datur & in rem actio,] *Utilis. L.* 21. *in fin. h. t. L. ult. Cod. ex quib. causs. maj.* Vid. Gloss. & Cujac. *h.*

Et in personam,] Quam Cujac. *ad Paul. Sent.* I. 7. §. 4. [*not.* 13.] recte negat, esse *actionem quod metus caussa.*

§. 5.

Verum & de dolo repromittere debere.] *L.* 21. §. 1. *de Ædil. Edict.*

§. 6.

Licet tamen in rem actionem dandam existimemus,] Nos JCti; quod tamen postea in *Edictum Perpetuum* translatum fuisse a Juliano, censet Jan. a Costa, *ad tit. x. de in int. restit. p.* 260.

Verum non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem, vel contra.] *Vel contra*: nec enim simpliciter est in quadruplum, sed cum res non restituitur. *L.* 14. §. 1. *h. t.* Bachov. *ad* §. *ult. Inst. de noxal. action.* Wissenbach. *Disp. ad Instit. Disp.* XLVIII. §. 11. Cujac. *h.*

§. 7.

Vel restituta obligatione judicium *accipiatur*,] De debito metu sublato. *Condictio liberationis*, Glossa: male juxta Cujac. *h.* (1).

(1) Qui paucula tantum ad hanc Legem notavit *ad Lib.* IV. *Julian. Digestor.* Verba *id est, in integrum* in *pr.* hujus §. glossema esse, putat Reitzius, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 374. *Id est* saepe nota glossematis. Vid. notata superius ad *L.* 13. *de neg. gest.*

§. 8.

Non immerito Julianus a Marcello notatus est, scribens, si fidejussor *vim intulit* &c.] Secus, si alius. *L.* 11. *h. t.*

In reum non esse restituendam actionem;] Qui proin liberatur, obligatione fidejussoria, solutione vel simili modo, exstincta: etsi id negat Sande, *de Action. cession. Cap.* 7. *num.* 4. Hinc explicanda *L.* 5. §. 1. *de liberat. legat.*

L. ult.

L. ult. pr. quae in fraud. creditor. L. 72. de fidejussor. L. 16. de acceptilat. (1).

(1) Sequitur in Lege: *sed est verius* &c. Id est, *justius, aequius.* Vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 3. §. *ult. not. d.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 94. *seq.* & notata superius ad *L.* 3. *de in int. restit.*

L. X I.

Si quis actus sine malitia fidejussoris, &c.] Secus si ipse vim intulerit. *L.* 9. §. *ult. h. t.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequens locus* &c. (1).

(1) Pro PAULUS *Lib.* IV. *Juliani Digestorum notat* Hal. habet MARCELLUS *Lib.* IV. &c. Sed Paulus itidem ut Marcellus in Juliani Digesta notas scripsit. Vid. Tydeman. *loc. modo cit. p.* 103.

L. X I I.

§. 2.

Propter naturam metus caussa actionis, quae damnum exigit:] *L.* 14. *pr.* & §. *ult. h. t.*

L. X I I I.

Exstat enim Decretum D. Marci, in haec verba &c.] Omissa sunt quaedam, quae habentur *L. pen. ad L. Jul. de vi priv.* (1). Add. Cassiodor. *Variar.* IV. 10.

Vel pecuniam debitam] Non sunt in *d. L. pen.*

Sibi sponte datam;] *Sibi traditam, d. L. pen.*

Vel accepisse,] Nec haec sunt in *d. L. pen.* Quae Tribonianus adjecit occasione praec. Legis. Galvan. *de Usufruct. Cap.* 40. *num.* 14.

(1) Quod & alibi factum. Vid. Forner. *Selection.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 104. Explicuit hanc Legem Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXIX. *p.* 321. *seqq.*



seqq. & J. H. Boehmer. *Exercit. ad Pand. Tom.* II. *Exerc.* 23. Plura quoque ad eam notavit Dompierre, *loc. supra cit. p.* 88. *seqq.* & Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Petrus Steyn. Lugd. Batav. 1726. Adversus Pratejum, qui hoc D. Marci Decretum frustra bis exhiberi dicit, Compilatores defendit G. Pauw. *Diss. ad Var. Jur. Civ. Capp. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 111. *seq.* Marcianum JCtum non esse confundendum cum illo Marciano, cujus hic mentio fit, notat F. S. Reiding. *Diss. ad L.* 19. *de rit. nupt. Cap.* 1. in eod. Thes. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 267. Alios citat Walchius, *Opuscul. Tom.* I. *p.* 399.

L. XIV.

§. 1.

Satis clementer cum reo Praetor egit, &c.] Reus tamen etiam *de vi* tenetur; & sic frustra hoc carpitur. Huber. *Eun. Rom. h.*

§. 2.

Alia autem actio esse sic potest. Si is, cui vis admissa (1) *est*, &c.] Lege *potest; si is* &c.

Ideo autem successoribus datur, quoniam & (2) *rei habet persecutionem.*] Sic & *L.* 5. §. *ult. de alien. jud. mut. causs.* & *L.* 16. §. 2. *h. t.* Sed inde non sequitur, non dari heredibus *poenales.* §. 1. *Inst. de perpet. & temp. action.*

(1) Sic etiam *metum admittere* dixit Ulpianus in *seq. L.* 16. *pr.* Latinum non esse *vim admittere alicui*, sed Graece valere ἐφιέναι βίαν τινί, notat Jensius, *Strictur. ad Pand. p.* 21.

(2) Τὸ *et* abundare, dicit Cujac. *ad Julian. Libb. Digest. in expl. L.* 18. *h. t.* Neque est in Basilic. De verbis *si annus largiretur* vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

In hac actione non quaeritur, utrum is, qui convenitur, an

an alius metum fecit: &c.] M. Senec. *Controv.* IV. 26. *Neque Lex adhibenti vim irascitur, sed passo succurrit:* &c. (1).

(1) Egit de hoc §. quoque Adduens. *Explicat.* I. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 519. De verbis *quia non statim quadrupli est* &c. vid. Elen. *Diatrib.* II. 5. in eod. Thes. *ibid. p.* 1424. *seqq.* — Verba *arbitraria sit* in *seq.* §. 4. Graeci vertunt αἱρετή ἐστι, *Tom.* I. *p.* 587. quasi dicas *eligibilis est*, notante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Pedius quoque Lib. VIII. *scribit, arbitrium Judicis* &c.] Responsum hoc truncatum esse, putat Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* III. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 569.] Perperam. (1).

(1) De *Viviano* vid. Alb. Gentilem, citatum a Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *sect.* 6. §. 31. *p.* 401. Hal. *Juliano*, & in margine: *alias, Juniano, alias, Viviano*, notante Gebauëro, *h.*

§. 6.

Et fidejussorem volentem (1) *dederit,*] §. 8. *h. l.*

(1) Hal. *nolentem:* male. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1433. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 66. Diserte etiam Basilic. ἐγγυητὴν ἑκόντα. *Tom.* I. *p.* 588.

§. 8.

Postea fidejussorem adhibeat,] §. 6. *h. l.*

§. 9.

Sed & si quis per vim stipulatus &c.] Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 27. *Thes.* 1. *Lit. l. p.* 811. *seq.* & *de Actionib. Disp.* 5. *Thes.* 23. & *Adv. Fab. Dec.* 81. *error.* 2. 9. 10.

Cum in quadruplo & simplum sit reus consecutus.] Id male negat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 82. *error.* 9. Vid. *ibid.* Bachov. & *de Actionib. d. loc.* (1).

Labeo autem, etiam post quadrupli actionem nihilominus exceptione summovendum eum, &c.] Quasi vitium metus nihilominus maneat: & agit, qui eum intulit.

Quam acceptilationem omni modo facere compellatur.] Aut saltem illi *exceptio* opponatur.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 10.

Quatenus autem diximus &c.] Faber, *Conject.* XVI. 19. & *de Errorib. Pragm. Dec.* 18. *error.* 10. *in fin.* putat, esse quaedam a manu Triboniani.

§. 11.

Quid si homo &c.] Vid. Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 36. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 57. *seqq.*] (1). Leonin. *Emendat.* III. 13. *num.* 4. *seqq.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 996. *seq.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Datur igitur haec actio in quadruplum* &c.

Qui vim intulit, & condemnatus est,] In *quadruplum* ex re & poena. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 89. *error.* 10. qui non negat, esse hic aliquid a Triboniano (2).

Si autem ante sententiam (3) *homo sine dolo malo & culpa* &c.] Vim inferentis. arg. §. 5. *h. l.*

Sed & si non culpa ab eo, quo cum agitur, aberit:] Pro hac lectione vid. Leonin. *Emend. d. loc.* (4). D. Goth. *in not.* „ *Sed & si culpa.* Cujac." & recte, ut videtur (5). Basilic. nihil mutant. Vid. & Wissenb. *Exercitat. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XIII. §. 15. ubi a Cujacio dissentit.

Aberit] *Obierit*, ex Graecis, Leunclav. *Notator.* II. 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1507.] Noodt. *d. loc.*

Si tamen peritura res non fuit,] Dum esset vendita (6).

(1)

(1) Vid. & Ant. Govean. *Lection. Variar. Jur. Civ.* I. 11. Lyclam. *Membran.* VII. 1. Forner. *Selection.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 63. *seq.* Pluribus hunc §. quoque exposuit Dompierre, *loc. cit. p.* 114. *seqq.*

(2) Ex *judicati actionis*, quod sequitur, Flor. non ita antique factum *judicationis*, sed perperam. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Contra pro *ex judicatione* in *L.* 30. *de procurator.* alii legunt *ex judicati actione.* Vid. notata ad *d. l.*

(3) Scil. *definitivam*, seu *condemnationem in quadruplum*, sine discrimine, ante an post arbitrium de re restituenda. Secus ac res se habet in bonae fidei possessore, quem interitus rei, antequam restitui jubeatur, liberat. Vid. *d.* §. 5. *h. l.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* & Noodt. *loc. cit.* Rationem autem differentiae inter hunc casum & superiorem, quo res sine dolo malo & culpa vim inferentis periit post sententiam, intra tempus condemnatis ad solvendum concessum, reddit Pothier. *in not. ad h. l.* add. Noodt. *loc. cit.*

(4) Defendit eam quoque Noodt. *d. loc.* Pertinet autem haec Legis particula, notante Pothier. *d. loc.*, ad primum casum, quo scil. res periit post condemnationem in quadruplum intra tempus condemnatis ad solvendum concessum, ejusque periodi sensus hic est: etiam eo casu eum, quocum agitur, interdum non liberari interitu rei absque ejus culpa contingente, si scil. res non aeque peritura fuisset apud eum, qui vim passus est.

(5) Videntur haec antiquiore manu adscripta. *In Enarr. h. t.* §. *ult.* ipse nihil definit, sed Lectorem tantum ablegat ad Cujacium, & Noodtium.

(6) In seqq. verbis pro *qui eum venditurus fuit* Hal. habet *quanti eum* &c. cui lectioni favent Basilic. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 13.

Eum qui metum fecit, & de dolo teneri, certum est:] Vid. Cujac. *h.* & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1002. (1).

Et consumi alteram actionem per alteram exceptione in factum opposita.] Vid. Cujac. *ad* §. *ult. h. l.* (2).

(1) Late Dompierre, *loc. cit. p.* 123. *seqq.*

(2) Quem etiam vid. de *seq. L.* 15. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.* ubi pro *ab illo* Hal. habet *ab alio.*

L. XVI.

§. 1.

Sed si servi metum adhibuerint, &c.] Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 92. *error.* 7.

§. 2.

In heredem autem, & ceteros in id, quod pervenit ad eos, datur.] *L.* 2. *quib. ad lib. proclam. non lic.*

Attamen quod turpiter, &c.] *L.* 5. *pr. de calumniator.*

L. XVII.

Sufficit (1) *enim semel pervenisse ad proximum heredem:*] *L.* 127. *de reg. Jur.*

Et perpetua actio esse coepit:] *L.* 19. *h. t.* Nec ergo *consumtione* tollitur.

(1) In praecedentibus verbis pro *et melius* initio Flor. scriptum fuisse *admelius*, sed antique correctum, ut hic, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Secundum quem forte non male correctum fuisset *at melius.*

L. XVIII.

Si ipsa res, quae ad alium pervenit, &c.] Tertium bonae fidei possessorem (1). Cujac. *ad Julian. Libb. Digest. in expl. h. l.* Aliter Huber. *Eun. Rom. h.*

Sed omni modo locuples factus videtur, licet postea deperdat.] Recte: male vulgo *depereat.* Cujac. *ad praec. Leg.* (2).

(1) Ita Noodt. *ad h. t. in fin.* Sed Cujac. *ad L.* 17. *h. t.* & *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. d. L.* 17. sub

sub verbis *ad alium* imprimis *heredem* intelligit. Secundum quem *actio quod metus caussa* datur adv. heredem ejus, qui metum intulit, in id quod ad eum pervenit, licet postea id consumserit. *L.* 16. §. 2. *L.* 17. *h. t.* Item adv. heredem heredis, licet forte ad eum nihil pervenerit, dum primus heres id jam consumserat. *d. L.* 17. Sed si res *interierit*, sive heres, sive bonae fidei possessor liberatur, modo interierit ante litem contestatam sine dolo malo ejus. Neque a Cujacio dissentire videtur Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 7. ubi postquam docuerat, hanc actionem etiam adv. heredem dari, quatenus ad eum pervenit, etsi res postea consumta sit, item adv. heredem heredis, addit: „ qua in re exactius distinguit Cujac. *ad L.* 17. *h. t.*" Cum Cujacio facit quoque Pothier. *in not. ad L.* 18. *h. t.* & novissime C. F. Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 500. *seq.* ubi etiam alii Interpp. laudantur. Profecto, negari nequit, & in praecedentibus, & in seqq. Legibus proprie de *herede* agi; adeoque si argumentum, è ratione connexionis desumtum, aliquid ponderis habeat, vix admitti posse videtur sententia Noodtii, verba mediae *Legis* 18. *ad alium* non etiam de herede, sed tantum de bonae fidei possessore accipientis.

(2) De voce *Proconsul* in *seq. L.* 19. vid. Ant. Augustin. *Emendat.* I, 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1446.

L. XX.

Quantum autem ad heredem pervenerit, litis contestatae tempore spectabitur:] Nisi *consumpserit* (1). Cujac. *ad L.* 17. *h. t.*

Idem & ipsius, qui vim intulit, si sic in corpus &c.] *Idem est, etsi ipsius* &c. ed. 1549. (2).

Id est, si debitor liberatus est.] Hoc casu id intelligitur ad heredem pervenisse. Basilic. [*Tom.* I. *p.* 591.]

(1) Tunc enim tenetur hac actione, licet litis contestatae tempore rem non amplius habeat. add. Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & Dompierre, *d. loc. p.* 107. *seq.*

(2) Al. *Idem & si ipsius* &c. Hal. *Idem & si in ipsius,* *qui*

qui vim intulit, corpus patrimonii sic pervenerit aliquid, &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Dompierre, *d. loc. p.* 109. *Idem & si sic in ipsius*, &c.

L. XXI.

Si mulier contra patronum suum ingrata facta &c.] D. Goth. *in not.* „ Ingratitudinis caussa libertus in servitutem revocari potest. " Etiam Jure Pand. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de hered. petit.* [*Tom.* I. *p.* 216. *seq.*] (1).

(1) Egit hac de re etiam Paganin. Gaudent. *Jurid. Exposit.* I. 10. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 352. & Suerin. *Repet. Lect. Jur. Cap.* 3. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 9. Alios citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Pactis, p.* 171. *seq.* Cujacius hanc Legem quoque explicuit *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

§. 1.

Quod metus caussa gestum erit, nullo tempore Praetor ratum habebit.] *L.* 14. §. 1. & 2. *h. t. L.* 4. *Cod. eod.* (1).

(1) Ad verba *seq.* §. 2. *Abest autem* &c. vid. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 4. *num.* 5. & Waechtler. *in ej. Opusc. a Trotz. edit. p.* 450. & 480.

§. 3.

Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem:] Etsi hoc negotium nequidem sit bonae fidei (1).

Quia est verissimum, nec talem promissionem dotis ullam esse.] Quoties enim non datur in integrum restitutio contra actum, si valeret, is metu gestus est nullus. Facit *L.* 9. & 17. *qui & a quib. manum.* Vinn. *Sel. Quaest.* I. 12. Zoes. *ad h. t. num.* 10. *seq.*

(1)

(1) De hoc & *seq.* §. 4. & 5. vid. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap. ult.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 476. *seq.* qui rem paulo aliter explicat. De lectione §. 4. quaedam notavit Brencm. in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Si metu coactus adii hereditatem, puto me heredem effici,] D. Goth. *in not.* „ Immo non fio heres. *L.* 6. *in fin. de adq. vel omitt. hered.*" Illa non obstat. Vid. *ibid.* (1).

(1) Et Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* II. 13. §. 1. *p.* 254. item Pothier. *in not. ad h. l.* Additur: *quia, quamvis si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui.* Quod Stoam redolere, notat Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 136. & Heinecc. *in Edict. Perpet. restit. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 400. *seqq.*

L. XXII.

Quidquid ob hanc caussam factum est, nullius momenti est.] Exitu inspecto. De arresto obstrictis Peckius, *de Jur. sistend. p.* 43. ubi Leeuwen.

L. XXIII. (1).

(1) In *pr. Claram dignitatem*, id est, Senatoriam. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 16. De lectione & sententia *seq.* §. 1. egit Dompierre, *loc. supra cit. p.* 127. *seqq.* De phrasi *aequitati suae rem restituere* vid. Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* II. 18. §. 2. *p.* 289.

§. 3.

Si quis, quod adversario non debebat, &c.] Vid. Noodt. *ad h. t.* non longe a principio (1).

Quamvis non extra ordinem exactionem fieri, &c.] Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 2.

Tamen quae solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, revocare incivile est.] Nisi id propria auctorita-

te

te, & absque apparitore factum sit. *L.* 12. *in fin.* *L.* 13. *h. t.* Sande, *Decis.* I. 12. *def.* 2.

(1) Qui *inciviliter* interpretatur, *non convenienter Juri & ordini civitatis.* Vid. & de hac voce Noordkerk. *Obs.* *p.* 86. In verbis *apparitione Praesidis interveniente*, *apparitionem* dici pro *apparitoribus*, uti *ministerium* pro *ministris*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

TITULUS III.

DE DOLO MALO. (1).

(1) Leges hujus tituli exposuit Cujacius, *Oper. Tom.* I. *p.* 993. *seqq.* — Auctor hujus Edicti C. Aquilius Gallus. Noodt. *ad h. t.* & Heinecc. *in Edict. Perpet. restit. Opusc. Postum. Tom.* II. *p.* 406. Quod tamen dubitatione non carere, dicit Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 460. Progressum juris hac in re exponit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. — *Dolus* unde dicatur, vid. apud Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 1. A *deludendo* Isidor. *Origin.* V. 26. Ab eo quod Legi *dolet* Petronius, apud Isidor. *d. loc.* & *in Fragmentis*, *p.* 688. edit. Burman. 1709. add. Nerium, *Analector.* II. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 438. *seq.*

L. I. (1).

(1) In *pr. adversus varios.* Id est, *astutos.* Dompierre, *supra cit. Specim. de Restitutionib. in integrum*, *p.* 185. Vid. de hac voce quoque Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 5. *num.* 4.

§. 2.

Dolum malum Servius quidem ita definit, &c.] Facit *L.* 7. §. 9. *de pactis.* Similiter Aquilius apud Ciceron. *de*

de Offic. III. 14. *in fin. Cum esset aliud simulatum, aliud actum.* & *in Topic. Cap.* 9. *Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur.* Rittersh. *Sacr. Lect.* VI. 3. Definitio haec Servii bona est. Huber. *Eun. Rom. h.* Probat illam & Freher. *Parerg.* II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 914.] Bus. *Subtil.* I. 19. Perrenon. *Animadv.* I. 21. [in eod. Thes. *ibid. p.* 618.]

Machinationem quamdam alterius decipiendi caussa,] D. Goth. *in not.* „ Haec verba interpungit Hotoman. *Obs.* I. 20. & IV. 4." probante Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1009. Dissentit Cujac. *h.*

Sicuti faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserviant (1), &c.] Cicer. *de Offic.* I. 30. *Itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum, quod velint, consequantur.*

Calliditatem] Unde dicatur, Cicer. *de Natur. Deor.* III. 10. *Callidos autem appello, quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluit.*

Ad circumveniendum, fallendum, decipiendum] Cicer. *in Pison. Cap.* 1. conjungit *decepit, fefellit, induxit.*

Labeonis definitio vera est (2).] Add. Huber. *Digression.* III. 25. (3).

(1) Hanc vocem varie emendant Interpp. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 2. legit *deserunt.* Jo. *Cannegiet. ad Collat. LL. Mos. & Rom. p.* 193. *Ti serviant*, id est, *tempori serviant.* Alii etiam aliter. Sed *deserviunt* retinet Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 1. Quod tamen non placere videtur Waechtlero, *in Opusc. a Trotz. edit. p.* 458. Sed lectionem hanc pluribus probarunt Puttman. *Meletem. Jur. Civ. Cap.* 7. §. 4. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 182. *seq.* & J. B. Koehler. *Interpr. & Emendat.* I. 12. §. 13. *p.* 123. *seqq.* Tò *dissimulationem* complures Codices scripti convertunt in *simulationem.* Perperam. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Nec tamen ideo Ulpianus reliquas improbat. Noodt. *d.*

d. loc. Cap. 2. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. & *ad Paul. Sent.* I. 8. *not.* 1.

(3) Qui Labeonis definitionem ab ineptae verborum idem sonantium repetitionis crimine liberavit. add. Idem, *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 2. Vid. & de Variis his *doli* definitionibus Otton. *in Vit. Serv. Sulpic. Cap.* 6. §. 2. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1587. *seq.* & Dompierre, *d. Specim. p.* 137. *seqq.*

§. 3.

Quoniam Veteres dolum *etiam* bonum *dicebant*,] Festus, voc. *doli*. *Doli vocabulo nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebantur: unde adhuc dicimus sine dolo malo; nimirum, quia solebat dici & bonus* (1). Rittersh. *Sacr. Lect.* VI. 3. Donat. *ad Terent. Eunuch.* III. 3. 9. Ita *malitia* (2) bono sensu apud Ciceron. *ad Attic.* XV. 26. *Ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod paene fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem.*

(1) Add. Noodt. *loc. modo cit. Cap.* 1. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. Plura vid. apud Otton. *Diss. de dolo bono*, quae est X^ma inter *ejus Diss. Jur. Publ. & Priv.* Sic etiam Graecum δόλος aliquando bono sensu usurpari, notat de Rhoer. *Fer. Daventr. p.* 12. add. Muret. *Var. Lection.* XVIII. 4. *Oper. Tom.* II. *p.* 445. *seq.*

(2) Similiter verbo *fraudis* Veteres promiscue usos esse, docet de Retes. *Opusc.* VIII. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 394. Ad verba *maxime, si adversus hostem* &c. vid. Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 620. add. Vinn. *de Pactis, Cap.* 3. — In *seq.* §. 4. verba *etiam si interdictum sit* Graecos vertere ἡ νομικὴ παραγγελία, & pro ἡ περιγραφὴ ibi omnino legendum ἡ παραγραφὴ, *vel exceptio*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *seq.* §. 5. pro *non debere laborare* alii habent *non debere laborari*, vel *non debere me laborare*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui

qui recte Florentinam tuetur, cum pronomen saepe subaudiendum relinquatur. Conf. notata superius ad *L.* 35. *de pact. not.* 1.

§. 6.

Nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, ut tempus exiret.] Et tunc haec ipsa (1) dabitur, ut contra Fabrum bene Bachovius, *Adv. Fab. Dec.* 93. *error.* 9. — D. Goth. *in not.* „ Quemadmodum in *L.* 15. *L.* 23. *in fin. ex quib. cauff. maj. L.* 24. *quae in fraud. credit.* quae tamen huic quodammodo contrariae sunt." Sed hic videtur effectum, ne vellet agere, illic voluit, sed impeditus est.

(1) Nempe *actio doli.* add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. & Dompierre, *d. loc. p.* 153.

L. V.

Tutore auctore concludente &c.] Lege *conludente* (1).

(1) Est vitium typographicum; *conludente* etiam in aliis editt. Gothofredi reperitur. Agunt de hac Lege Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1027. *seq.* & Dompierre, *loc. cit. p.* 149. *seq.*

L. VI.

Nam is nullam videtur actionem habere, &c.] Procop. *de Bell. Persic.* II. *p.* 57.

L. VII.

Quasi res alio modo &c.] Grotius, *in Flor. Sparf. h.* pro *quasi* legit *sique*: quod mihi non placet (1).

Dandam in manumissum de dolo actionem.] Facit §. 8. *h. l.* & *L.* 11. *pr. de minorib.*

Aut nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est;] Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 28. *Thes.* 2. *lit. f. p.* 1064. Delet illa Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 14. (2). Sed hic notandum, emtorem

rem non videri fuisse in dolo, sed servum. Facit *L.* 10. §. 2. *de fideic. libertat.* & absurdum foret, deceptum non posse agere. Tricatur Bachov. *de Actionib. Disp.* VI. *Thes.* 17. — Quo casu etiam non est opus actione doli. Sic Huber. *Eun. Rom. h.* — Verbum *aut* ab antiquo Librario insertum Codici Florentino (3).

(1) Verbum *excipit*, quod praecedit, Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. non male accipit pro *intelligit*, *interpretatur*; adeoque si emendatione opus foret, potius legerem *quaSI*; id est, *quasi si* &c. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. p.* 32. Ceterum actionem doli regulariter non dari, si res ei, ad quem pertinet, alio modo salva esse possit, docet Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. & 10. & latius Dompierre, *d. loc. p.* 147. *seqq.* add. Petrum van Bleiswyk, *Diss. de Actione doli non concedenda, si alia actio detur.* Lugd. Batav. 1746.

(2) Et *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 14. probante Schultingio, *in Enarr. h. t.* §. 8. Habet tamen ea Cod. Flor. & servant quoque Basilic. *Tom.* I. *p.* 599. *ἢ ἄκυρός ἐστιν ἡ πρᾶσις, ἐὰν εἰς αὐτὸ τὸ πωλῆσαι γέγονεν ὁ δόλος.* Hinc alii varia excogitarunt, ut res alio modo salva sit. Vid. Jo. Wolbers. *Obs. Cap.* 5. adj. *Toullieu, Collectan.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 8. *p.* 45. *seqq.* Jo. Cannegiet. *loc. modo cit.* Van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc. tit.* §. 4. Wilh. Cuiper. *Disp. ad L.* 7. *D. de dol. mal. Cap.* 1. Lugd. Batav. 1708. legit: *aut nulla esse venditio, nempe si in hoc* &c. putans, scriptum fuisse *venditio n.*, id est, *venditio, nempe*, sed Librarios inde fecisse *venditionem*, & pro *nulla nullam* reposuisse; aut literas *pe* Librariorum negligentia, aliave qua ratione, esse omissas. Aliter Ger. Schepers, *Diss. ad L.* 7. *pr. D. de dol. mal. Cap. ult.* Lugd. Batav. 1740. qui pro *aut nullam esse venditionem* &c legit *nullave esse venditio, si* pro *etsi*, &c. Ceterum de doli divisione in *incidentem*, & *caussam dantem contractui*, bona illa sit, an minus, pluribus disserere, non est hujus loci. Pro negante sententia imprimis videndus Noodt. *d. Tractatu de Forma emend. dol. mal.* Quem praeter Schultingium, *loc. modo cit.*

etiam

etiam sequitur Dompierre, *d. loc. p.* 166. *seqq.* & contra Leyserum defendit Schroder. *Obs.* II. 14. *p.* 191. *seqq.* Pro ajente vero opinione vid. Vinnium, *Sel. Quaest.* I. 12. & quos plures citat Dompierre, *d. loc.* add. J. J. Perduyn, *Diss. de Effectibus, remediisque metus, & doli in contractibus*, §. 22. *seqq.* Lugd. Batav. 1781. & Gluck. *Ausfuhrl. Erlaut. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Pactis, p.* 114. *seqq.*

(3) Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 22. pro *aut* legit *haud*, vel *haut.*

§. 3.

Et, dum tradit, imposuit ei servitutem,] Πρὸ τῆς παραδόσεως, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 600.] (1).

Quoniam, si cavit, dubium est, &c.] Qua ratione? Quia praecesserat forte dolus, & stipulatio de futuro videbatur agere (2).

(1) Pothier. *in not. ad h. l. dum tradit*, id est, *donec tradat, antequam tradat.* add. notata inferius ad *L.* 18. §. 1. *de minor.*

(2) Conf. Pothier. *d. loc.*

§. 4.

Si servum usurarium (1) *proprietarius occidit:* &c.] D. Goth. *in not.* „ Vid. *L.* 12. *ad L. Aquil. L.* 27. *de pignor.*" Add. *L.* 18. §. 2. *h. t.*

Legis Aquiliae actione (2), *& ad exhibendum* accidit,] Al. *accedit:* in ed. 1549. *subjacebit.* add. Val. Guil. Forster. *Obs.* I. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 913.] pro lectione Florentina (3).

(1) Legendum *usuarium*, ut Florentiae est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Graecos hic periphrasi uti, notat Brencm. *d. loc.*

(3) Pothier. *in not. ad h. l. accidit* interpretatur *obnoxius fit.* Sed Brencm. *d. loc.* omnino legendum censet *accedit*, tralatitia τῶν *i* & *e* permutatione. add. notata ad *L.* 245. *de V. S.*

§. 5.

De dolo autem actio (1), *quocunque tempore eum occiderit, cessat:*] D. Goth. *in not.* „ Imo alterutra competit. *L.* 5. *in fin. quib. mod. usufr. amitt.*" add. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1035.

(1) Vocem *actio* merito suspectam esse Taurellio, licet supplementum non adeo recens sit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 6.

Si quadrupes tua, &c.] Vid. Cujac. *h.* (1).

(1) Et Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad *seq.* §. 7. commentatus est Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 222. *seqq.* D. Gothofredum, *in not.* versum *squallidus in magna* &c. male Propertio tribuere, cum sit Juvenalis, *Sat.* XI. *vs.* 79. & quae de *compeditis* habet, eadem etiam reperiri apud T. Popma, *de Oper. Serv.* notat D'Arnaud. *Diss. de Jure Servor. Cap.* 9. *p.* 43. *seq.* Nonnulla de servis compeditis collegit quoque Brisson. *Sel. Antiq.* II. 9. ubi etiam alii auctores laudantur a Trekell.

§. 8.

Servus pactionis pro libertate reum domino dedit &c.] Ipse si promisisset, teneretur *actione in factum. L.* 3. *Cod. an serv. pro suo facto* &c.

Quoniam exceptione patronus &c.] Facit *L.* 91. *de solution.*

Atquin patronus tunc summovetur &c.] Vid. Cujac. *h.* (1).

(1) Paraphrasin hujus §. dat Dompierre, *d. loc. p.* 150. *seq.* Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 9.

Si dolo malo procurator &c.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.*

Pand. p. 1036. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 9. *num.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1125.]

Alioquin de dolo actio erit danda: scilicet si cum procuratore agi non possit, &c.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 1. *Def.* 23.

§. 10.

Idem Pomponius refert, Caecidianum Praetorem non dedisse de dolo actionem adversus eum, qui adfirmaverat, idoneum esse eum, cui mutua pecunia dabatur: &c.] Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 18. *Def.* 24. Respons. JCtor. Batav. *Part.* I. *Cons.* 277.

Caecidianum] Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 187. *seq.*

L. VIII.

De dolo judicium dandum est.] An non *mandati*, §. 5. *Inst. de mandat.* Sed non *mandavit*, sed idoneum adseruit tantum.

L. IX. (1).

(1) De *princ.* hujus Legis vid. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 9. *circa fin.* — In *seq.* §. 2. *diceretur* poni pro *ageretur*, quod & alibi fit, notat Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. *not.* 23.

§. 3.

Labeo trigesimo septimo Posteriorum scribit (1): &c.] Defendit contra Autumnum Huber. *Eun. Rom. h.*

Nondum impleta conditione depositionis:] Adeoque non existente loco *actioni sequestrariae* (2).

(1) Vulg. haec jungit antecedentibus. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Conf. Perrenon. *Animadv.* I. 14. *circa fin.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 610. Vid. & de hoc §. de Retes.

Opusc. Lib. II. *Sect.* I. *Cap.* 12. §. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 116. *seq.* & Dompierre, *d. loc. p.* 151. *seq.* Pro *donec inter eos dijudicetur*, Flor. est *deiudicetur*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang., & conf. Brisson. *Parerg.* §. 33. in Operib. minor. *p.* 395.

§. 4.

Et si servum pigneratum noxae mihi dederis per Judicem, & ita absolutus, de dolo *teneris*,] D. Goth. *in not.* „ Immo *judicati. L.* 69. *de solution.* " Sed illa hic cessat, cum sit absolutus. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1043. quem vide (1).

Si apparuerit esse eum *pignori datum*:] D. Goth. *in not.* „ *Scisse eum.* Cujac." Improbante (2) Bachovio, *d. loc. p.* 1044.

Haec de dolo actio noxalis erit:] Ante *haec* ponendum (,) *Erit*, id est, esse poterit (3).

(1) Egit de hoc §. quoque Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 137. *seqq.* qui legit: *per Judicem etsi absolutus.* Alii etiam aliter. Vid. *ibid.* & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Sed probante Schultingio, *in Enarr. h. t.* §. 10. *p.* 442. & Pothier. *in not. ad h. l.* Pro *pignori* Flor. est *pigneri*, ut modo *pigneratum*, & sic passim ibi exaratum est. Vid. Brencm. *d. loc. Pigneri* occurrit etiam apud Plaut: *Captiv.* III. 4. 122. *reliquit pigneri putamina.*

(3) De Labeonis *Libris Praetoris Peregrini*, quorum in seqq. verbis mentio fit, vid. Conrad. *de Praetor. Peregrin.* §. 10. in *Parerg. p.* 20. *seq.* Pro *et nunc in peculio dandam* Hal. & Vulg. *de peculio.* Cujac. *in peculium.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte Florentinam tuetur. Conf. notata superius, *p.* 3. *in fin. & seq.*

L. X.

Id est, usque ad duos aureos.] *Furti actio* facilius datur,

tur, quia est ordinaria. Cujac. *ad fin. Legis praeced.* & putat, Paulum scripsisse *duo millia sestertiorum* (1): male. Huber. *Eun. Rom. h.* add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 20. (2).

(1) Sic etiam Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 19. *seq.* Nec dissentit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 12.
(2) Vid. & Wybon. *in Tribonian. defens. Cap.* 1. *p.* 242. Dompierre, *d. loc. p.* 164. *seq.* Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 527. *in not.*

L. XI.

§. 1.

Quibusdam personis non dabitur:] Nec hodie videtur danda. Huber. *Eun. Rom. h.*

Sed nec humili &c. debent *dari:*] Al. *debet* (1).

In horum persona dicendum est, in factum verbis temperandam (2) *actionem dandam, ut bonae fidei mentio fiat.*] Et notetur non tam persona, quam factum. Cujacius, sub nomine Mercatoris, III. 2. & non infamat. Idem, *ad Lib.* III. *Paul. Quaest. in expl. L.* 8. *de cond. ob turp. causs.* (3).

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) De hac locutione vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 4. In edit. Geb. & Spang. scriptum *temperandum*, sine ulla alia nota, nisi quod Hal. inserat *de dolo*. Sed Taurellius edidit, ut hic, *temperandam*.
(3) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 10. *in fin.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11.

L. XIII.

Item adversus heredes &c.] Patronorum &c. Scil. de dolo heredum ipsorum. Cujac. *h.* (1).

(1) Add. Schulting. *d.* §. 11. *circa fin.* Adversus Pratejum, qui quod in hujus Legis *princ.* traditur, male repetitum censet in *seq. L.* 17. §. 1. disputat G. Pauw. *Diss.*

Diss. ad Var. Jur. Civ. Capp. Cap. 1. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 114.

§. 1.

Maxime si locupletior ex hoc factus est.] Vid. *L.* 1. §. 15. *deposit.* Junge *L.* 15. *h. t.* & vid. Noodt. *ad tit. Pand. quando ex fact. tutor.* (1).

(1) Verba, quae in Lege praecedunt, *nisi forte nomine hereditario conveniatur*, Graecos simpliciter vertere, *nisi conveniatur ut heres*, ὡς κληρονόμος; & verba *si proximus pubertati est*, ὅτε πληρώσει τὰ ιγ. ἔτη, id est, *quum* XIII. *annos impleverit*, notat Leunclav. *Notator.* I. 18. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1507. Conf. Noodt. *ad tit. Pand. de statu homin.* vs. *Porro ut sexus* &c. Alii *pubertati proximum* aliter definiunt. Vid. Jac. Gothofred. *in Comm. ad L.* 111. *pr. de reg. Jur.* & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *tit. de his qui sui vel al. Jur. sunt*, *p.* 186. *seqq.* — Ad *seq. L.* 14. vid. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

L. XV.

ULPIANUS *Lib.* XI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 13. *h. t.* (1).

(1) Et vid. Noodt. *ad tit. quando ex fact. tut.* vs. *Potest igitur* &c.

§. 1.

De dolo autem Decurionum in ipsos Decuriones dabitur de dolo actio (1).] Adde & de *contumacia*, Mev. *Decision. Part.* III. *Dec.* 374.

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11. & vid. de hoc §. Dompierre, *d. loc. p.* 185. *seq.* & Pothier. *in not. ad h. l.* — Actionem doli, non ut actionem quod metus caussa, esse *in rem scriptam*, ex *seq.* §. 3. probat Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1019. & Dompierre, *d. loc. p.* 179. *seq.* frustra dissentiente Corasio, *Miscel-*

cellan. Jur. Civ. I. 22. add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. seq. L.* 16. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 523. *in not.*

L. XVI.

Scire enim debet actor &c.] Sic *L.* 7. *pr. de injur.* (1).

(1) De *seq. L.* 17. §. 1. vid. notata ad *praec. L.* 13. *pr.* Pro *quo ad eos pervenit*, ut Flor. scriptum, Hal. & vulg. omnes exhibent *quod ad eos* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui *quo* accipit pro *quatenus. Quo* pro *quod* in Pand. Flor. plus sexcenties exaratum esse, notat Salmas. *ad Tertullian. Pallium, p.* 196. Vid. & Auctor. *Obs. Jur. Civ. p.* 92. & H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 14. *p.* 92.

L. XVIII.

Quanti ea res est.] Εἰς τὸ διαφέρον, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 604.] minus bene (1). — Hinc non sequitur, non jurari hic in litem, ut contra Fabrum, *Conject.* XVI. 18. & *de Errorib. Pragm. Dec.* 92. *error.* 4. docet Bachov. *de Actionib. Disp.* VII. *Thes.* 15.

Ideo autem & hic, & in metus caussa actione, certa quantitas non adjicitur; ut possit &c.] Haec omnia Triboniano, adscribit Faber, *Conject. d. loc.* & *de Errorib. Pragm. Dec.* 18. *error.* 6. quem refutat Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 92. *error.* 4. & *de Action. Disp.* VII. *Thes.* 10. & 15. (2).

Quantitas] Summa.

Quanti actor in litem juraverit:] *L.* 64. *de judic.*

(1) Add. de hac Lege Cujac. *h.* & *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

(2) Add. Dompierre, *d. loc. p.* 181. *seq.* & *p.* 188. *seq.*

§. 2.

Quoniam aliae ex hoc oriuntur actiones.] *L.* 7. §. 4. *h. t.* (1).

 (1)

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. *p.* 442. & Noodt. *de Usufruct.* II. 11. vs. *Ceterum ut amittitur* &c.

§. 3.

Id quod amplius mercis datum est, repeti condictione *potest:*] Non *ex vendito*. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1038. ubi respondet ad *L.* 3. §. 3. *si mens. fals. mod. dix.* (1).

Nisi ea conditione merx venit,] Pro *veniit* (2).

(1) Aliter rem explicat Noodt. *de Form. emend. dol. mal. Cap.* 13. *circa fin.*

(2) Sic. Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 3. *de his, qui not. infam. not.* 2.

§. 4.

Ne aliter observantibus Lex *circumscribatur.*] Quae actioni dat finem. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 5. (1).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* & vid. de hoc §. quoque Dompierre, *d. loc. p.* 159. Minus recte Cujacium, *Obs.* XVII. 28. ex hac Lege colligere, etiam caussis civilibus judicandis olim certum tempus fuisse praefinitum, notat Bynkersh. *Obs.* VII. 23.

L. XIX.

PAPINIANUS *Lib.* XXXVII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 54. *ad L. Aquil.* Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) Aliter Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. ubi putat, Papinianum hic tantum referre sententiam Neratii & Juliani, non probare; & sic quoque Wissenbach. *ad L.* 2. *Cod. h. t.* Val. Guil. Forster. *de Juris interpretat.* I. 5. §. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 983. Pothier. *in not. ad h. l.* Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 15. Quod ta-

tamen non placet Charond. *ad tit. de Verb. Oblig.* in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 827. Altamiran. *ad Libb. Scaev. Quaest. Tract.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 427. Dompierre, *d. loc. p.* 160. *seq.* De locutione *per consequentias* vid. Cujac. *loc. a Schult. cit.* add. notata superius ad *L.* 14. *de Legib.* Hal. & Vulg. *per consequentiam.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XX.

Servus tuus, cum tibi deberet,] φυσικῶς addunt Basilic. (1).

(1) Vulg. inserit *decem.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Si persuaseris mihi, nullam societatem tibi fuisse cum eo, cui heres sum: & ob id judicio absolvi te passus sim, dandam mihi de dolo actionem, Julianus scribit.] *L.* 7. §. 9. *L.* 9. §. 4. *h. t.* Obstat. *L.* 25. *h. t.* quae est ex eodem auctore, & Libro, ut & *L.* 18. §. 3. *h. t.* ut ἀντινομία esse non possit. add. Suerin. *Repet. Lect. Cap.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 30.] (1). Locus difficilis. Vid. Hilleger. *ad Donell. Lib.* XV. *Cap.* 40. *bb.* Herald. *de Rer. judic. auctorit.* I. 9. *num.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1126.] ait, hoc esse, quia haec confessio impugnat plane judicatum, non illa *d. L.* 25. *h. t.* Wissenbach. *ad L.* 2. *Cod. h. t.* respondet, Paulum hic Juliani sententiam retulisse, non probasse. Aliter Voet. *ad h. t. Pand. num.* 19. quem non probo. Cujacius, *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* ait, hic liberatur, ut qui non debuit; illic, uti apocha non liberat, nisi facta solutione, sic nec ibi debitorem per sententiam sine ea liberari. add. Idem, *Obs.* XXII. 15.

(1) Conciliavit has Leges Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. & praeter citatos de hac pugna quoque egere Nerius, *Analector.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 346. *seq.*

seq. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 519. *seq. in not.*

L. XXI.

Pomponius autem per jusjurandum transactum videri.] Ratio bona, & non recte quidam haec taxant. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

Quam sententiam & Marcellus Lib. VIII. *Digestorum probat:*] Labeonem ideo improbari vult Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 19. *error.* 5. *num.* 9. quia probationem perjurii alio etiam modo, quam per instrumenta admisit: male.

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* ubi & de poena perjurii egit, cujus mentio fit in *seq. Lege:* de qua poena pluribus disputat Reinold. *Varior. Cap.* 15.

L. XXIII.

Datur de dolo actio.] Sed an non competit *condictio indebiti*, ut *L.* 18. §. 3. *h. t.* Bachovius, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1044. negat, haec posse extricari (1).

(1) Sed vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Pothier. *in not ad h. l.* Dompierre, *d. loc. p.* 161. *seq.*

L. XXIV.

Puto statim de dolo dandam in eum actionem:] Ut non inquiratur, an absens restituendus sit. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1045. (1).

Quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet.] Nec habet locum *L.* 3. §. 1. *de eo, per quem fact. er. quo min. quis in jud. sist.*

(1) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 22. *num.* 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 200. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 13.

L. XXV.

L. XXV.

Placuit de dolo actionem non dari:] Obstat *L.* 7. §. 9. *L.* 9. §. 4. & *L.* 20. §. 1. *h. t.* ad quam vide.

Et si objiciatur exceptio rei judicatae, replicatione jure uti potero.] *Replicatione doli*, quae non est famosa. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* I. 9. *num.* 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1126.] (1).

(1) De voce *Proconsul* in *seq. L.* 26. vid. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1446. *seq.* — In fin. *seq. L.* 28. verb. *in ipso, qui dolo commiserit*, Hal. pro *in ipso* habet *in ipsum.* Sed vid. notata superius, *p.* 3. *in fin. & seq.* & pro *qui dolo commiserit*, edidit *qui dolum commisit.* Sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, qui *dolo commiserit* idem valere, ac *qui quid dolo commiserit.* Posset etiam τὸ *quid* repeti ex voce *qui*, & prima litera sequentis vocis *dolo*, observante *ibid.* Gebauero.

L. XXIX.

Sabinus putat, calculi ratione potius, quam maleficii &c.] *L.* 6. §. *ult. de his qui not. infam.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 27. *h. t.* & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11. *in fin.* — De *seq. L.* 31. egit Dompierre, *d. loc. p.* 162. *seq.* qui fatetur, se rationem decisionis ejus Legis ignorare. Ceterum rerum immobilium possessionem, quam alii nobis tenent, nos non amittere, licet deserendae possessionis animo de illa discedant, praeter Proculum in hac Lege, docet quoque Papinianus in *L.* 44. §. 2. *de adq. vel amitt. poss.* & Paulus in *L.* 3. §. 8. *eod.* Veteres tamen JCtos hac in re dissensisse, notat Ang. Jac. Cuperus, *Obs. Select. de Natura possessionis*, *p.* 66. *not.* 39.

L. XXXII.

Posse de dolo actionem in eum exercere.] Al. *exerceri* (1).

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hac Lege Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1046. & Dompierre, *d. loc. p.* 163.

L. XXXIII.

Cum sua indemnitate] Ἐπὶ τῷ ἀζημίῳ. Basilic. [*Tom.* I. *p.* 607.]

L. XXXIV.

IDEM *Lib.* XLII. *ad Sabinum*] Junge *L.* 6. *de donation.*

Si cum mihi permisisses &c. (1).] *Nudo pacto*, ut proin & in rem, & in personam actio cesset. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1047. *Precario*, ut Freher. *Parerg.* II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 914.]

Et non patiaris me tollere,] *Eximere & tollere* scil. cum ego tantum impensas fecerim. Sic non obstat *L.* 16. *de praescript. verb.* Vid. Cujaç. *h.*

(1) Pro *eicere*, ut Flor. scriptum, Hal. habet *ejicere*. Sed vid. notata superius ad *L.* 1. *de Senator.* Praeterea in Cod. Flor. *harenam* pro *arenam* exaratum. Vid. Brisson. *Parerg.* §. 42. in Oper. minor. *p.* 396.

L. XXXV.

IDEM *Lib.* XXX. *ad Edictum.*] Agens *de deposito* (1).

(1) Intelligenda Lex de casu, quo heres hereditatem nondum adierat, ne obstet *L.* 42. *ad L. Aquil.* Vid. Suarez. *Comm. ad L. Aquil.* II. 4. §. 9. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 132. *seq.* Dompierre, *d. loc. p.* 158. Pothier. *in not. ad h. l.* Ceterum pro *delevit* Hal. edidit *deleverit*, haud dubie, quoniam sequitur *corruperit*. Sed vid. notata superius ad *L.* 14. *de offic. Praesid. not.* 5.

L. XXXVI.

Si duo dolo malo fecerint, &c.] Heredes Titii ipsi in ca-

casu, quo Titius erat exheredatus, tale quid egerint circa Tabulas (de quo *L. praec.*) & effecerint, ne possit de inofficioso agere, ut *L.* 9. §. 2. *h. t.* Cujac. *h.*

L. XXXVII.

ULPIANUS *Lib.* XLIV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 32. *de contrah. emt. L.* 9. *de Ædilit. Edict.*

Sed de dolo actio.] An non *ex emto.* Conf. *L.* 1. §. 1. *in fin. de Ædil. Edict.* Vid. Noodt. *ad tit. Pand. de Ædil. Edict.* vs. *Non faciam rem ingratam* &c. ubi *de dolo* accipit pro *propter dolum* (1).

(1) De verbo *est*, in verbis *quasi neque dictum, neque promissum est*, vid. Brencm. & Gebauer. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Forte *est* retineri possit, cum etiam alibi post τὸ *quasi* Indicativus sequatur. Vid. v. gr. *L.* 11. §. 1. *ad L. Aquil.* Alioquin pro *est* legendum videtur *esset*, geminatis literis *es*, vel etiam ex *eSet*, ut forte scriptum erat, a Librariis *est* factum. — Ad *L. ult. h. t.* commentatus est Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 331. *seqq.* Manifestum ex illa Lege esse, actionem doli cessare, si locum habeat doli exceptio, docet quoque Dompierre, *d. loc. p.* 191. frustra dissentientibus Glossatoribus. add. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 520. *seq.* Disputavit etiam de hac Lege P. F. Besier. *Diss. supra laud. de Furio Anthiano JCto, ejusq. quae in Pand. exst. Fragm. Cap.* 2. Lugd. Batav. 1803.

TITULUS IV.

DE MINORIBUS VIGINTI QUINQUE ANNIS.

De minoribus circumventis videtur olim *publicum* datum judicium, etsi rei privatae, ex Lege Laetoria. Cicer. *de Natur. Deor.* III. 30. (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *in Enarr.* *h. t.* §. 1. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *sect.* 1. §. 26. & quos plures ad eum locum laudat Stockman. Leges hujus tituli exposuit Cujacius, *Oper. Tom.* I. *p.* 1007. *seqq.*

L. I. (1).

(1) De inscriptione Legis vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat JCti nomen Flor. erasum esse, exiles tamen superesse reliquias, unde conjicere licere, Ulpiani nomen ibi exstitisse. De verbis *naturalem aequitatem secutus* vid. Noodt. ad *h. t. pr.* & *de Pact. & transact. Cap.* 1. *in fin.* Pro *aetatium*, ut Flor. scriptum, Hal. habet *aetatum*: Vulg. *aetatis*. Sed Florentina aeque recta. Vid. Burman. *ad Vellej. Patercul.* II. 89. 1. & Drakenborch. *ad Liv.* I. 43. 5. & IV. 33. 4.

§. 1.

GESTUM ESSE DICETUR,] *L.* 7. *pr. h. t.*

UTI QUAEQUE (1) RES ERIT, ANIMADVERTAM.] *L.* 15. §. 25. *de injur.* Non, *judicium dabo.* Vid. Vinnium, *Sel. Quaest.* I. 10. *L.* 24. §. *ult. h. t.* Hinc *cognitio Praetoria. d. L.* 24. & *L.* 13. §. 1. *h. t. L.* 39. *pr. de eviction.* (2).

(1) Al. *utique quae ea res* &c. Sed non recte, ut jam notavit Duarenus, *Oper. Tom.* I. *p.* 95.

(2) Vid. de his verbis Edicti Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XXI. 6. add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Tempus est* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10.

§. 2.

Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat.] Unde dicitur haec aetas *carere in integrum restitutione. L.* 50. §. 5. *de Legat.* 3^io^.

§. 3.

Nec ante rei suae administratio eis committi debebit, &c.] *L. ult. de cond. & demonstr.* Sic & Dio Cass. *Histor. Lib.* LII. *p.* 477. ubi Maecenatem inducit id dicentem,

tem, magno errore, cum certo certius sit, tempore Augusti hoc jus in usu non fuisse. Immo ne quidem ultro a Praetore minori datus videtur curator tempore Ulpiani, nisi nuper pubes factus nondum tuendis suis negotiis sufficeret, ut dicit ipse *in Fragm. tit.* 12. §. 4. (1).

(1) Ad quem locum Schultingius, *not.* 11. secutus Crusium, *Diss. ad Constit. D. Marci de curator. minor.* in Jurispr. antiq. D. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 575. *seqq.* cum ex aliis locis, tum maxime ex hoc §. 3. probare annititur, minores etiam invitos accipere curatores. Quae etiam est sententia Noodtii, *ad h. t.* vs. *Ait igitur Praetor* &c. & *ad tit. de tutorib. & curat. dat.* §. *ult.* & *ad tit. qui pet. tut. vel cur.* vs. *Satis de tutoribus* &c. & Schroderi, *Obs. Jur. Civ. p.* 29. *seq.* Vid. & Wilh. Arn. Kien van Citters, *Diss. ad Julii Capitolini M. Antonin. Philosoph. Cap.* X. Lugd. Batav. 1776. Rectius tamen, ut videtur, alii hunc §. 3. accipiunt de minore, qui curatorem ultro sibi petiit, & accepit: quo facit sequens *L.* 2. in qua de tali minore agitur, & quae Lex cum praec. Lege connectitur voce *nec.* add. Vinn. *ad* §. 2. *Inst. de curator.* Huber. *Digress. Justin.* III. 15. *seqq.* Oisel. *ad Caj. Instit.* I. 8. *not.* 6. J. H. Hetzer. *ad L. Laetor.* §. 12. *in not.* in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 619. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Pactis, p.* 71. *seq.* qui etiam alios citat.

L. II.

Idem *Lib.* XIX. *ad Legem Juliam & Papiam.*] *Lib.* III. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. p.* 281. & 322. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] Nihil de numero Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 85 (1).

Quod enim Legibus cavetur, ut singuli anni &c.] Vid. Heinecc. *d. loc. p.* 202. *seq.* (2).

(1) Neque Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 7. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 450.

(2) Add. Dompierre, *d. Specim. de Restitutionib. in integrum, p.* 321. Pro *demittantur* Florentiae initio scriptum fuisse *demintantur*, sed pro *de* jam pridem

per

per repositum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. & Vulg. *remittantur.*

L. III.

Consulum] Nam & hi dedere Curatores. Cujac. *h.* Vid. omnino Jac. Gothofred. *Animadv. Cap.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 273.] Raevardus, *Varior.* I. 16. legit *Proconsulum:* male. Vid. Stek. *Vindicat. LL. anticrit. Cap.* 4. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 511. *seq.*] & Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 9. [in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 556. *seqq.*] (1).

(1) Add. Otton. *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 2. *p.* 64. & *Diss. de Consulibus, qui extra Romam,* §. 9. in *ej. Diss. Jur. Publ. & Priv. p.* 455. *seq.* & Wachendorff. *Diss. de Principe Legib. soluto, p.* 122. *seq.* ubi & egit de verbis seqq. *decreta quasi ambitiosa,* de quibus vid. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Sit ita* &c. Gronov. & Drakenb. *ad Liv.* XLV. 36. 8. H. J. Arntzen. *Obs. Syllog. Cap.* 3. in *Actis Societat. Trajectin. Tom.* I. *p.* 138. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 6. *p.* 52.

§. 1.

Mox factum, ut non *finito judicio,* &c.] Illud *non* non videtur agnitum a Basilic. [*Tom.* I. *p.* 614.]

Celsus igitur Respectu suasit (1): *non facile hunc quondam minorem* &c.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1067. Zoes. *ad h. t. num.* 24. Basilic. *Tom.* I. *p.* 455. — Quia laesus erat jam major. Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed apparet,* &c.

Sed, si ei probaretur &c.] *Sed si* pro *nisi,* Govean. *Var. Lect.* I. 12. Est anantapodoton, Noodt. *d. loc.*

Calliditate adversarii id actum,] Conf. *L.* 39. *h. t.*

Sed totum hoc structum,] *Sed totum obstructum* (Judicium). Noodt. *d. loc.* (2).

Idem tamen consitetur, si levior sit suspicio adversarii, &c.]

&c.] *L.* 18. §. 1. *de probation.* add. *L.* 6. *Cod. de dol. mal.*

(1) Alia exempla Praetorum, qui JCtos consuluerunt, cum de Jure cognoscerent, habet Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian, Cap.* 2. §. 1. *num.* 5. *p.* 33. *seq.*

(2) Ant. Govean. *loc. cit.* legit *sed toto hoc structum*, id est, toto judicio id actum, & cogitatum. Vulgatam lectionem retinet Lyclam. *Membr.* II. 4. Nihil quoque monet Pothier. *ad h. t. num.* 73.

§. 2.

Majorque factus exegerat aliquid a debitoribus paternis, &c.] Ex necessitate, ne quid periret. Sande, *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 87. Costal. *h.* Fab. *in Cod.* V. 39. *Def.* 1. & II. 30. *Def.* 1. Perez. *ad tit. Cod. si maj. fact. rat. hab. num.* 3. Struv. *h. Thes.* 52. late. Faciunt *Consil. JCtor. Batav.* 1. III. 1. Mev. *Decis. Part.* VIII. *Dec.* 179. Leonin. *Cons.* 84. *num.* 18. Merend. *Controv. Jur.* X. 19. (1).

Putavimus tamen restituendum in integrum,] Nec obstat *L.* 24. §. 2. *h. t.* ubi hereditatem repudiavit, & contra repudiationem restitui vult; adeoque ille de lucro captando, hic de damno vitando certat. Sande, *Decision.* I. 15. *Def.* 2. add. *L.* 7. §. 5. *h. t.* Stockmans. *Decis.* 112.

(1) Vid. & de hoc §. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed apparet* &c. & Dompierre, *d. loc. p.* 315. *seq.*

§. 3.

An etiam diem natalis sui adhuc dicimus, ante horam, qua natus est,] Recte Cujacius, *h. An etiam die natalis sui adhuc dicimus ante horam, qua* &c. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 15. *num.* 2. *An etiam in diem* &c. *An & horam* &c. Quorum neutrum placet (1).

Ut a momento in momentum (2) *tempus spectetur.*] Junge *L.* 6. *de usurp. & usuc.* (3).

(1) Nec placet Ruckero, *Diss. de Nat. & Civ. temp. comput. in Jure*, *Cap.* 4. §. 2. *p.* 52. *seq.* qui etiam Cujacium sequitur. Initio in Pand. Flor. scriptum fuisse *anetiadiem*, unde unius literae trajectione fieri *an etiam die*, attamem jam olim alteram *m* adjectam, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Natalis* an absolute dici possit, vid. Burman. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 53.

(2) Id est, ab hora ad horam. Vid. Ant. Govean. *Var. Lection.* I. 10. & Rucker. *d. Diss. Cap.* 1. §. 1.

(3) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur in* §. 3. &c. & Rucker. *d. Diss. p.* 71. *seq.* De seqq. verbis *proinde & si bissexto natus est*, &c. vid. notata ad *L.* 98. *de V. S.* add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. Noodt. *ad h. t.* vs. *Revertamur* &c. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 101. *seqq.*

§. 4.

Ego autem verissimam arbitror sententiam existimantium, &c.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1094. (1).

Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

Excepta mutui dilatione:] Lege *datione* (2).

In hanc (3) *enim, si jussu patris mutuam pecuniam accepit, non adjuvatur.*] *L.* 2. *Cod. de filiofam. minor.*

Si filius conveniatur, poterit restitui:] *L.* 2. *Cod. de filiofam. minor.* Struv. *h. Thes.* 60.

Ut puta si patris ejus bona a fisco propter debitum *occupata sunt:*] *Propter delictum* legit Balduin. *in Justinian. p.* 132. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1077.] male. Vid. Viglium, *ad pr. Inst. quib. non est perm. fac. test. num.* 23.

(1) Vid. & de Retes. *Miscellan.* I. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 43. *seqq.* & Dompierre, *d. loc. p.* 291. *seqq.* ubi late hunc §. explicuit.

(2) Sic Florentiae legitur, & in aliis quoque editt. Pand.

(3) Id est, adversus hanc mutui dationem. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 5.

§. 5.

Ergo etiam &c.] *Ego etiam* &c. legit Cujac. *h.*

Dum patri consentit stipulanti, dotem non statim, quam dedit, &c.] Lege *stipulanti dotem non statim quam dedit*, deletis interpunctionibus (1).

Puto restituendam?] Adversus patrem: quod abrogatum *L. ult. Cod. qui & adv. quos.* Sed vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1100. *seq.* (2).

(1) Hal. *non statim dotem stipulanti, quam dedit,* &c.
(2) An restitutio in integrum liberis & libertis concedatur adv. parentes & patronos, late disputat Dompierre, *d. loc. p.* 9. *seqq.*

§. 6.

Dico debere eum audiri &c.] *L.* 32. *de adoption.* (1).

In integrum se restituentem.] D. Goth. *in not.* „ Id est, *restitui petentem.* " Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1299.] (2).

(1) Non obstat *L.* 9. §. 4. *h. t.* ubi vide.
(2) Add. van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 3. G. O. Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 371. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. §. 6. *p.* 41. *seq.* Neque adeo opus cum Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 3. rescribere *se restITUentem*, id est, *se restitui tuentem.* De verbis *in diebus centum*, quae exstant in seq. §. 8., vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 22. §. 27. *not.* 74.

§. 9.

Pomponius adjicit, ex his caussis, &c.] Vid. Cujac. *ad L.* 6. *de in int. restit.* Hoc etiam ratione *peculii profectitii* cum DD. capit Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1108. *seq.* Dissentit Cujac. *d. loc.* (1).

Post obitum ejus,] Haec è Glossa esse, vult Ant. Fab. *Conject.* IV. 5. male. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 6.

Habent & Basilic. add. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 78. *error.* 2. *num.* 3. (2).

(1) Recte. Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) *Impetrare cognitionem* Ulpianum dixisse pro *impetrare restitutionem*, notat Noordkerk. *Obs. p.* 70. *in fin.* — De *seq. L.* 4. egit quoque Cujacius, *Tract.* VII. *ad African.*

L. V.

Si tamen is servus fuit &c.] Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1094.

L. VII. (1).

(1) In *pr. Qualiter qualiter.* Locutio Ulpiano Familiaris. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 322. *seq.* Pro *gestum sic accipimus* Galvan *de Usufruct. Cap.* 17. §. 9. legi mavult, *gestum hic accipimus.* Jungendam hanc Legem esse cum *L.* 19. *de V. S.* notat quoque Noodt. *ad h. t.* vs. *Hactenus ostendi* &c. Vid. & Schulting. *ad d. L.* 19. Ceterum, singulas caussas, in quibus restitutio minoris usu venire possit, diligenter recenset, & explicat Dompierre, *d. loc. p.* 226. *seqq.*

§. 2.

Sed hodie solet pecunia in aedem deponi:] *L.* 73. *de procurator.* (1).

(1) Egit de hoc §. de Retes. *Miscellan.* I. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 47. *seq.* Praecedit in Lege: *adhibere debet curatores.* Pro quo Hal. & Vulg. legunt *curatorem*, quoniam sequitur *ut ei solvatur pecunia.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui rectius *curatores* retinet, sed pro *ei solvatur* legit *eis solvatur*, geminata litera *s.*

§. 5.

Nam & hic acceptus *est.*] Id est, *deceptus.* Scip. Gentil. *Parerg.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1303.] (1).

Di-

Dicendum enim erit, si se miscuit, posse &c.] *L.* 1. §. *ult. de separation.*

Plane, qui post aditam hereditatem restituitur, debet praestare,] D. Goth. *in not.* „ Id est, *restituere* &c." Perez. *ad tit. Cod. si min. ab hered. se abstin. num.* 7.

Si quid ex hereditate in rem ejus pervenit, &c.] Vid. *L.* 3. §. 2. *h. t.* add. *L. unic. Cod. de reput. quae fiunt in jud. in int. rest.* (2).

(1) Dompierre, *d. loc. p.* 245. reponit *deceptus.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legit *hic ita acceptus*, aut *hicce captus.* Non videtur emendatione opus. Vid. Scip. Gentil. *loc. cit.*

(2) Quod in seq. §. 6. docetur, post multas variationes tandem receptum esse ut humanius & utilius, notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Interim in caussae cognitione* &c. in fin. — In *seq.* §. 7. pro *dum elegit deteriorem* legendum *deteriorem rem*, ultima syllaba geminata, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ejusdem §. postrema verba *& subveniendum est* aut supervacanea esse, aut mutilata, censet Pard. Pratej. *in Jurispr. med.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 558. *seq.* Videntur potius esse Ulpiani, Pomponii opinionem probantis.

§. 8.

Idem faciunt & in his rebus, quae servari eis debent.] *Non debent*, Ranchin. *Var. Lect.* II. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 944.] male (1). Nec distinguendum inter res, quae servari possunt: quales tamen Jure Pand. fere potuerunt alienari: & quae servari debent, v. gr. de quibus *L.* 35. *h. t.* Sed & contra. *L.* 5. §. 9. *de adm. & peric. tutor.* Basilic. haec quoque ita habent. [*Tom.* I. *p.* 618.]

Quod circumspecte erit faciendum.] Fab. *Cod.* II. 23. *Def.* 4. (2).

(1) Vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. *circa fin.*

(2) Sequitur: *& districte probandum est*, &c. In Pand. Flor. *destricte*: de qua voce vid. Pithoeum, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 354. *in fin.* &

 Hei-

Heinecc. *ad Briſſon. de V. S.* in voc. — Doctrinae ſequentis §. 9. non obſtare *L. ult.* §. *ult. Cod. de bon. quae liber.* quae intelligenda de caſu, quo pater nomine filii hereditatem adiit, vel repudiavit, docet Voet. *ad h. t.* §. 27. add. Dompierre, *d. loc. p.* 39. *ſeq.* & *p.* 247. *ſeq.* Vid. & de hoc §. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult. in fin.* Pro *reſtitutus autem, cum ſe hereditati* &c. Hal. habet *reſtitutus autem, ut ſe hereditati miſceat, vel ut eam adeat,* &c. Male. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 10.

Non per omnia verum eſt:] Regulariter tamen. *L.* 5. *Cod. de impub. & al. ſubſtit. L. ult. de ſucceſſ. edict.* add. Vinnium, *Sel. Quaeſt.* I. 14. (1). Reprehenſionem hanc taxat Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Reſponſ.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1073. (2).

Poſteaquam abſtentus eſt:] Diſplicet hoc Fabro: male. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Ubi ex hoc inprimis §. probat, minore in integrum reſtituto contra aditionem hereditatis a ſe factam, non convaleſcere ſubſtitutionem vulgarem. Minus recte diſſentiunt alii, in quibus etiam eſt Fineſtr. & de Monzalv. *de Vulg. & pupill. ſubſtit. Part.* II. *Cap.* 5. §. 4. *ſeqq.* Alios ab utraque parte auctores citat Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit.* §. 462. *not.* 52. *Tom.* VI. *p.* 13. *ſeq.*

(2) Vid. & de Retes. *Miſcellan.* I. 10. in Theſ. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 49. *ſeqq.* & Dompierre, *d. loc. p.* 248. *ſeq.* In ſeqq. verbis pro *quaſi non & heres maneat* Ant. Govean. *Var. Lect.* II. 13. legit *quaſi etiam heres maneat.* Sed vid. Leonin. *Emend.* V. 18. *num.* 2.

§. 12.

Conſtat autem omnis aetatis hominibus reſtaurationem eremodicii (1) *praeſtari,* &c.] Add. *L.* 7. *de in int. reſtit.*

(1) *Eremodicium* non eſſe *deſertum vadimonium,* ſed *deſer-*

sertionem litis, recte notat Ant. Govean. *Var. Lect.* I. 39. quamvis male neget, eremodicium etiam a reis contrahi posse, merito propterea, suppresso licet nomine, notatus a Cujac. *h.* Vid. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 321. *seq.* De verbo *afuisse* vid. notata superius ad *L.* 6. *de his qui sui vel al. Jur. sunt*, *not.* 1.

L. VIII.

Minor, etiam si quasi contumax &c.] Fachin. *Controv.* IX. 41. (1).

(1) Late hanc Legem explicuit Finestr. & de Monzalv. *loc. modo cit. p.* 239. *seqq.* add. Dompierre, *d. loc. p.* 283. *seq.*

L. IX.

Si ex caussa judicati pignora minoris capta sunt, & distracta: &c.] Matth. *de Auctionib.* I. 16. *num.* 25.

Et puto interdum permittendum,] *Majori* vero nullo modo id indulgendum. Stockmans. *Decis.* 94.

Id est, si grande damnum sit minoris.] Rem hic definit. Mercer. *Opinion.* I. 16. (1). [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1581.]

(1) Secundum quem *id est* hic ponitur pro *scilicet.* add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Summa est* &c. & vide plura de usu verborum *id est* apud citatos superius ad *L.* 7. §. 5. *de pact. not.* 5. — Patrimonium mulieris distinctum esse a bonis dotalibus & paraphernis, ex *seq.* §. 1. colligit Raevard. *de Auctorit. Prudent. Cap.* 4. Sed vid. Finestr. & de Monzalv. *de Jure dotium*, I. 80.

§. 2.

Ergo & si potuit pro fure *damnum decidere* &c.] Al. *pro furto.* Sed vid. D. Goth. *in not.* (1).

(1) De verbo *decidere* vid. Jo. Fred. Gronov. *Obs.* II. 6. *p.* 198.

p. 198. *seq.* edit. Platner. *Damnum injuria* Ulpianum paulo insolentius dixisse pro *injuria*, seu *contumelia*, notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Hactenus ostendi* &c. circa fin.

§. 3.

Nam & si adulterium minor commisit, &c.] D. Goth. *in not.* „ Atqui committere adulterium non potest. *L.* 37. §. 1. *h. t.*" Inepte (1).

(1) Add. de hoc §. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 6. §. 12. *not.* 38.

§. 4.

Cum statum *mutat.*] *Publicum*, ne obstet *L.* 3. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Add. Dompierre, *d. loc. p.* 255. In verbis praecedentibus pro *quoniam res nec capit restitutionem* M. Roever. *Diss. ad Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 151. legit *quoniam is nec capit* &c. D'Arnaud *Diss. de His qui pretii particip. causs. sese venumd. pat. Cap.* 10. *quoniam reus nec capit* &c.

§. 5.

Si in commissum (1) *incidisse vectigalis dicatur*, *erit in integrum restitutio.*] D. Goth. *in not.* „ Immo non est necessaria, cum ipso jure tutus sit. *L.* 7. *de Publican.*" Est de *pupillo* (2).

(1) *Commissum vectigalis* Basilic. vertunt *κλεπτοτελώνημα*, voce insolenti. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Sequitur in Lege: *si non dolus* ipsorum *interveniat*. Pluralis pro singulari. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *p.* 85. add. notata superius ad *L.* 8. §. 11. *de transact. not.* 2. Vox sequens *ceterum* sumitur pro *alioquin*; neque adeo necesse, ut *alioquin* substituamus cum Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Brisson. *de V. S.* in voc.

L. XI.

L. XI.

Vel de dolo,] *L.* 7. *pr. de dol. mal.*

Vel utilis actio] *L.* 46. *h. t.* Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 14. (1) intelligit *utilem actionem ex emto*: de quo dubito (2).

Videlicet quoniam & manumissus eas contrectabat.] *L.* 6. *L.* 50. *pr. de furtis* (3).

Et hoc rescripto Divi Severi *continetur.*] D. Goth. *in not.* „ Id est, Alexandri Severi &c." Sed hic Liber sub Caracalla conscriptus est (4), & Ulpianus principio imperii Alexandri Severi occisus, quem adeoque *Divum* appellare non potuit. Miror sic Cujacium errasse.

(1) Et *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 14.
(2) Hal. *verum de dolo utilis actio.* Vulg. *Verum vel de dolo, vel utilis in factum actio.* Basilic. simpliciter ἡ περὶ δόλου ἀγωγή. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(3) Sequitur in Lege: *ex delicto in servitutem facto.* Hal. & Vulg. *in servitute.* Sed vid. notata superius *pag.* 3. *in fin. & seq.*
(4) Add. notata superius ad *L.* 17. *de statu homin. not.* 2. & Toullieu, *in Collectan. p.* 174. *seq.*

§. 1.

Hac lege se vendiderit,] Dele *se* (1).

(1) Quod nec exstat in Pand. Flor. Pro *hunc*, *id est*, *minorem viginti annis*, *non complectatur* Ant. Govean. *Var. Lect. Jur. Civ.* I. 12. legit *hunc minorem non complectatur*, putans reliqua esse Interpretis. Apud Hal. τὰ *id est*, & *viginti annis* absunt. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Beneficio Principis *urbicam procurationem* &c.] D. Goth. *in not.* „ Severi. &c." Sed vid. ad *pr. h. l.* (1).

Neque enim contractum *proponi* &c.] Vel *gestum*: quod Edictum exigit.

(1) De *urbica procuratione* vid. Toullieu, *in Collectan. p.* 177. *seqq.* Relationes etiam tempore JCtorum, quorum Fragmenta in Pand. exstant, usitatas fuisse, patet ex seqq. verbis *Aëtrius Severus, quia dubitabat, ad Imp. Severum retulit:* licet eo tempore non tam crebro emissae fuerint. Vid. Zepernick. *de Judicat. Centumv.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv. p.* 407. De *Aëtrii* nomine vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad *seq.* §. 5. paucula notavit Cujac. *ad Lib.* XLVI. *Julian. Digestor.*

§. 6.

Puto autem inspiciendum a Praetore, quis captus (1) *sit:* &c.] Perez. *ad tit. Cod. qui & adv. quos &c. num.* 6.

Melior est caussa secundum Pomponium ejus, qui accepit, &c.] Hinc colligunt, privilegiatum contra privilegiatum non uti privilegio: quod non semper verum. *L. ult. ex quib. causs. maj.* Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 5. *Def.* 2. (2).

(1) Id est, *laesus*, ut *L.* 3. §. 3. *L.* 7. §. 1. *L.* 9. §. 2. *h. t. L.* 116. §. 1. *de reg. Jur.* & alibi. add. Brisson. *de V. S.* voc. *capio, num.* 7.

(2) Add. Voet. *ad h. t. num.* 35. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de Constit. Princip.* §. 105. *Tom.* II. *p.* 15. *seqq.* ubi etiam laudat Jo. Siegfr. Wientzek. *Commentat. de Vero sensu L.* 11. §. 6. & 7. & *L.* 12. *D. de minorib. juncto examine regulae: privilegiatus contra privilegiatum non utitur jure suo.* Vratislav. 1778. 4. Vid. & Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* LXI. *Med.* 1. & *seqq.* — Ad *seq.* §. 7. quaedam quoque notavit Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digestor.*

L. XIII. (1).

(1) Jungendam hanc Legem esse cum *L.* 25. *de fidejussor.* do-

docet Puttman. *Probab.* I. 19. *p.* 136. De quaestione autem, quam Ulpianus in *pr. h. l.* tractat, an restitutio minoris ejus fidejussoribus quoque prosit, late egit Averan. *Interpr. Jur.* II. 7. *seqq.* & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 561. *seqq.* qui plures alios citat. add. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 11. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & *Thes. Controv. Dec.* 12. §. 3. Noodt. *ad h. t.* vs. *Non praetermittam* &c. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 39. Ad verba *non est aequum, fidejussori in necem meam subveniri* &c. quaedam monuit B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa ad illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 321. Locutionem illam *in necem* Ulpiano familiarem esse, notat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 431. In fine hujus pr. pro *caussa enim cognita* &c. alios legere *caussa autem cognita* &c. monet Val. Guil. Forster. *Obs. Succisiv.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 925. & *vel si* pro *nisi* JCtum dixisse, putat Govean. *Lect. Variar. Jur. Civ.* I. 13. notante Brencmanno, *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui dissentit.

§. 1.

Interdum autem restitutio & in rem datur minori, &c.] Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 7. *error.* 2. & *error.* 3. *num.* 4. (1).

Siquidem emtor sequens scit rem ita gestam,] Ergo non sufficit scire, rem esse minoris. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 34.

(1) De verbis, quae sequuntur, *cognitione Praetoria*, vid. Siccam. *de Judic. Centumv.* I. 2. *p.* 18. edit. Zepernick. — Ad *seq. L.* 14. vid. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

L. XVI.

Num forte alia actio *possit competere* &c.] Sub qua continetur jus dicendi nullum. Noodt. *ad h. t.* vs. *Volui discedere* &c. (1).

Nam

Nam si communi auxilio, &c.] Modo tam utili. Fab. *Cod. hoc tit. Def.* 3. (2).

(1) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. Pothier. *in not. ad h. l.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 53. Gluck. *loc. modo cit. p.* 538. *seq.* Minus recte Dompierre, *d. Specim. de Restit. in int. p.* 217. *seq.* aliique.

(2) Sequitur in Lege: *ut puta cum pupillo contractum est* &c. Pro quo Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 1. legit *ut puta cum cum pupillo* &c. ope geminationis. Adr. Nic. Mollerus, *Select. quaed. Cap.* 6. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 148. *seq.* subaudit *si*, quod vulg. editio intrusit.

§. 1.

Vel etiam donationis caussa,] *L.* 5. §. *ult. pro socio* (1).

(1) Vid. de hoc §. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 7. *in fin.* — De *seq.* §. 2. vid. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de restit. in integr. p.* 421. *seqq.* ubi recte contra Dompierre, *d. loc. p.* 29. *seqq.* ex hoc §. docet, cum restitutione in integrum minoris etiam alia juris remedia concurrere posse, neque id demum introductum esse rescripto Impp. Diocletiani & Maximiani in *L.* 3. *Cod. si tut. vel cur. interv.* sed jam antea obtinuisse.

§. 4.

In pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire.] Facit huc Ovid. *Fastor.* V. *vs.* 690.

Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face ut emtori verba dedisse juvet.

Naturaliter] Ἐμπορικῶς, *Nov.* 97. *cap.* 1. *Recepto more.* Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 12. *num.* 26. (1) ut I. *ad Corinth.* XI. 14. Vel *in foro humano*, Pinel. *ad*

L. 2.

L. 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 35. qui *num.* 39. accipit pro *jure gentium*, & sic Huber. *Eun. Rom. h.* add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 301.]

(1) Sic etiam Noodt. *ad tit. de rescind. vendit.* vs. *Hactenus de errore* &c. Pufendorff. *de Jure Nat. & Gent.* V. 3. 10. ibique Barbeirac. *in Adnotat. Gallicis.* Mascov. *in ej. Opusc. Jurid. & Philol. a Puttman. edit. p.* 509. Burman. *ad Vellej. Paterc.* II. 128.

L. XVII.

Quamvis appellari ab his non possit.] Ex Constitutione Constantini. *L.* 16. *Cod. Theod. de appellat.* [*Tom.* IV. *p.* 249.] ubi Jac. Gothofred. & *in Prolegom. Cod. Theod.* [*Cap.* 1. *num.* 1.] (1).

(1) Add. notata superius ad *L. unic. de Offic. Praef. Praetor.* Explicuit hanc Legem 17. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 243. *seqq.* Ceterum, quinam Magistratus in integrum restituere possint, latius docet Dompierre, *d. loc. p.* 16. *seqq.* add. Schulting. *in Enarr. tit. de in int. restitut.* §. 5. & Noodt. *ad eund. tit.* vs. *Vidimus caussas* &c.

L. XVIII.

§. 1.

Dum ea, quae pro caussa sunt dicta, non allegat,] *Quae pro caussa sunt, dicta non allegat* (1), id est, *dicta negat.* Sic Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 14. *num.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1145.] Forte vult, aliis eum debere uti rationibus, quam quae allegatae sunt (2). Budaeus, *in Annot. ad h. l. Quae pro caussa sunt non dicta, allegat* (3): non male; & sic quoque Cujac. *h.*

Vel ab Advocatis proditum queratur.] Quibus tamen prae-

praevaricationis quaestionem movere non audet. Vid. Matthi de Criminib. Lib. XLVII. tit. 9. Cap. 2. num. 4.

(1) Sic etiam legit Noordkerk. qui de hoc §. late egit *Obs. Cap.* 4. *p.* 52. *seqq.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 5. legit *allegAt*, id est, *allegata.* Sed eum refutavit J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 3. *p.* 15. *seq.* qui quoque comma ponit post *τὸ sunt.*

(2) Haec simplicissima mihi videtur interpretatio horum verborum, quae quare Interpp. corrigere voluerint, nullam rationem video. *Dum*, id est, *nisi* vel *donec*, *ea, quae pro caussa dicta sunt, non allegat:* supple, sed alia, puta alia argumenta, vel probationes, quae temere omissae sunt, vel ipsi forte deinceps demum innotuerunt. *Dum*, sequente Subjunctivo, significare *donec*, notant Duker. *ad Flor.* III. 11. 7. *p.* 597. *seq.* & Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 94. *p.* 322. unde pro *allegat* legendum putem *alleget*: quo facit, quod sequitur *queratur.* Pothier. *in not. ad h. l.* verba haec sic interpretatur: „ id est, nisi alleget errorem in his, quae pro ipsius caussa dicta sunt "

(3) Sic etiam Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 9. §. 4. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Sed & Percennio Severo contra res bis judicatas &c.] Ponendum (,) post *contra*, monet Herald. *d. loc. num.* 4. bene (1).

In integrum restitui,] Al. addunt *desideranti*, Charond. & sic edit. 1549. (2).

(1) Aliter hunc locum interpretatur Noordkerk. *loc. modo cit. p.* 90. *seqq.* ubi etiam alios Interpp. laudat, & defendit illud *Percennio*, quod nomen alii mutant. Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. *Pescennio.*

(2) Sed non opus. Vid. Noordkerk. *d. loc. p.* 92. add. citatos ad *L.* 3. §. 6. *h. t.*

§. 5.

Verum successoribus *quoque minorum* &c.] De particula-

sibus vid. Fab. *Cod.* II. 27. *Def.* 1. & de donatario omnium bonorum, *ibid. Def.* 3. (1).

(1) Conf. Voet. *ad h. t.* §. 40. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 560.

L. X X.

Nec dixit, vel Praesidem, ubi erat.] Nec opus, cum ipse etiam hunc adire posset. Charond. Sed an illic fuit adversarius ejus? Vid. Ant. Fab. *in Ration. h.* (1).

Sed, quod idem dicit, & indignum esse propter irrogatam poenam: non recte.] Vid. Noodt. *ad tit. de Just. & Jur.* vs. *Habes Justitiae* &c. Vid. & Elb. Leonin. *Emend.* VI. 15. notam Ulpiani defendentem contra Freher. *Parerg.* I. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 877.] qui Papinianum ab Ulpiano hic male reprehendi putat.

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* II. *Papin. Respons. in expl. h. l.* Praecedit in Lege: *cum potuerit adire Praetorem* &c. Intellige Praetorem *peregrinum*, qui ab actore adeundus erat, etiam adversus civem. Vid. Freher. *Parerg.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 928. & Conrad. *Parerg. in nov. Praefat. p.* 10. *seq.*

§. 1.

Si quis tamen major viginti quinque annis &c.] Vid. Fab. *Cod.* II. 29. *Def.* 2.

L. X X I. (1).

Destitisse autem is videtur &c.] Spectat titulum *de calumniatoribus*. Labitt. *in usu Indic. Cap.* 2. §. 3.

(1) Inscriptionem hujus Legis male exhiberi in Noricis Libris, notat Ant. Augustin. *Emend* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1453.

L. X X I I.

Si quid Legatis expensum est,] Vid. *L.* 5. *de condict.*

in-

indob. Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I. *Disp.* XIV. *Thes.* 14.

Vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione ejus perve nerunt,] *L.* 31. *h. t.* (1).

(1) De Calpurnio Flacco, cujus mentio fit in fine Legis, quaedam notat Schroder. *Obs.* III. 11. *p.* 260.

L. XXIII.

Cum mandatu (1) *patris filiusfamilias res* (2) *administraret, non habet beneficium restitutionis:*] Cujac. *ad L.* 3. §. 4. *h. t.* & Wissenbach. *d. loc. Thes.* 3. volunt, filiumfamilias hoc casu non esse obligatum: quod non probo (3).

Nec a procuratore servari res possit.] Aliter ac circa tutorem, & curatorem. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 286. Sed vid. Merend. *Controv. Jur.* X. 31.

(1) Vulg. *mandato.* Sed vid. notata superius ad *L.* 3. *de offic. ej. cui mand. est jurisd.*
(2) Scil. res *patris.* Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*
(3) Neque hoc urget Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XXIV.

PAULUS *Lib.* I. *Sententiarum.*] Ubi Cujacius [*tit.* 9. §. 2. *not.* 3.] notat, principium Legis esse ex *Pauli Sententiis*: reliqua esse ex *Pauli Lib.* XI. *ad Edict.* (1).

Quod si minor sua sponte &c.] Non *mandato*, ut *praec. Lege.*

Ne majori damnum *accidat*:] Cujus nomine posset agere cum minore actione *negotiorum gestorum* (2).

(1) Add. Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 4. in *Jurispr. Antejustin. p.* 237. Vid. & Ant. Augustin. *loc. modo cit.* I. 8. *p.* 1457.
(2) De verbis, quae sequuntur, *sed compellendus est, sic ci*

vedere, auxilium in int. restitutionis, ut procuratorem eum in rem suam faciat, vid. Gluck. *Diss. de Vita petend. restit. in integr. Praetor. Cap.* 1. §. 4. *not.* 44. in *ej. Opusc. Juridic. Fascic.* II. *p.* 284. *seq.*

§. 1.

Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam (1) *negligenter in ea caussa versati sunt*, &c.] Vid. Merend. *Controv.* X. 42. & 43.

(1) *Tam*, id est, *valde*. Noodt. *ad h. t.* vs. *Interim in caussae* &c. Pro *negligenter* Flor. scriptum *neglegenter*. Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* Praecedit in Lege: *nemine cum his contrahente*, id est, contrahere volente, aut contracturo. G. O. Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 371. De verbis *& quodammodo commercio eis interdicetur*, vid. Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* I. 21. *p.* 143.

§. 2.

Si vero jam distracta hereditate, & negotiis finitis; &c.] Vid. Balduin. *in Justin. p.* 395. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1165.] Perez. *ad tit. Cod. si ut omiss. hered. &c. num.* 2. Cujacius, *ad* §. 5. *Inst. de hered. qual. & differ.* excipit forte *pupillum*.

Ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat,] Facit huc Euripid. *Rhes. vs.* 325.

Multoque parcius ex hac caussa heredem minoris restituendum esse.] Et tum demum, si voluntatem de hoc declaravit minor. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 34. *error.* 8. *num.* 6. & 7.

§. 4.

Restitutio autem ita facienda est; ut unusquisque in (1) *integrum jus suum recipiat.*] Id enim integrum, quod ita est, ut fuit. Caesar, *de Bell. Alexandr. Cap.* 35. (2). Exceptio apud Maynard. *Decis. Tholos.* III. 36. (3). Idem in aliis caussis restitutionum. Liv. IX. 11. Facit huc

M. Senec. *Controv.* 26. — Non plus; & quod ante illam obstabat, & nunc obstabit. Mev. *Decis. Part.* VII. *Dec.* 60.

Emtorem fundum cum fructibus reddere,] Opponunt *L.* 2, *Cod. si quis ignor. rem minor. esse* &c. (4).

Quia aes alienum ei solvitur, quod facere necesse est,] Vid. ad *L.* 32. §. 4. *de adm. & peric. tut.* (5). Idem pretio soluto Ecclesiae Officiali, pro re emta. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 4. *num.* 70.

(1) Praepositionem *in* antique deletam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 11. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Ceterum, ut aequum* &c.

(3) Alias exceptiones habet Gil. Regius, *Enantioφ.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1498. *seq.*

(4) Sed Lex illa, arg. inscriptionis tituli, sub quo collocata est, intelligenda de eo, qui, ignorans rem minoris esse, eam bona fide emit. Vid. Perez. *in Prael. ad d. tit. Cod.* Sequitur: *quae ei consumturo creditur.* Pro quo olim Flor. scriptum fuisse *quaesiconsumturo*, sed *s* deletam, & *e* repositam, sensu non admodum concinno, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui forte legendum censet, *quae quasi*, vel *quae sic consumturo* &c.

(5) Et Dompierre, *d. loc. p.* 308. *seqq. Æs alienum* est ipsum pretium, τὸ τίμημα, Basil. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — De *seq.* §. 5. vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 10. §. 6. add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Tempus est*, &c. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Dompierre, *d. loc. p.* 3. Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad Pand. tit. de in int. restitut.* §. 1.

L. XXV.

Cum & majoribus viginti quinque annis justis ex caussis dari solet repetitio.] Exemplum *L.* 65. §. 1. *de condict. indeb.*

§. 1.

Aut procuratori ejus, cui id ipsum nominatim mandatum sit:]

sit :] Nec enim aliquis proprium factum impugnare, vel errorem suum allegare velle, facile praesumitur. *L.* 17. *h. t.* Fab. *Cod.* II. 27. *Def.* 3. *not.* 4. Vid. tamen & exceptiones apud eundem, II. 32. *Def.* 1. *not.* 3.

Qui vero generale mandatum &c.] Add. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) Ad *seq. L.* 26. paucula notavit Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

L. XXVII.

Patri pro filio omnimodo praestanda restitutio est, &c.] *Pro filio*, qui proprio motu contraxit, per *L.* 3. §. 4. *h. t.*

Nec (1) *aliter audiri oportere, quam si ex* voluntate *adulescentis* (2) *postulent :*] Non tamen praecise *mandato.* Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. etiam per procurat. causs. in int. rest. ag. poss.* Dissentit Perez. *ad d. tit. Cod. num.* 3.

(1) In praecedentibus verbis pro *adgnatos*, ut Taurellius edidit, Hal. habere *cognatos*, atque ita in ipsis Pand. Flor. esse correctum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ipse tamen Taurellianam lectionem praefert.

(2) *Adulescens* passim in Pand. Flor. scribitur, non *adolescens.* Vid. Brisson. *Parerg.* §. 12. in *ej. Oper. Minor. p.* 393.

§. 1.

Si pecuniam, quam mutuam minor accepit, &c.] Limita ex *L.* 95. §. 3. *de solution.*

Denegare debet Proconsul creditori adversus eum actionem :] Unde eum ipso jure tutum, censet Fab. *Cod.* II. 24. *Def.* 1.

Quum ut jubeatur juvenis actionibus suis, — cedere creditori suo.] Per *L.* 51. *de pecul.*

§. 4.

Nisi quaedam personae speciali Lege exceptae sint. Ἔμβλημα Triboniani, respicientis *L. ult. Cod. qui & ad quos* &c. Cujacius, Faber, alii (1). Dissentit Bynkersh. *Obs.* VII. 12. (2).

(1) Uti Wissenbach. *in Exercit. ad Pand. Part.* I *Disp.* XIV. *Thes.* 22. & *de Emblem. Tribonian. Cap.* 1. *p.* 20. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 14. Noodt *ad h. t. in fin.* Dompierre, *d. loc. p.* 221. Pothier. *in not. ad h. l.* Etiam Balduin. *in Justinian. Lib.* III. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1146. & Merill. *ad L. Decision. Justin. Cap.* 43. *p.* 120.
(2) Quem sequitur Wybo, *in Tribon. Defens. Cap.* I. §. 14. *p.* 243. *seq.* Sed utrumque refutavit Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 6. §. 248. *p.* 449.

L. XXVIII.

Non ideo tutori &c.] Vid. *seq. Leg.* §. 1.

L. XXIX.

§. 1.

Ex caussa curationis &c.] Ab eo, cui heres erat, gestae (1).

Ceteris speciebus non cohaeret,] Secus, si cohaeret. Cyriac. *Controv.* 43. *num.* 131. *seqq.*

(1) Conf. Cujac. *ad Lib.* II. *Modestin. Respons.* in *expl. h. l.*

§. 2.

Herennius (1) *Modestinus respondit, cum non evocatis creditoribus*, &c.] Cum uno id non fit. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 317.

(1) An germanum sit hoc praenomen, quod etiam praec. §. adjicitur, dubitat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ratione tamen dubitationis non addita. — Ad *seq.*

seq. L. 30. vid. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Quaestion.*

L. XXXI. (1).

Nec erunt cogendi viginti aureos pro retinenda libertate dependere.] Aliud *L.* 9. *de inoffic. testam.*

Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea reciperassent (2), *ceterorum querela* (3) &c.] Vid. Fab. *Cod.* II. 25. *Def.* 4. ubi & de casu, quo alius, mandante minore, solverat. Vid. *ibid. in not.* Exceptiones vid. apud Mevium, *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 102.

(1) Ad quam vid. Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Respons.* ubi notat, toto hoc Libro Papinianum de *fideicommissis* egisse.

(2) Hal. *recuperassent.* Sed vid. notata superius ad *L.* 33. *de adoption.*

(3) In Pand. Flor. *querella*, & sic passim ibi scribitur. Vid. Brisson. *Parerg.* §. 46. in *ej. Oper. Minor.* *p.* 397.

L. XXXII.

Ex adspectu corporis] Exterioris, non nudi, ut male Forner. *Rer. Quotid.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 187.] (1).

(1) Cujac. *ad Lib.* I. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* ait: „ id est, ratione capta ex oculis." Vid. & Zepernick. *de Causs. Centumv.* adj. *Siccam. de Judic. Centumv.* *p.* 255. *in not.* An hoc de inspectione corporis nudi accipiendum sit, merito dubitari posse, dicit Bynkersh. *Obs.* III. 24. addens, si ita intelligendus sit hic locus, eum in Pand. unicum esse, ubi de inspiciendis maribus mentio fiat. Suspecta sunt haec verba *ex adspectu corporis* Brencmanno, *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *perseverassent*, in verbis *& quid si curatores quoque in eodem errore perseverassent*, Petitus, *ad LL. Attic.* II. 4. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 234. distinctis vocibus rescribit *per se verassent:* mi-

mire. De Petito Kuster. *ad Aristophan. Ranas*, *p.* 64. „ Criticus, si quisquam alius infelix." quod probat Lessing. *in Observ. Critic. p.* 57. Similiter judicat Hemsterhus. *in Obs. Miscellan. Vol.* V. *p.* 22. & late, *ad Aristophan. Plut. p.* 439. add. Burman. *Praefat. ad Vales. Emend. p.* 20. *seq.* — Pro *non conveniuntur* in fin. Legis alios malle *non conveniuntur*, notat G. O. Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 375. — In seq. *L.* 34. §. 1. Ant. Fab. pro *& tutori auctore* legit *licet tutore auctore*: sine caussa. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1084. & Dompierre, *d. loc. p.* 236.

L. XXXV.

Si in emtionem &c.] Non in subhastatione. Matth. *de Auction.* I. 10. *num.* 45. (1). Sed vid. *ibid.* I. 16. *num.* 27.

Veluti quod majorum ejus fuisset:] *L.* 36. *de bon. libertor.* Rad. Forner. *d. loc.* V. 23.

Ita tamen, ut id, quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.] Non *plus*: quod hic speciale esse, putat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 23. *error.* 3. Sed non satis probat. In subhastatione, plus. Matth. *de Auction.* I. 10. *num.* 22. *seqq.*

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 246. *seqq.* ubi late hanc Legem explicuit: de qua vid. & Dompierre, *d. loc. p.* 312. *seqq.* Pro *penes se collatam* Hal. habet *penes se collocatam*: & sic etiam in nonnullis Mss. legitur. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Voces hae etiam alibi permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 5. *de Just. & Jur. not.* 2. Similiter pro *adjectione* alii legunt *addictione*. Sed vid. Leonin. *Emend.* I. 12. *num.* 3.

L. XXXVI.

Minor viginti quinque annis omissam allegationem &c.] Vid.

Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 16. *Def.* 17. De exceptione dilatoria, Fab. *Cod.* II. 12. *Def.* 7.

L. XXXVII.

§. 1.

Neque in calumniatoribus *Praetorem* &c.] Ταῖς συκοφαντίαις, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 630.] (1).

In delictis autem minor annis viginti quinque non meretur in integrum restitutionem utique atrocioribus:] *In delictis*, quae ad publicam coërcitionem spectant, Paul. *in Sent.* I. 9. §. 1. (2).

Nisi quatenus interdum miseratio aetatis ad mediocrem poenam Judicem produxerit (3).] Facit huc Plinius, *Lib.* X. *Epist.* 97. Vid. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 2. Sande, *Decis.* V. 9. *Def.* 4. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* IV. *Const.* 31. *Def.* 5. & *Const.* 38. *Def.* 6. *seq.* Merend. *Controv. Jur.* V. 15. *seqq.*

Et non sit aetatis excusatio &c.] *Ut non sit* &c. edit. 1549. quod jam conjeceram (4).

(1) De priore hujus §. parte *sed & in sexaginta diebus* &c. vid. Noordkerk. *de Lege Petron. p.* 146. *seqq.* add. J. G. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 6. §. 3. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 234.

(2) Ubi vid. Cujac. & Schulting. add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Hactenus ostendi* &c. circa fin. & Dompierre, *d. loc. p.* 252. *seq.*

(3) Vulg. *perduxerit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui id praefert. Vid. quae de perpetua fere horum verborum confusione notavi superius ad *L.* 1. *de orig. Jur.*

(4) Voces *et* & *ut* saepe permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 38. *de orig. Jur. not.* 3.

L. XXXVIII. (1).

Aemilius Larianus &c.] Vid. de hac Lege Fab. *de Erro-*

rorib. Pragm. Dec. 25. *error.* 5. *&* 6. Merend. *Controv. Jur.* X. 20. (2).

Denunciationibus (3) *tutoribus saepe datis,*] *Ut pretium solveretur*, Vulg. Male. Vid. Merend. *d. loc.* Fuit tantum admonitio. Hae non poterant tollere jus venditori ex conventione cum majore, & lapsu temporis, quaesitum. Fab. *d. loc. error.* 9. *num.* 3.

Quam apud Praefectum urbi provocaverat:] Uti dixi potuit. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 11. *Cod. Theod. de appellat.* [*Tom.* IV. *p.* 244.]

Imperator (4) *autem motus est, quod* &c.] Cujus decisionem tuetur Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 22. *Thes.* 3. *Lit.* h. *p.* 368. (5). — Non res ante plane finita, ut *L.* 2. *Cod. de his, quib. ut indign.*

Dicebam, posse magis ea ratione restitui eam, quod &c.] Modo statim pecunia fuisset soluta, hoc erat verum. Fab. *d. Dec.* 25. *error.* 9. *num.* 4.

Quia tamen Lex commissoria] Tanquam resolvens contractum, bona fide perfectum. Ita Faber, *Dec.* 21. *error.* 6.

Displicebat ei,] Hoc scil. casu (6).

Pronunciavit, in integrum restituendam.] Non idem esset circa pactum de redimendo &c. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 25. *error.* 5.

Movit etiam illud Imperatorem, quod priores tutores &c.] Quod non posset movere *Judicem.* Cujac. *h.* Sande, *Decision.* I. 15. *Def.* 1. Vid. & Fab. *Cod.* II. 23. *Def.* 2. & *de Errorib. Pragm. Dec.* 23. *error.* 7. *seqq.*

Qui non restitui desiderassent,] Haec suspecta Fabro, *de Errorib. Pragm. Dec.* 25. *error.* 6. *num.* 4.

(1) De Pauli *Libris Decretorum* vid. quos citat Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 31. *not. s. p.* 476. edit. Stockman.

(2) Prolusionem ad hanc Legem scripsit Mascovius, quae exstat in *ej. Opusc. Jurid. & Philolog. a Puttman. edit. p.* 477. *seqq.*

(3) Plurali numero, non quasi plures denunciationes jure ne-

necessariae sint, sed quia de facto intervenerant. Noodt. *de Foenor. & Usur.* III. 9.

(4) Antoninus Caracalla. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. Lib.* I. in *Jurispr. Antejustin. p.* 213. add. Mascov. *loc. cit. p.* 483.

(5) Aliter Mascovius, *d. Prolusion.* qui Pauli opinionem praefert.

(6) Add. J. G. van Musschenbroek. *Diss. de Lege commissor. in pign. Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 656.

L. XXXIX.

Cum per eos non steterit, quo minus res finem accipiat?] Add. *L.* 3. §. 1. *h. t.* (1).

(1) In *seq.* §. 1. pro *quas bona fide emtor fecisse approbaverit* legendum *fecisSE*, id est, *fecisse se*, notat Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 2. *num.* 1. probante Bondam, *Animadv. Critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 234. Non tamen id prorsus necessarium. Vid. notata superius ad *L.* 35. *de pactis*, *not.* 1. De locutione *longe longeque* vid. Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 5. *num.* 7.

L. XL.

Quia partam *ex caussa judicati persecutionem* &c.] Alii legunt *paratam* (2), atque inde doctrina *de parata executione*. Leonin. *Emend. Lib.* V. *Cap. ult. num.* 7.

(1) Quod etiam probat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. 6.

§. 1.

Et cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.] De fructibus vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* VII. *error.* 6.

L. XLI.

Quia unicuique licet contemnere haec, quae pro se introducta sunt.] Quid? si postea eo jure velit uti. Non potest. Fab. *Cod.* II. 29. *Def.* 2.

Nec queri poterit venditor &c.] *Emtor* legit Cujacius (1). Vulgatam tuetur Merill. *Var. ex Cujac.* III. 11. ita tamen, ut non neget, rectius se habere illud *emtor*, ac commodius: & sic quoque legit Huber. *Eun. Rom. h.* add. Reinold. *Varior. Cap.* 2. (2).

In qua se ipse constituit,] Quaeque per restitutionem ipso jure non est sublata. Chesius, *Different. Cap.* 78. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 850.] Frustra hunc textum carpit Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) *Ad h. t.* & *ad Lib.* XLV. *Julian. Digestor. in expl. h. l.* Item Leonin. *Emendat.* I. 18. *in fin.* & Noodt. *ad h. t.* vi. *Ceterum, ut aequum* &c. in fin.

(2) Ubi & rufutavit Lyclam. *Membran.* III. 16. qui putabat, difficultatem sublatam esse, si verbum *queri* passive accipias.

L. XLII.

Quod enim appellatio interposita &c.] Ratio non satis concludens, quam tamen qualitercunque colorare conatur Huber. *Eun. Rom. h.* Forte quae praecessere, si hodie constaret, res esset clara (1).

(1) Videtur particula *enim* hic pro *autem* posita. Vid. P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 4. *p.* 95. *in not.* Simile exemplum supra habuimus in *L.* 27. §. 4. *de pactis.* ubi vid. notata.

L. XLIII. (1).

De aetate ejus, qui se majorem annis viginti quinque dicit, caussa cognita probandum est:] Hoc aliquibus in locis

&

& hodie ultro petitur. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 2. *art.* 7. *num.* 12. *seqq.*

(1) Vitiosam esse hujus Legis inscriptionem, & pro *Marcellus* legendum *Macer*, censet M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* 2. *Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 76.

L. XLV.

Etiam ei, qui, priusquam nasceretur, usucaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit.] Fuit enim *absentis* instar. Vid. Cujac. *ad L.* 38. *h. t.* (1). Sed idem & minori, contra quem usucapio, ante coepta, impleta est, dat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

(1) Qui putat, Legem hanc 45. non ad Edictum *de minoribus* pertinere, sed ad Edictum *ex quibus causs. major.* Vid. Pothier. *ad tit. ex quib. causs. maj. num.* 43. *in not.* — Paucula ad *seq. L.* 46. notavit Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Responsor.*

L. XLVII.

Tutor, &c.] Solus, ut *L.* 61. *de condict. indeb.* (1).

(1) *Vendidit*, scil. interposito decreto magistratus. Ita Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons. in expl. h. l.* qui sic etiam intelligit sequentem §. 1. Sed vix videtur hic locus sic accipi posse ex mente ipsius Scaevolae, cujus aetate tutor vel curator ad res pupilli vel minoris alienandas decreto magistratus nondum indigebat. Primus enim mutati hujus juris auctor fuit Septimius Severus, *L.* 1. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt*, &c. quem Scaevola discipulum habuit. Vid. Spartian. *in Anton. Caracall. Cap.* 8.

§. 1.

Nisi si emtor a toto contractu velit discedi, &c.] Vid. Fab. *Cod.* II. 16. *Def.* 2. & II. 34. *Def.* 2.

L. XLVIII.

L. XLVIII. (1).

(1) Vitiose hujus Legis inscriptionem referri in Noricis libris, notat Ant. Augustin. *Emendat.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1457.

§. 2.

Mulier minor viginti quinque annis, si pactione dotis &c.] *L. unic. Cod. si adv. dot.*

L. L.

Ideoque & pignus, quod dederat prior debitor, manet obligatum.] Facit *L.* 13. §. 1. *ad SCtum Vellejan.* (1).

(1) Egit ea de re Dompierre, *d. loc. p.* 240. *seq.* In initio Legis pro *Inius* Hal. edidit *Junius.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, in ipso Cod. Flor. inter *i* & *n* superscriptam esse *u*, ut fieret *Junius*, & miratur, tam probabilem correctionem, etsi recentiorem, a Taurellio in margine non esse adnotatam. *Diophanti* nomen etiam aliis fuisse, patet ex inscriptionibus apud Gruter. *p.* 578. 8. *p.* 673. 11. *p.* 988. 9.

TITULUS V.

DE CAPITE MINUTIS.

Idem in actoribus esse debet, sed his non succurritur, cum suo facto hoc patiantur; sed tantum contra eos (1).

(1) Praetorem non restituere actiones ipsi capite minuto competentes docent Ant. Faber, *in Ration. ad L.* 8. *h. t.* & Dompierre, *d. Specim. de Restitutionib. in integrum*, *p.* 349. *seqq.* Vid. & Scheltinga, *de Emancipat. Part.* II. §. 5. *seq.* in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 521. *seq.* Minus recte dissentiunt alii, in quibus etiam est Voet, *ad h. t. num.* 3. — Sunt, qui Tri-

Tribonianum carpant, quod hoc Edictum in Pand. retulerit. Sed vid. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 1. *in fin.* & Dompierre, *d. loc. p.* 358. *seq.* — De capitis deminutione in universum, & imprimis de minima capitis deminutione, egit quoque Conrad. *Parerg. p.* 163. *seqq.* — *Capite minuti* unde dicantur, docet Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad pr. Inst. de capit. deminut.* & Dompierre, *d. loc. p.* 335. Plura de verbo *minuere* notant Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ. p.* 318. *seq.* & Conrad. *d. loc. p.* 171. *seqq.*

L. II.

§. 1.

IN EOS EASVE PERINDE QUASI ID FACTUM NON SIT,] *Intra annum, quo primum experiundi potestas erit, caussa cognita*, addit Noodt. *ad h. t. circa fin.* (1).

JUDICIUM DABO.] Et quidem *rescissorium*. Schol. Basilic. *Tom.* VI. *p.* 156. (2).

(1) A quo dissentit Scheltinga, *d. loc.* §. 7. *p.* 523. — In *pr. h. l.* nullum vocabulum praecedere ad quod Grammatice referri queant verba *neque possunt* HI *penitus conveniri*, notat Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ. p.* 208. *in fin.* ubi & alia similia exempla. add. notata superius ad *L.* 1. *pr. de pactis.*

(2) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2.

§. 2.

Ceterum si postea, imputare quis &c.] Suspecta haec Fabro, *in Ration. ad h. l.* & Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1151. (1).

Sed interdum, si contrahatur cum his &c.] Non enim hoc obtinet, si mulier in manum viri convenerit. Vid. Cujac. *Obs.* VII. 11. (2).

(1) Quibuscum facit quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* Aliter Conrad. *Parerg. p.* 184. *seqq.* Vid. & de hoc loco de Retes. *Exc. Analect. Lib.* III. in Thes.

Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1283. Chesium, *Interpr. Jur.* II. 1. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 325. *seqq.* Dompierre, *d. loc. p.* 353. *seqq.*

(2) Sed quem refutavit Schulting. *loc. modo cit.* add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Ei, qui debitorem suum adrogavit, &c.] *L.* 11. *de Judic.*

§. 5.

Hoc judicium perpetuum est, &c.] Quae enim ante gesta sunt, hic perpetuantur. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1150.

L. III.

Qui adrogatum parentem *sequuntur*,] Qui an ad hoc Edictum pertineat, vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1149. Vinn. *ad* §. *ult. Inst. de adquisit. per arrogat.* (1).

(1) Add. Dompierre, *d. loc. p.* 343. Egit de hac Lege quoque Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.*

§. 1.

Nisi in imaginariam servilem caussam deductus.] Et morti similem, Schol. Basilic. *Tom.* VI. *p* 156. *L.* 209. *de reg. Jur.* Hoc autem capiendum ratione hujus Edicti (1). Tricatur Huber. *Eun. Rom. h.*

Quia servile caput nullum jus habet:] Nec obligatur. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1147.

(1) Vid. hac de re Scheltinga, *d. loc. p.* 519. *seq.* & Conrad. *loc. cit. p.* 180. add. de Retes. *Miscellan.* I. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 40.

L. V.

§. 1.

Sed & hi, quos Senatus hostes judicavit vel Lege lata:]

Vel

Vel quos populus *Lege lata* hostes judicavit: ita explicat Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Eodem fere modo Nic. Anton. *de Jure exul.* II. 13. *num.* 8. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 83, Vid. & Lyclam. *Membran.* VII. 35. §. 2. & Bynkersh. *Obs.* V. 22. Varia exempla hostium judicatorum habet Brisson. *de Formul. Pop. Rom.* II. 162. *seqq.* — De aquae & ignis interdictione, cujus mentio fit in *pr.* hujus Legis, & in cujus locum vulgo putatur successisse deportatio, vid. inprimis Schulting. *ad Caj. Instit.* I. 6. *not.* 8.

L. VI.

Amittit (1).] Sic *L.* 15. §. 7. *de usufr.* *L.* 2. *de legitim. tutor.*

(1) Id est, *adimit*, ut notavit Schulting. ad edit. in 4to. add. Idem, *in Enarr. h. t.* §. 4. & Bynkersh. *Obs.* I. 11. *pr.*

L. VII.

Tutelas etiam non amittit *capitis minutio:*] Sic *L.* 6. *h. t.* *Capite minutus* (1) legit A. Roël. [*Diss. conjecturas ad quasd. Leges Dig. contin.* Ultraject. 1712.] qui & de seqq. varia habet.

Exceptis his, quae in jure alieno personis positis deferuntur:] Verba *exceptis his* delet Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand.* *p.* 1152. Pro *in jure alieno* Jac. Gothofred. *in not. ad LL. XII. Tabb. p.* 208. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 179.] legit *in jure antiquo*; & jam ante Balduin. *in Scaevol. p.* 159. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 507.] Basilic. *Tom.* VI. *p.* 154. πλὴν τῶν ἀπὸ τοῦ δυο δεκαδέλτου κ. τ. λ. Tricatur Huber. *Eun. Rom. h.* Casum in patrono, qui adrogandum se dedit, ponit Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. quib. mod. tutel. finit.* De quo dubito. add. *L.* 22. *de Jur. patronat.* Constantinaeus, *Subtil.*

til. Enodat. I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 494.] legit *quae in jure agnatis proximis potissimum deferuntur*, cum Cujacio (2) fere.

Deferuntur] Al. *non deferuntur* (3).

Vel ex SCto.] Vid. Ulpian. *Fragm. tit.* XI. §. 20. *seqq.*

Sed legitimae tutelae ex duodecim tabulis intervertuntur,] Al. *licet legitimae tutelae* &c. *intervertantur* (4).

Ex novis autem Legibus (5)] *L.* 1. §. 8. *ad SCtum Tertullian.*

Et tutelae] Hoc a Triboniano esse, censet Hotoman. *Obs.* III. 9. Sic tamen & *pr. h. l.* Concedit tamen & hoc Huber. *Eun. Rom. h.*

Ut personae naturaliter designentur:] Vid. Jan. a Costa, *ad rubric. & §.* 1. *Inst. de SCto Orphit.* (6).

Ut ecce deferunt hereditatem SCta matri & filio.] Vid. §. 2. *Inst. de SCto Orphit.* ubi Jan. a Costa.

(1) Quod probat Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 2.

(2) *Ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *ad Ulpian. Fragm. tit.* XI. §. 9. *not.* 29. qui sic legit: *exceptis iis, quae jure agnationis proximis potissimum deferuntur.* Sed Cujacium refutavit Schulting. *ad d. loc. Ulpian. not.* 30. ubi probat lectionem *in jure antiquo*, & sic quoque *in Enarr. h. t.* §. 4. Eodem modo Noodt. *ad h. t.* vs. *Dixi, quid* &c. Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 51. *in fin.* Dompierre, *d. loc. p.* 345. *seq.* Alii aliter. Vide, praeter citatos a Schultingio, Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 785. Em. Soarez. a Ribeira, *Obs. Jur. Cap.* 37. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 590. Conrad. *Parerg. p.* 190. *seqq.* Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* XI. §. 9. *p.* 56. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 65. *p.* 61. *seq.* Jo. van der Linden, *loc. modo cit.* Pluribus de hac Lege egit Noordkerk. *Obs. Cap.* 3. *p.* 30. *seqq.* & van de Water. *Obs.* III. 13. Nihil mutant Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 9. Marckart. *Prob. rec. lect. Part.* II. *p.* 171. *seqq.* & *in Praefat. ad Interpr. rec. lect. Jur. Civ. pag. si numeres*, 11. *seq.* Theod. Jo. Alex-

Alexand. Pagenstecheri *Diss. de Violentis emendationibus in Jure Civili non admittendis, Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 43. *seqq.* Harderv. 1776.

(3) Sic Hal. aliique, quos citat Walch. *loc. cit.*

(4) Sic Hal. quod probare videtur Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 8. *num.* 2.

(5) A Triboniano haec esse, putat Wissenb. *Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 21. Sed vid. Wybon. *in Tribonian. defens. cap.* 1. §. 15. *p.* 244. *seq.*

(6) Add. Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 355. De verbo *ambulo* ad *seq.* §. 1. quaedam notat Curtius, Εἰκαστῶν, III. 28. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 215. *seq.*

L. VIII.

Eas obligationes, quae naturalem praestationem &c.] In quibus non strictum jus, sed aequum & bonum spectamus (1): quaeque adeo etiam competunt filiosfamilias, non patri, nisi summo jure, & sequuntur etiam filiumfamilias post emancipationem, ut *de dote. h. l.* add. Cujac. *Obs.* XXII. 14. (2). add. Jan. a Costa, *ad* §. 29. *Inst. de action.* D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 20. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 43.]

Quia in aequum & bonum conceptu est,] Add. *L.* 11. §. 1. *de injur.* (3).

Nihilo minus durat etiam post capitis deminutionem.] *L.* 2. §. 1. *L.* 22. §. 5. *solut. matrim.* — Minimam *directa*, sed post deportationem tantum *utilis*. *L.* 5. §. 1. *de bon. damnat.*

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. & Noodt. *ad h. t.* vs. *Ne obligationes quidem,* &c. Late de hac Lege egit Ghesius, *Interpr. Jur.* II. 36. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 524. *seqq.* & Dompierre, *d. loc. p.* 355. *seqq.* Pro *palam est*, ut Taurellius edidit, & aliae editt. habent, in edit. Geb. & Spang. vitiose exaratum est *palam et.*

(2) Qui doctrinam Caji restringit ad *dotem*, dissentiente Noodtio, *d. loc.* qui existimat, idem etiam in ceteris bonae fidei contractibus obtinere.

(3) Et Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 7. §. 4. *not.* 17.

L. IX.

Ut quandoque emancipata agat.] Hanc (1) scil. retinet filia suo jure *L.* 42. *pr. solut. matrimon. L.* 5. *in fin. de bon. damnat.*

(1) Nempe *de dote actionem.* Conf. Schulting. *d. loc. p.* 467. add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. X.

Quia tale Legatum in facto potius, quam in jure consistit.] Vid. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Papinian. Quaestion. in fin.* Noodt. *de Usufruct.* II. 7. (1).

(1) Et *de Pact. & Transact. Cap.* 8. Vid. & Gundling. *in Gundlingianis, Part.* XVII. *p.* 125. *seqq.* Conrad, *Parerg. p.* 189. Joh. van Nispen, *Diss. ad Modestin. Libb. Different.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 87. *seq.* Majans. *Disp.* XVIII. §. 8. *seq. Tom.* I. *p.* 329. *seq.* Mascovius, *in Opusc. Jurid. & Philolog. p.* 509. haec ita explicat, *id est, quia habitatio moribus, seu per consuetudinem magis, quam Legum auctoritate invaluit,* probante Puttmanno, *ibid. in not.* add. Boehmer. *Observ. ad sententiam Modestini in L.* 10. *de cap. minut.* Goetting. 1778. & Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld, tit. de jussit. & Jure, p.* 18. *seq.* — In *seq. L.* 11. ait Paulus, *capitis deminutionis* tria *genera sunt:* &c. Alii *duo* faciunt: nulla tamen pugna est. Vid. Noodt. *Obs.* II. 21. & *ad h. t.* vs. *Ex hac verbi* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 6. add. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 29. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 626. *seq.*

TITULUS VI.

EX QUIBUS CAUSSIS MAJORES VIGINTI QUINQUE ANNIS IN INTEGRUM RESTITUUNTUR.

L. I.

§. 1.

Inve vinculis, servitute, hostiumque potestate esset:] *Posteave* ex *L.* 15. §. 3. *h. t.* addit Ranchinus [in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 244.] (1).

Aut, quod non utendo amisit,] *Amissum sit, L.* 21. *pr. h. t.* (2).

Sive cui pro magistratu, sine dolo ipsius &c.] *Per magistratus sine dolo* &c. *L.* 26. §. 4. *h. t.* (3).

Item si qua alia mihi justa caussa esse videbitur, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* (4).

(1) Sic etiam Noodt. *ad h. t. in pr.* qui in initio Edicti cum Ranchino aliisque post verba *de bonis* quoque addit *deminutum erit:* probante Schultingio, *in Enarr. h. t.* §. 1. & Pothier. *in not. ad h. l.* Sed id non necesse esse, putat Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt. Cap.* 2. *in not.* in Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs, *Vol. I. Tom. I. p.* 293. ubi & refutavit Hotomannum pro *reipublicae* reponentem *reive publicae.*

(2) Atque ita legendum putat Noodt. *ad h. t.* vs. *Exposita est* &c. Sed nihil mutat Pothier. *ad h. t.*

(3) Sic etiam Edicti verba restituit Noodt. *loc. modo cit.* Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui putat, in Cod. ex quo Florentinus descriptus est, scriptum fuisse *permagistratusine* &c. omissa altera *s*, & cum sextum casum non ferret praepositio *per*, eam esse mutatam in *pro*. Praecedit in Edicto: *cumve magistratus de ea re appellatus esset.* Sed apud Hal. haec ver-

ba

ba absunt, eaque abundare, putat quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

(4) Add. de hac clausula, ejusque vero sensu Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sequitur tertia* &c. Dompierre, *d. Specim. de Restitutionibus in integrum, p.* 375. *seq.* Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der. Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 46. *seq.* qui etiam alios citat. De verbis *quod ejus* &c. vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In *seq. L.* 2. pro *qui ei continentur* Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 25. §. 2. *p.* 123. legit *qui I. F. continentur*, id est, *qui in fine continentur.* Hal. *eo.* Vulg. *eis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. III.

Et hoc ex effectu *ejus intelligitur.*] *Ex affectu* legit Noodt. *ad h. t. in pr.* (1).

(1) Quae lectio Florentina est. Nihil tamen mutat Schroder. *Obs.* II. 15. *p.* 198. *pr.* Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

L. IV.

Veluti, si alterius grandis commodi &c.] An, *vel si alterius* &c.? (1).

(1) Τὸ *et* in fine Legis malam repetitionem esse ultimarum literarum in *abesset*, quod praecedit, censet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Haud scio, an verba postrema *et revocatur ab isto privilegio* transponenda sint, & legenda post τὸ *veluti*, quod idem hic valet ac *sicuti*; duo sane hic exempla proponi ejus, qui dolo malo reipublicae caussa abest, recte quoque notavit Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde adjuvat* &c.

L. V.

Vel litis gratia *coepit Reipublicae caussa abesse.*] Duaren. [*ad L. Juris Gentium.* §. *Dolo malo, de pactis,* & *Disput. Anniversf.* I. 47.] *dicis gratia.* Sed Basilic. ut hic, διὰ τὸ μὴ ἐναχθῆναι. [*Tom.* I. *p.* 700.] (1).

(1)

(1) Florentinam lectionem defendit quoque P. Faber, *Semestr.* I. 20. & Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* II. *p.* 124. *seq.* Obstat tamen, quod hic agatur de talibus absentibus, qui, si praesentes essent, forent actores. Sed si *litis gratia* retineas, hæc verba magis spectant eos, qui absunt, ne conveniantur. De ipsa locutione *dicis gratia* quaedam notavit Curtius, Εἰκασῶν, I. 35. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 128. ubi & alii *in not.* citantur. add. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 3. — De *seq. L.* 8. vid. Dompierre, *d. loc. p.* 381. *seq.*

L. IX.

Vinculorum autem appellatio latius *accipitur:* &c.] In hoc Edicto; secus in *Lege Ælia Sentia*, qua servum *vinctum* ad libertatem optimae conditionis pervenire non poterat. *L.* 216. *de V. S.* (1).

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5. De *latumiis*, sive *lautumiis*, ut in Pand. Flor. scriptum est, & quarum mentio fit in seqq. verbis, quaedam notavit Schulting. ad *L.* 1. §. 4. *de aleator.* De vocis Orthographia vid. Gronov. & Drakenborch. *ad Liv.* XXXVII. 2. 8.

L. X.

Statoribusque,] Reines. *Inscription. Class.* VIII. *Inscript.* 4. Basilic. ἡ τῆς τάξεως. Legendum *Stratoribusque* cum Brisson. *de V. S.* voc. *Stratores* (1). & Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de custod. reor.* [*Tom.* III. *p.* 36.] ubi plura de his (2).

(1) Sed Idem, *de Formul. Pop. Rom.* V. 198. lectionem Florentinam *Statoribusque* retinet. *Stratores* autem Heinecc. *ad Brisson. de V. S. in voc.* dicit ministros Proconsulum, ac Praesidum, qui ad coërcendos, & carceri mancipandos reos ipsis aderant, atque adstabant. Videntur quoque verba *legendum* &c. antiquiore manu a Schultingio adscripta, & locus Reinesii recentiore manu ab ipso additus.

(2) Add. citatos superius ad *L.* 4. §. 1. *de Offic. Proconf.* & *Legat.* In seqq. verbis *ministeriis* dici pro *ministris* ut saepe alibi, observat Noodt. *ad h. t.* vf. *Ut initio* &c. add. Brisson. *de V. S.* in voc. *num.* 2. Schulting. *ad Quinctil. Declam.* II. 3. *p.* 41. edit. Burman. Muncker. *ad Hygin. Fabul. Cap.* 120. — In *seq. L.* 11. pro *sive detentus sit* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* V. §. *ult.* legit *sive vi detentus sit*, ex Basilic. Non tamen necesse, cum *detinere* hic idem sit, ac *per vim detinere:* alioquin τὸ *vi* latet in *sive*, literis *e* & *i* mutatis. Vid. Joachim. Joh. Schwartz. *Specim. Observat. ad Var. JCtor. Vett. Fragmenta*, *Cap.* 3. §. 3. Lugd. Batav. 1750.

L. XIII.

Et Praetor de liberis hominibus loquatur.] Facit *L.* 20. §. 7. *qui testam. fac. poss.*

L. XIV.

Poterant tamen, qui in hostium potestate essent, illa parte Edicti contineri, &c.] Ergo hic simile, ac *L.* 1. §. 7. *de Ædilit. Edict.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vf. *Ut supra dixi* &c.

L. XV.

§. 3.

Ut, si inchoata sit bonae fidei possessoris detentatio (1) &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

Non quandoque, &c.] Id est, *quandoquunque* (2). Hic non ita datur, quia potuit damnum praeveniri. Merend. *Controv. Jur.* X. 30. *num.* 12.

Nam (3) *eum, qui differt restitutionem* &c.] *Ob restitutionem*, Ant. Fab. *in Rat. ad h. l.* (4).

(1) Vid. de hac voce Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 436. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

Spang. — De locutione *hostium potitus*, in *pr.* hujus Legis, vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 42. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1316. & Ant. Augustin. *Emend.* IV. 10. in eod. Thes. *ibid. p.* 1539. *seq.* add. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 3. *not.* 111. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Verba §. 1. transponit Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1172. Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* putat *minus* dici pro *magis*, probante Dompierre, *d. loc. p.* 389. Videtur esse ὑστερολογία. add. notata superius ad *L.* 7. §. 8. *de pactis.*

(2) Sic & alibi. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 15. *not.* 13. & ibi citt. auctores. add. Interpp. *ad Petron. Satyric. Cap.* 133.

(3) *Nam*, id est, *plane*, *ceterum*. Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde in Edicto* &c. ubi hujus §. sententiam breviter exposuit.

(4) Non recte. *Qui differt restitutionem* est *qui cessat agere, ut res sibi restituatur*, ut docuit Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* I. 3. add. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 159. *seq.* Puttman. *Meletem. Jur. Civ. Cap.* 6. in *ej. Opusc. Syllog. p.* 176. P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. p.* 52. Aliter Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 6. *p.* 106. *seq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 99. *p.* 158. G. O. Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 371. — Ad *seq. L.* 16. vid. Cujac. *ad Lib.* XII. *Paul. ad Edict.*

L. XVII.

Non solum adversus possessorem hereditatis succurrendum militi,] Instituto forte sub conditione potestativa, intra certum tempus implenda. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1294.

Quodsi non agnoverit, ex post facto usucapionem processisse manifestatur.] Haec cum praecedentibus male cohaerent, & Triboniani stylum redolere, etiam fatetur Huber. *Eun. Rom. h.* (1). Basilic. illa habent. [*Tom.* I. *p.* 702.]

(1) Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.* & Pothier.

hier. *in not. ad h. l.* Quaedam ad hanc Legem notavit quoque Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digestor.*

§. 1.

Sed conditio in caussa est.] Ut danda sit nova actio. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1207. (1).

(1) Add. de hoc §. Noodt. *ad h. t.* vs. *Quidquid est* &c. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XVIII.

Non cum & lucri faciendi ex alterius poena, vel damno, auxilium sibi impertiri desiderant.] *L.* 20. *h. t. Ex alterius poena, vel damno*, non vero simpliciter. *L.* 17. *pr. &* §. 1. & *L.* 27. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XIX.

Placet interruptam possessionem &c.] D. Goth. *in not.* „ Id est, *usucapionem* (1), ut *L.* 30. *h. t.* & ita legendum monet P. Faber, *Semestr.* II. 25. " probante Hubero, *Eun. Rom. h.* & Papinianum sic scripsisse, vult Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* III. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 570.] Merend. *Controv. Jur.* XII. 26. Sed caute vide. Non obstat *L.* 23. §. 2. *h. t.* Vid. *ad L.* 44. §. 3. *de usurp. & usucap.*

(1) Sic etiam Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Quaest.* ubi late hanc Legem explicuit. add. Forner. *Rer. Quotid.* II. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 186. *in fin.* & Nerium, *Analect.* I. 23. *in fin.* in eod. Thes. *ibid. p.* 355. Vid. & de Retes. *Miscellan.* I. 11. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 52. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 98. ibique Walch. G. Pauw. *ad Var. Jur. Civ. Capp.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 125. *circa fin.*

L. XX.

L. XX.

Nec utilem actionem &c.] Ut est *Publiciana.* Vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

Neque enim intelligitur (1) *amissum, quod ablatum alteri non est.*] Facit *L.* 18. *h. t.* Vid. Chesium, *Differ. Jur. Cap.* 62. *seq.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 814. *seqq.*]

(1) Flor. *intellegitur*, ut modo notavi ad *L.* 3. *h. t.*

L. XXI.

§ 2.

Si vero non latitent, licet non defendantur, in bona tantum mitti.] Quod non impedit usucapionem. Noodt. *ad h. t.* vs. *Fit igitur* &c.

§. 3.

Defendi autem non is videtur, &c. sed *qui requisitus* &c.] Pro *non tantum* — *sed etiam*, vulg. editt. probante Bachovio, *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1177. (1).

(1) Add. citatos superius ad *L.* 17. *de Legib. not.* 1.

L. XXII.

Ergo sciendum est, non aliter hoc Edictum locum habere, quam si &c.] Vid. Ciceron. *pro Quint. Cap.* 17. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* De locutione *testatione complecti* vid. Bav. Voorda, *in not. ad Jan. a Costa Prael. ad illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 261.

L. XXIII.

ULPIANUS *Lib.* XI. *ad Edictum.*] Lege *Lib.* XII. (1). add. Cujac. *Obs.* XXII. 17.

Haec persona *merito adjecta est* &c.] Al. *haec particula* &c. (2).

(1) Ut Florentiae legitur, & etiam in aliis edit. Gothofred.
(2) Sic Haloand.

§. 1.

Nec coeptam possessionem &c.] Id est, *usucapionem*. Sic *L.* 19. *h. t.* ubi vide.

§. 2.

Item ei, qui per captivitatem fundi possessionem, &c.] *Nudam* scil. Ita non obstat §. *praec.* nec *L.* 19. & 20. *h. t.* Gloss. *h.* Magis hic §. spectare videtur ad priorem partem Edicti.

§. 3.

Hi plane, qui fuerunt in potestate captivi, usu rem adquirere possunt ex re peculiari (1);] *L.* 44. §. *ult. de usurp. & usuc.*

Et aequum erit, ex hac clausula praesentibus &c.] Τοῖς τῶν πραγμάτων κυρίοις, Basilic. [*Tom.* I. *p.* 703.] in quibus non sunt sequentia [nempe, *id est, qui non sunt in captivitate*] quae rectius abessent (2).

(1) Flor. est *ex re pecularia*, ultima litera expuncta. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Absunt quoque haec apud Hal. — In *seq.* §. 4. pro *aut non latitet* legendum *aUT*, id est, *aut ut non latitet*, observat Rucker. *Obs.* Cap. 4. §. 3. num. 2. Ad verba, quae praecedunt, *nec enim sufficit semper* &c. quaedam notat Noodt. *ad h. t.* vs. *Porro ait Praetor*. &c. — De *seq. L.* 24. nonnulla monet Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1371. *in fin.*

L. XXVI.

§. 2.

Sed nec ad eos &c.] Al. *sed non* &c. (1).

(1) Sic Haloand. *Nec* ab antiquis etiam pro *non* positum esse, & voces illas in Libris scriptis saepius confundi, notat Drakenborch. *ad Liv.* III. 22. 7.

§. 3.

Quoniam plene supra de eo cautum est.] *L.* 21. *h. t.* (1).

(1) Paucula ad *seq.* §. 7. notavit Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digest.* add. Noodt. *ad tit. de feriis, in pr.*

§. 8.

Deinde Reipublicae caussa abesse coepi,] *Reipublicae caussa* habent Basilic.

§. 9.

Et saepissime constitutum est, adjuvari eum debere, sive habuit procuratorem, sive non (1).] Modo ab illo non sit defensus. Sed an ei imputari potest, quod non reliquerit? Vid. Zoes. *ad h. t. num.* 13.

(1) Obstat *L.* 39. *h. t.* ad quam vide. — Quod in *seq. L.* 27. docetur, limitandum esse ex *L.* 18. *h. t.* cui olim *d. L.* 27. cohaesit, monet Noodt. *ad h. t.* vs. *Aeque mirere* &c.

L. XXVIII.

§. 3.

Si quis saepius Reipublicae caussa abfuit (1) &c.] Vid. Cujac. *Obs.* XIX. 15. Merend. *Controv. Jur.* X. 30. *num.* 11.

(1) Flor. *afuit.* Vid. notata superius ad *L.* 6. *de his qui sui vel al. Jur. sunt, not.* 1.

§. 5.

§. 5.

Forte, si res ab eo possessionem nacto vindicentur,] Facit *L.* 9. §. 3. *quod met. causs.* (1). Tricatur in hoc §. Govean. *Variar. Lection.* I. 45. D. Goth. *in not.* „ *Possessionemve nacto.* Hal. *Possessionem veterem nacto,* Raevard. *Varior.* IV. 5." Male. Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 1.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. circa fin.* & Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 6.

Ergo & militi debebunt restitui: utrimque actio erit.] Al. *et utrius actio* &c. (1). Sensus foret bonus, si legeretur *& utrimque par ratio erit.*

(1) Hal. *et utrique.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Sequentem *L.* 29. explicuit Cujac. *Tractat.* VII. *ad African.*

L. X X X.

Quia possessio *defuncti* &c.] D. Goth. *in not.* „ Id est, *usucapio. L.* 19. *h. t.*" Add. Cujac. *ad L.* 11. *de liber. & post. hered. inst.* (1).

(1) Et *ad Lib.* XII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. notata superius ad *L.* 19. *h. t.* Sequitur *quasi juncta.* Hal. *injuncta*, & sic posterior manus etiam Florentiae correxit. Vulg. *conjunctim.* Al. *vincta.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nulla emendatione opus.

§. 1.

Item ex reliquis omnibus caussis restitutio facienda erit, veluti si adversus eum pronunciatum sit.] Et non sit solvendo, etiam contra tertium agitur. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* De hac Lege Suerin. *Repet. Lect.* Cap.

Cap. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 30. *seq.*] Sed non placet.

L. XXXI.

Si is, cujus rem usucepit Reipublicae caussa absens &c.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* X. 24. (1).

(1) *Actionem perpetuam* etiam Cujac. *Obs.* X. 6. intelligit *actionem Publicianam.* add. Reinold. *Diss. ad L.* 57. *D. mand. Cap.* 2. §. 16. in *Opusc. Jurid. p.* 262. & Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & de hac Lege Cujac. *ad Lib.* LIII. *Paul. ad Edict.*

L. XXXII.

Abesse Reipublicae caussa intelligitur (1) *& is, qui ab urbe profectus est,*] Ὁ ἐξελθὼν Ῥώμης, Graeci [*Tom.* I. *p.* 707.] Urbem in provincia intelligit Bynkersh. *Obs.* VI. 18. quod non probo.

Licet nondum provincia excesserit;] D. Goth. *in not.* „*Provinciam accesserit*, P. Faber. apud Cujac. *Obs.* XII. 33." sequente Bachovio, *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 24. Wissenb. *ad Instit. Disp.* VIII. *Thes.* 20. & Huber. *Eun. Rom. ad L.* 17. *h. t.* Basilic. κἂν ἔτι ἐστὶν ἐν Ἰταλίᾳ: quod est pro emendatione Cujacii (2).

Sed is (3), *qui excessit, donec* in urbem *revertatur:*] Εἰς Ῥώμην, Graeci.

Qui ad aerarium delati, aut in Commentarium Principis delati (4) *sunt.*] Perrenon. *Animadv.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 657. *seq.*] multa habet, sed male exponit.

(1) In Pand. Flor. *intellegitur*, ut *L.* 3. & 20. *h. t.*

(2) *Provinciam accesserit* probat quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. item Noodt. *ad h. t.* vs. *Deinde adjuvat* &c. Dompierre, *d. loc. p.* 383. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 1. *p.* 116. *seq.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. eamque lec-

lectionem in contextum admisit Pothier. Sed vulgatam lectionem retinet Bynkersh. *loc. a Schult. cit.* & Gebauer. *in not. ad h. l.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 12. §. 11. *p.* 122. legit *Italiam excesserit*, Graecos secutus.

(3) *Sed & is &c.* Bynkersh. *d. loc.* & Pothier. *in not. ad h. l.* add. notata superius ad *L.* 18. *de stat. hom.*

(4) Al. *relati.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quaedam ad haec verba notat quoque Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 14. Vid. & Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 377. & Zepernick. *loc. modo cit. p.* 117.

L. XXXIII. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Mascovius, *ad Modestin. cas. enucleat.* in *Opusc. Jurid. & Philol. a Puttman. edit. p.* 47. *seqq.*

§. 1.

Qui notis scribunt acta Praesidum,] Ἐξκέπτορες, Basilic. Alias ταχυγράφοι, a *Notariis* diversi. Vid. Vales. *ad Amm. Marcellin.* XIV. 9. *p.* 45. Ars utilissima ad quaestum tempore Libanii, ut liquet ex ipso *T.* 2. *p.* 94. De ea inventa Senec. *Epist.* 90. D. Goth. *in not.* „ Notis olim excipere solebant acta Judicum &c. " add. Prud. περὶ στεφ. IX. 23. „ Hinc *Notarii &c.* " Hi scribebant in Codicibus, qui post in paginas digerentur. *Collat. Carthagin.* II. *num.* 39. 43. Sive imprimebant cerae. *Act. Martyr. apud Ruinart. p.* 144.

Reipublicae caussa non abesse certum est.] Tanquam versantes in re privata, quae etiam a servo fieri potest. Leonin. *Emend.* IV. 13. *num.* 16. qui *ibid.* de *notis* late (1). — D. Goth. *in not.* „ Immo absunt, ut hunc locum adfirmative legit Accurs. " & Basilic. [*Tom.* I. *p.* 707. οἱ ἐξκέπτορες δοκοῦσιν ἀπεῖναι εἰς πρᾶγμα δημόσιον.] (2).

(1) De quibus vid. & Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 21. & ibi citt. auctores a Trekell. add. Eckhard. *Herm. Jur.*

l. 2. §. 55. *seqq.* & Gisb. Koen. *Diss. ad loc. quaed. Jur. & alia deprav. Cap.* 3. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 16.

(2) Quod nec displicet Mascovio, *d. loc. p.* 53. Sed vid. *ibid.* Puttman. *in not.* & Dompierre. *d. loc. p.* 379.

L. XXXIV.

Si domi suae (1) *est,*] *L.* 35. *in fin. h. t.*

(1) Sic Hal. Flor. est *domo sua* pro *in domo sua*, ut Vulg. habet. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Qui operas in publico (1) &c.] Vid. Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. de Vectig. & commiss.*

(1) Hal. *in publicum.*

L. XXXV.

PAULUS *Lib.* III. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Occasionem vid. apud Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. Cap.* 18. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 226.] (1).

(1) Add. Cujac. & Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 16. §. 1. *not.* 11. In *pr.* hujus Legis pro *legendi curarent* reponendum esse *legendas curarent*, post alios observavit quoque Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 8. Alias lectiones recenset Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Sed & is, cui rerum, quamvis non omnium,] D. Goth. *in not.* „ Quarumdam tantum. Procuratores itaque Caesaris non unius tantum generis fuere &c." add. Cujac. *ad L.* 5. *Cod. de Jur. fisc.* & Vales. *ad Excerpt. Peirescian. p.* 769.

Itaque plures ibi Procuratores diversarum Reipublicae caussa &c.] An *diversarum rerum Reipublicae* &c. (1)?

(1)

(1) Sic Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 3. ope geminationis. Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Extra urbem aberit.] Al. *abierit* (1). Basilic. ἔξωθέν ἐςι Ῥώμης.

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *d. loc.* quod & probare videtur Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 5. *num.* 2. — De *urbanicianis militibus*, quorum mentio fit in *seq.* §. 4., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 327. G. Pauw. *ad Var. Jur. Civ. Capp. Cap.* 3. *in fin.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 126. Conrad. *Parerg. p.* 549. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. p.* 148. *seq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 146. de *seq.* §. 5.

§. 6.

Consularis] Basilic. τοῦ ςρατηγοῦ (1).

(1) Vulg. *consulis.* Hal. *consulari.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 7.

Per urbem] Basilic. διὰ Ῥώμης.

§. 8.

Simul *agere Rempublicam coepit*,] Id est, *simul atque*, Gloss. *h.* (1).

(1) *Simulatque agere* &c. habet Hal. & fere omnes. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Non tamen necesse. *Simul* pro *simulatque* frequenter occurrit. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* VI. 1. 6. & ibi citt. auctores. add. Oudendorp. *ad Frontin. Strategem.* II. 3. 14. Egit de hoc §. quoque Dompierre, *d. loc.* qui particulam *cum* in praecedentibus verbis transponit. De locutione *ad similitudinem* vid. Burman. *ad Suet.* in *Caesar. Cap.* 84.

§. 9.

Dum domi sit, non abesse.] *L.* 34. *pr. h. t.* (1).

(1) Hujus §. lectionem contra Haloandrum defendit Marckart. *Probab. rec. lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 100. *seq.* add. Burman. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 12. *Cum commeatu* tamen legere quoque vult Gebauer. *in not. ad h. l.* putans, τὸ *cum*, vel *com*, latere in *commeatu.*

L. XXXVI.

ULPIANUS *Lib.* VI. *ad Legem Julian & Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. Cap.* 18. Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 318. (1).

(1) Vid. & Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 35. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 507. & Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 16. §. 1. *p.* 69.

L. XXXVII.

PAULUS *Lib.* III. *ad L. Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. & Heinecc. *dd. locc.* (1).

(1) Add. Ramos del Manzan. *d. loc.* De verbis *ultra tempus a Constitutionibus concessum* vid. & Burgium, *Elector. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 324. & Bav. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Cost. ad illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 3.

L. XXXVIII.

ULPIANUS *Lib.* VI. *ad Legem Juliam & Papiam.*] Jac. Gothofred. & Heinecc. *dd. locc.* (1).

Si cui in provincia sua Princeps adsidere speciali beneficio (2) *permiserit:* &c.] Taxat haec Groenewegius. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Add. Ramos del Manzan. *d. loc.*
(2) Vid. Joh. Dider. van Leeuwen, *Diss.* II. *de Juris Studiosis, Cap.* 2. §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 371. & Pothier. *in not. ad h. l.* — De verbis *si quo deflexerit* in *seq.*

§. 1., quae alii varie corrigunt, vid. Brenchm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXXIX. (1).

Is, qui Reipublicae caussa absuturus (2) *erat, si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui non auditur.*] Nisi is solvendo non sit (3), vel culpa careat. Ita fere Bachov. *de Action. Disp.* III. *Thes.* 28. Perez. *ad h. t. Cod. num.* 6. Duarenus vero, & Charondas referunt ad restitutionem praesentis contra absentem (4). Sed tenor Legis repugnat.

(1) Jungit *L.* 54. *de re judic.* Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 4. & *ad Paul. Sent.* I. 13ᵃ. *not.* 17. in *Jurisprud. Antejustin. p.* 249.
(2) Flor. *afuturus.* Vid. notata superius ad *L.* 8. §. 3. *de procurator. not.* 2.
(3) Sic etiam Legem hanc cum *L.* 26. §. 9. *h. t.* conciliat Voet. *ad h. t. num.* 4. & Westenberg. *ad eund. tit.* §. 18. quos sequitur Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach. Hellfeld, hoc tit. p.* 381. *in not.* Aliter Cujac. *Obs.* XIX. 14. qui distinguit inter Legatum, qui Reipublicae caussa abest, eumque qui Legatione pro Civitate functus est. Aliter etiam Dompierre, *d. loc. p.* 391. *seqq.* qui distinguit inter procuratorem judicialem & extrajudicialem.
(4) Sic etiam Noodt. *ad h. t.* vs. *Fit igitur* &c. Alios citat Gluck. *loc. modo laud.*

L. XL.

§. 1.

Ab alio usurpatum *ex bonis,*] Basilic. διὰ χρήσεως κομισθέντων (1).

Suae caussae restituendum est.] *L.* 26. §. 1. *h. t.*

(1) De voce *usurpatum* vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 17. *not.* 9. in *Jurispr. Antejustin. p.* 256. Quidam ad hunc §. monuit quoque Nic. Anton. *de Jurib. Exul.*

Exul. II. 16. *num.* 19. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 91, *seq.* — In *pr. h. l.* pro *non peremitur*, ut Flor. scriptum, Hal. & Vulg. habent *non perimetur.* Sed vid. notata superius ad *L.* 4. *de transaction.*

L. XLI.

Fideicommissum ab eo *relictum* &c.] Pro *a se* (1).

(1) Quae voces saepe etiam apud alios auctores commutantur. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Caligul. Cap.* 34. *in fin.* aliosque citatos superius ad *L.* 51. *de pactis.* Vid. & de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digestor.* & Chesium, *Interpr. Jur.* II. 49. *num.* 10. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 564.

L. XLII.

Qui sui privati negotii caussa in Legatione *est,*] Legationem *liberam* intelligere videtur, de qua passim Cicero (1).

(1) Conf. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 8. §. 5. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1679. & T. J. Pigeaud. *Diss. de Vespasiano Imp. ejusq. Jurisprud. Cap.* 2. §. 5. Lugd. Batav. 1762.

L. XLIII.

Introducere utilem actionem.] Perit enim negotium defectu conditionis. *L.* 17. §. 1. *L.* 41. *h. t.* add. D. Goth. *in not.* (1).

(1) Qui verbotenus descripsit Cujacium, *Tractat.* VII. *ad African. in expl. h. l.* add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. Noodt. *ad h. t.* vs. *Quidquid est:* &c. Dompierre, *d. loc. p.* 413. *seq.*

L. XLVI.

Qui Reipublicae caussa &c.] Facit *L.* 28. *in fin. h. t.*

TITULUS VII.

DE ALIENATIONE JUDICII MUTANDI CAUSSA FACTA.

Symmach. *Epist.* X. 45. (1). Titulus hic quo modo differat a titulo Codicis *ne lic. potent. patrocin. litigant. praest.* docet Cujac. *Obs.* VIII. 31.

(1) Locus descriptus est a Grotio, *in Flor. Sparsion. ad h. tit. p.* 131. — Cur hoc Edictum primum propositum sit, deinde etiam a Juliano Edicto Perpetuo insertum, & quis sit hujus Edicti usus jure novissimo, docet Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 10. — An usu veniat hoc Edictum in *actione mere personali*, disquirit Noodt. *ad h. t.* vs. *Vetat igitur Praetor*, &c. add. Dompierre, *d. Specim. de Restitutionib. in int. p.* 433. *seq.* — De voce *Proconsul* in *L.* 1. *pr. h. t.* vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1446. *seq.*

L. III.

Et potentiori pares esse non possumus.] Hesiod. Ἔργ. κ. ἡμ. 208. add. & Mornac. *h.* (1).

(1) In *seq.* §. 2. pro *qua si tecum ageretur* Hal. & Vulg. habent *quia si tecum* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Neque cum eo, cui id alienaveris, quia ei nunciatum non sit (1).] Contra *L. ult. de oper. nov. nunc.* Resp. Glossa, ibi emtorem nunciationem scivisse, hic non: quod non improbat Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1223. non tamen ipse videtur sibi satisfacere. Pacius, III. 4. 12. & Hilleger. *ad Donell.* XV. 45. dicunt, eum teneri, ut patia-

tur tolli, non ut ipse tollat, & sic conciliant. Vid. & Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L. 8. in fin. de oper. nov. nunc.* (2).

(1) De constructione τοῦ *quia* cum Subjunctivo vid. notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de Just. & Jur.*

(2) Quocum facit Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *in fin.* Nic. Catharinus, *Obs. & Conject.* II. 29. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781. pro *dicitur te hoc judicio teneri* legit *non teneri.* Quem refutavit Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 7. §. 4. *p.* 401. ipse tamen verius putat, JCtos Vett. hac in re dissensisse. Vid. & van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 1. Aliter etiam Panciról. *Thes. Var. Lect.* III. 2. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1408. *seq.*

§. 5.

Recte dicitur, denegandam esse adversus eum ex hoc Edicto actionem.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 32. *Def.* 23. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Non minus aequum est,* &c.

L. IV.

§. 1.

Non tamen ejus factum improbat Praetor, qui tanti (1) *habuit re carere,* &c.] Add. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de his qui potent. nomin. in lit. praetend.* [*Tom.* I. *p.* 179.]

(1) De hac locutione agit Curtius, Εἰκαστῶν, I. 46. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 134. Praecedit in Lege: *neque enim alienat, qui duntaxat omittit possessionem:* ubi pro *omittit* Leunclav. *Notator.* II. 140. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1533. legi vult *amittit:* minus recte. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 119. *de reg. Jur.* Praeterea ante verba *sunt & alia complura talia* olim forte ab Ulpiano quaedam scripta fuisse, quae intercide-

 rint,

rint, notat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. Vid. & Noodt. *ad h. t.* vſ. *Nondum abſolvi* &c. Aliter Pothier. *in not. ad h. l.* quem vide. Pluribus de hoc §. quoque diſputat Dompierre, *d. loc. p.* 425. *ſeqq.*

§. 2.

Alioquin, cum quo in rem agebatur, inquit, ſi poſſeſſione ceſſet, non tenebitur.] Id verum fuiſſe videtur tempore Pedii, cujus aetate nondum erat factum SCtum, de quo *L.* 20. §. 6. *de hered. petit.* quod per interpretationem productum ad reivindicationes. *L.* 27. §. 3. *de reivind.* add. Bertrand. *de Juris perit. p.* 282. *ſeq.* Unde errat Zoeſius, *ad h. t. num.* 2. dicens, id demum Jure Codicis introductum. Poſſet & quis haec verba *non tenebitur* exponere, ſcil. *hoc Edicto* (1). Sed prius magis placet ob rationem temporum, & magis ſtringit. Vid. & Struv. *h. Theſ.* 93.

(1) Sic Noodt. *ad h. t.* vſ. *Hactenus de conceptione* &c. in fin.

§. 3.

Dominio in eos plerumque ex juſta cauſſa tranſlato.] Suſpecta haec mihi (1).

(1) Et Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* qui *ibid.* notat, in praecedentibus verbis *ceterum* pro *alioquin* dici, quod etiam obſervat Noodt. *Obſ.* II. 14. — Speciem ſequentis §. 4. dat Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 6.

Sed rei perſecutionem arbitrio Judicis continet:] A parte actoris. Sic *L.* 14. §. 2. *quod met. cauſſ.*

Quare & heredi dabitur:] Sic *L.* 11. *de reb. auct. Judic. poſſid.*

In heredem autem,] Eſt enim poenalis a parte rei (1).

Hu-

Huber. *Eun. Rom.* h. quia adjunctum habet factum atrox. Vid. eum late.

(1) Sic etiam Noodt. *ad h. t.* vſ. *Ex his liquet* &c. & Pothier. *in not. ad h. l.* add. P. J. de Fremery, *Diſſ. de Rationib. Vett. JCtor.* p. 87. *& in not.* Alii tamen hanc actionum diviſionem non admittunt, in quibus etiam eſſe videtur Dompierre, *d. loc.* p. 437. — *Similis* in *ſeq. L.* 5. intelligendus, qui ſimilis eſt heredi, qualis eſt bonorum poſſeſſor. Dompierre, *d. loc.* p. 438. add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict. in expl. ej. l.*

L. VI.

Vel poſt annum,] Putat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 89. *error.* 6. inde hoc eſſe, quia habet reiperſecutionem, non ſui natura, ſed officio Judicis: male. Vid. Bachov. *Adv. Fab. d. loc.*

L. VII.

Videtur autem ex delicto dari.] Haec ratio non ſemper (1) vera, aliam dedi ad *L.* 4. *in fin. h. t.* Vid. ad *L.* 1. *de priv. delict.*

(1) Forte cogitavit de *condictione furtiva*, quae ſecundum Schultingium & datur adverſus furis heredem, & ex delicto oritur. Vid. *ej. Theſ. Controv. Dec.* 45. §. 3. *&* 5. Sed falli hac in re Virum Summum infra oſtendemus.

L. VIII.

§ 1.

Quaeve alienatio &c. (1).] *Quae alienatio*, deleto *ve*, Noodt. *ad h. t.* vſ. *Alterum Edicti caput* &c. (2).

(1) In ſeqq. verbis *id eſt, ſi futuri* &c. τὸ *ſi* abeſt apud Hal. Sed recta eſt Flor. & intelligenda verba *alienatio facta erit*. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Quem etiam vid. de *ſeq.* §. 2. *ibid.* vſ. *Hactenus* &c. & de §. 3. *ibid.* vſ. *Superiori dubitationi* &c.

 add.

add. Cujac. *ad Lib. XII. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. X.

Nam & si obligatus solvero, quod a me petere velles, huic Edicto locus non erit.] D. Goth. *in not.* „ Cur? quia solvi id, quod debui. " Id est, qui solvit, quod debet, non agit contra Edictum, quo alienatio *judicii mutandi caussa* improbatur: non enim alienat, scil. judicii mutandi caussa. Simpliciter vero alienat: solutio enim semper est alienatio. *L.* 14. §. *ult. de solution.* (1).

(1) Ad *seq.* §. 1. Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Secundo Edicti capite* &c.

L. XI.

IDEM *Lib.* V. *Opinionum.*] Alium hunc Ulpianum (1) fuisse, & sub Constantino vixisse, putat Jac. Gothofred. *ad L.* 61. *de reg. Jur.* Vid. de hac Lege Noodt. *ad h. t.* vs. *Prohibuit igitur* &c. (2).

Quas sibi donatas esse dicebat.] Ab illo, qui ipse alioquin erat acturus. Ita Graeci. [Tom. I. p. 718.] Nec obstat *L. unic. Cod. ne liceat potent.* &c. Nec enim miles statim est potentior. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1221. capit. de reo. Sed & de actore *L. seq.*

Priorem dominum experiri oportere:] Basilic. ἀλλ' αὐτὸς κινείτω, καὶ πρᾶγμα δωρείσθω τῷ στρατιώτῃ.

Ut rem magis, quam litem &c.] Ut *Auth. nunc si. Cod. de Litigios.*

(1) Minus recte. Vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 26. *not. z. p.* 471. edit. Stockman.
(2) Vid. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult.*

L. XII.

Si quis judicii communi dividundo evitandi caussa rem alie-

alienaverit,] Contracta fiducia, Menard. *ad Ciceron. pro Rosc. Comoed. Cap.* 6. quod non probo (1).

Verbi gratia, ut potentior emtor per licitationem vilius eam accipiat, & per hoc iterum ipse recipiat.] Haec verba post τὸ *alienaverit* collocanda, putat Ranchin. *Var. Lect.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 971.] Sed est *Synchusis*. Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Nunc venio* &c. & *Obs.* II. 26. (2).

Si agere velit,] Ea scil. recuperata. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1225.

Is vero, qui emit, &c.] Vid. Bachov. *d. loc. p.* 1226. Inhibita & talis alienatio. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 44.

(1) Quae fuerit illa Lex Licinnia, vel Licinia, cujus mentio fit in seqq. verbis, inter Interpp. non convenit. Varias conjecturas recenset Jo. Traug. Schoen. *Diss. de Poena Legis Liciniae ex L. ult. D. de alien. judic. mut. causs. fact.* Lipsiae. 1771. Cujus Dissertationis epitome est in Schotti *Unpartheyische critik ueber Jurist. Schrift. Tom.* XXXIV. *p.* 356. Pothier. *in not. ad h. l.* putat, latam hanc Legem esse a Licinio Crasso, & Q. Mucio Scaevola, Coss. sed non probat.

(2) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. *ult. in fin.* & vid. de hac Lege quoque Dompierre, *d. loc. p.* 440. *seq.*

TITULUS VIII.

DE RECEPTIS, QUI ARBITRIUM RECEPERUNT, UT SENTENTIAM DICANT.

De receptis arbitris, & qui &c. edit. Accurs. Noodt. *ad h. t. pr. De receptis arbitriis, & qui* &c. qui tamen Florentinam deinceps probat (1). Graeci [*Tom.* I. *p.* 240.] περὶ δοκιμασίας μεσιτευόντων, καὶ αἱρετῶν δικαστῶν. Inter *recipere* & *suscipere* distinguit Cicero, *Divinat. in Q. Caecil.*

Cap. 8. Ego in hoc judicio mihi Siculorum caussam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror.

(1) *De receptis*, scil. arbitriis. Forner. *Rer. Quotid.* II. 1. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 161. Aliter Nerius, *Analect.* I. 22. in eod. Thes. *ibid. p.* 354. & Leunclav. *Notator.* I. 19. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 1507. Nihil videtur mutandum: aetate enim Justiniani, collapsa jam lingua Latina, *arbitria*, seu, *compromissa*, dicebantur *recepta*. Vid. *L.* 14. *pr. Cod. de Judic.* Unde vox *arbiter* derivetur, vid. apud Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 2. — *Legem* 1. *h. t.* Cujacius *ad Lib.* II. *Paul. ad Edict. in expl. ej. l.* refert ad *cautionem Judicio sisti. Ad similitudinem judiciorum* &c. Non tamen in omnibus. Vid. Ant. Faber. *in Ration. ad h. l.* Maran. *in Paratitl. ad h. t.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Reliquum* &c. *Compromissum* a Graecis passim appellari τὸ αἱρετὸν δικαστήριον, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In seq. *L.* 2. intelligenda exceptio *judicati*. Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Maran. *d. loc.*

L. III.

Tutelae absolveretur,] *Tutelae actione*, Basilic. & in Schol. [*Tom.* I. *p.* 260.] id videtur hic singulare: ut fluctuent.

§. 1.

Quoniam haec res libera & absoluta est,] *Voluntariae Jurisdictionis*, Pollet. *Hist. For. Rom. p.* 393. [ed. Duac. 1576.] male (1).

Aequissimum fore, Praetorem &c.] Add. Goris, *ad Consuet. Velav. tit.* 22. *art.* 2. *gl.* 1. (2).

(1) De voce *disceptator* quaedam notat Curtius, Εἰκαστῶν, II. 37. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 177. *seq.*

(2) In seq. §. 2. pro *pecunia*, ut Flor. est, Hal. & Vulg. habent *poena*. Sed Florentinam praefert Noodt. *ad h. t.* vs. *Non ad haec* &c.

§. 3.

§. 3.

Nisi forte sit in aliquo magistratu positus,] Quo casu arbitrum sententiam exsequi posse, censet Rittersh. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 5. *num.* 38. De quo dubito (1).

(1) Pro *quoniam* in hoc *imperium non habet* Vulg. habet *in hos.* Basilic. κατὰ τούτων. Forte C, Graecorum sigma, hic loco *S* positum. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 46. *de orig. jur. not.* 1.

L. IV.

Aut pari imperio nullo modo possunt cogi.] Dion. Halicarnass. *Antiq. Lib.* VIII. *p.* 540. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & de Retes. *Opusc.* VIII. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 394. Ceterum Flor. olim erat *imperia*, sed recens manus fecit *imperio*, & ad vocem *superiore* literam *s* adjecit: quorum alterum Taurellius recepit, alterum non. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spangl. qui forte legendum conjicit *magistratus superiores, & paria imperia* &c.

L. VI.

Nam & Judicem eum esse posse, &c.] Add. *L.* 77. *de Judic.* (1).

(1) Et Averan. *Interpr. Jur.* I. 5. aliosque citatos superius ad *L.* 10. *de jurisdict.*

L. VII.

An libertinus sit,] Hos quoque Judices esse potuisse, colligas ex Ciceron. *pro Cluent. Cap.* 42.

Integrae famae quis sit arbiter, an ignominiosus.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Edictum tale fuit* &c. circa fin. De *seq. L.* 8. vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. IX.

L. IX.

Si liber factus fecerit &c.] *Recepit* fuisse olim, putat Brencman. *Hist. Pand.* II. 6. *p.* 171.

§. 2.

Si quis judex *sit*, &c.] *Pedaneus*, Huber. *Eun. Rom. h.* bene. Petr. Chrysologus, *Serm.* 162. apud Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 266. — Non autem qui arbitrium recepit, eo non peracto, vetatur esse Judex. Cujac. *ad L.* 2. *Cod. de edend.* (1).

(1) *Legem Juliam*, cujus hic mentio fit, esse *Juliam privatorum Judiciorum*, recte observat Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 7. notante Noodtio, *ad h. t.* vs. *Edictum tale fuit* &c.

§. 3.

Ut puta si sordes, aut turpitudo arbitri manifesta sit.] Et pars altera nolit, eum sententiam ferre. Ita non obstat *L.* 3. §. 1. *h. t.* Bachov. *ad* [illegible] *Pand. p.* 1269. (1).

(1) De *seq. L.* 10. vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. XI.

Litigatores ierint,] Non, si quid petierint, quo caussa principalis non avocatur. *Consil. JCtor. Batav.* 11. III. 179.

§. 2.

Non si utrimque poena &c.] Id est, *non tantum si* &c. (1).

(1) Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Non ad haec* &c. & notata superius ad *L.* 17. *de Legib. not.* 1. — De *seq.* §. 3. vid. Noodt. *d. loc.* vs. *Vult igitur Praetor* &c. — De *seq. L.* 12. vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. XIII.

L. XIII.

§. 1.

Idem Pomponius scribit: &c.] Vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Ut igitur* &c. (1).

Quia is, qui convenitur, tutus est veluti pacti exceptione;] *L.* 5. *Cod. h. t.* Tricatur Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1249. (2).

(1) Sequitur in Lege: *Sed cui rei moveatur* &c. Pro quo forte legendum *sed cujus rei*, scil. gratia, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Graecismum esse, censet Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 28.

(2) Ad *seq. L.* 14. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 354. *seq.* Pro *dies statuere* alii habent *diem*, quod etiam mavult Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XV.

Et id *Labeo.*] *It.* Charond. qui inde facit *ita* (1).

(1) Subaudi potius *ait*, *scribit*, aut simile verbum, quod saepe omittitur. Vid. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 5. *p.* 32. — In *seq. L.* 16. §. 1. verbis: *quod si potest, quare non cogat eum, cum potest, proferre? quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est*, Freinshemius, *in Ind. ad Florum*, voc. *destringere*, τὰ *cum potest proferre* putat ex incuria librariorum, aut marginali nota irrepsisse; & τὸ *interdum* pro *interim* accipit. Posterius notavit quoque Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* De voce *districtione* vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XVII. (1).

(1) Ad *pr.* hujus Legis paucula notavit Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digest.* — In *seq.* §. 1. pro *ad arbitriun* alii legunt *ad arbitrium*, immo in Cod. Flor. literam *i* jam dudum deletam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *arbitrium* praeferre videtur Gebauer. *ibid.*

§. 5.

§. 5.

Si in duos fuerit sic compromissum, &c.] Bene haec cohaerent. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1) De sententia hujus §. junct. *seq.* §. 6. disputat Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit.* p. 83. *seq.* qui etiam alios citat. Ipse verba *non valere* idem significare putat, quod *effectu destitui*. Vid. & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 13.

§. 6.

Propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem.] Facit huc Cicer. *de Nat. Deor.* III. 1. *Cum autem suo cuique judicio sit utendum, difficile factu est, me id sentire, quod tu velis.*

Sed usitatum est &c.] Quidquid sit de rigore Juris. Quod habet Nerius, *Analect.* I. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 353. *seq.*] non valde magni momenti est.

Si non consentiant, tertiam certam personam eligere, &c.] Idem servandum in casu, quo ex arbitrio peritorum ferenda sententia. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* I. *Cap.* 3. *num.* 20.

§. 7.

Alioquin, absente eo, licet duo consentiant, arbitrium non valere:] Aliud statuitur *Cap. ult. de arbitr. in* VI. Jus Civile merito praefert Huber. *Eun. Rom. h.*

Et potuit praesentia ejus trahere eos in ejus sententiam.] Fab. *in Cod. h. t. Def.* 3. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 1. *Def.* 14. Exceptio *L.* 32. §. 13. *h. t.* — D. Goth. *in not.* „Unius interdum sententia alios dissentientes in rectam viam retrahit. Sic &c. uni Paphnutio Nicena Synodus consensum praebuit. Sozomen. I. 23." add. Socrat. *Hist. Eccles.* I. 11. ubi Valesius eam historiam habet suspectam. Vid. & eum *ad Sozomen. d. loc.* (1).

(1)

(1) Sequens *L.* 18. Flor. ita inscribitur: POMPONIUS *Lib.* XVII. *Epistularum* & *Variarum Lectionum.* Apud Hal. τὰ & *Variarum Lectionum* absunt, eaque suspecta habuit Taurellius. Sed, quidni ea, quae hic traduntur, utroque in loco apud Pomponium exstare potuere.

L. XIX.

Et ideo si sic fuit in arbitrum compromissum, &c.] Aliud in Judice. *L.* 26. *de re judic.* quia ex ejus sententia actio nova judicati oritur: non ita in arbitro, & possunt nihilominus poenam a se invicem stipulari (1).

(1) Adeoque ex propriis conventionibus habere, quod per sententiam arbitri consequi possent. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 10. Paucis de hac Lege egit Cujacius, *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

§. 1.

Dicere autem sententiam existimamus, qui &c.] Quid si de *impensis* non pronunciaverit? Vid. Fab. *Cod. h. t. Def.* 4.

§. 2.

Ceterum si condemnavit, vel absolvit, dum arbiter esse desierit, mutare se (1) sententiam non posse.] *L.* 55. *de re judic. L.* 21. *pr. h. t.* Nec prorogare diem juramenti ex sententia praestandi. Cyriac. *Controv.* 348. (2).

(1) Τὸ *se* pravam geminationem esse sequentium literarum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De verbis *Cassius sententiam magistri sui bene excusat* vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Sed in viam* &c. Petr. Nic. Arntzen. *Diss. de Masurio Sabino, Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 14. inde colligit, quoties in Pand. *Sabini* mentio fit, absque praenomine, Masurium Sabinum intelligi debere

(2) Ad *seq. L.* 20. verba *non potest* Graecos quaedam ad-

dé-

dere, notat Leunclav. *Notator.* I. 20. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508.

L. XXI.

Et ideo, quantum ad illam controversiam pertinet, arbiter esse desierat.] *L.* 19. *in fin. h. t.*

§. 3.

Pomponius ait, inutiliter arbitrum incertam sententiam dicere; ut puta, quantum ei debes, reddas &c.] Vid. *tit. Cod. de sent. quae sine cert. quantit.* (1).

(1) *Seq.* §. 5. explicuit Cujac. *ad Lib.* III. *Papin. Quaest.*

§. 6.

Plenum compromissum appellatur, &c.] Alio sensu *plenum compromissum* dicitur in *L.* 11. §. 2. *h. t.* & *L.* 31. *in fin. eod.* (1).

(1) Add. Pothier. *ad h. t. Sect.* 1. *num.* 3.

§. 9.

Si quis ex litigatoribus adeo *non adfuerit*, &c.] Al. editt. *ideo non adfuerit* &c. (1).

Poenam committi] Summo jure.

Sed, si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari,] Ex mera aequitate. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* ubi Fabrum notat, qui Triboniano quaedam hic adscribit.

Aut exceptione tutum fore.] *L.* 4. §. 2. *de dol. mal. & met. exc.* (2).

(1) Sic Flor. & in aliis quoque editt. Gothofredi, ut vitium typographicum videatur. Paucula ad hunc §. notavit Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digest.*

(2) Ad verba *seq.* §. 10. *ut in secessibus soleat agere* vid. Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 72. add. Freher. *Parerg.* II. 22. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 935. & Perrenon. *Animadv.* II. 11. in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 643.

§. 11.

Puta in popinam, &c.] Vid. ad *L.* 43. *de rit. nupt.* (1).

(1) Vid. & Merill. *Obs.* II. 12. & Th. Jo. Pigeaud. *Diss. de Vespasiano Imp. ejusq. Jurisprud. Cap.* 2. §. 2. Lugd. Batav. 1762.

§. 12.

Et tamen, inquit, & (1) *si dederit ante acceptum judicium, agi ex stipulatu non poterit.*] Add. *L.* 84. *de verb. oblig.*

(1) Illud *et* abest in ed. Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de *h.* §. & *seq. L.* 22. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. XXIII.

Sin autem oblatum accepit, &c.] Facit *L. ult. in fin. de eo quod certo loco* (1).

(1) Pro *intra Kalendas Septembres*, ut Flor. est, Hal. habet *Septembris*: male. Vid. notata superius ad *L.* 5. *de feriis, not.* 1. — Ad *seq.* §. 2. vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Intellecto* &c. & ad *seq.* §. 3. vid. Chesium, *Interpr. Jur.* II. 48. *num.* 6. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 561. *seq.*

L. XXIV.

Sed si postea &c.] *L. praec.* §. 1. (1).

(1) Ad *seq. L.* 26. vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. XXVII.

§. 1.

Si heredis mentio, vel ceterorum facta in compromisso non

fu-

fuerit, morte solvetur compromissum.] Hinc explicanda *L.* 32. §. 10. *h. t.* Si tamen semel dicta sit sententia, heres, nisi ei pareat, in poenam incidit. *L.* 37. *h. t.*

§. 2.

Stari autem debet sententiae arbitri, quam de te (1) *dixerit, sive aequa, sive iniqua sit: & sibi imputet, qui compromisit.*] Et hoc rectius, quam *reductionum* crebr usus. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Flor. olim fuit *quamdarexerit*, sed subantique correctum *quam vere dixerit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui vulgatam lectionem *quam de re dixerit* probat.

§. 3.

Si plures arbitri fuerint, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

Et Julianus scribit, quinque debere praestari:] Vid. D. Goth. *in not.* add. Mornac. *h.* Covarruv. *Var. Resol.* I. 2. *num.* 8. (1). *L.* 38. §. 1. *de re judic.*

Quia in hanc summam omnes consenserunt.] Plures tamen in *decem.* Vid. Grotium, *in Flor. Sparf. ad h. p.* 132 *seq.* & *de Jure Bell. ac Pac.* II. 5. 19.

(1) Vid. & Cujac. *Obs.* XII. 16. & Nerium, *Analect.* I. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 365. Pluribus de re quoque disputarunt Hann. Theod. Bosch, *Diss. de Dissonis Judic. Sententiis*, Lugd. Batav. 1761. & Lud. Joh. Dav. Boyer, *Diss. exhib. necessitatem Judiciorum, & quid justum sit in pluralitate & paritate suffragiorum*, &c. Lugd. Batav. 1784.

§. 4.

Nisi in compromissis hoc specialiter expressum sit, ut vel uno, vel utroque absente, sententia promatur.] Frustra haec Triboniano imputat Faber. Vid. Huber. *Eun. Rom. h.* (1).

(1)

(1) De verbo *arbitratur*, quod in pr. hujus §. passive sumitur, vid. Bynkersh. *Obs.* I. 25. add. notata superius ad *L.* 19. *de Jurisdict.* — In seq. §. 5. *sapientibus* esse *scientibus*, & *intelligentibus*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. L. 28. vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.*

L. XXIX.

Adversus sententiam arbitri fit, &c.] Amplia ex *L.* 21. §. 1. *h. t.* (1).

Nam τῇ δυνάμει, id est, potestate (2), *a reo petit.*] Add. *L.* 34. *pr. h. t.* Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 17. §. *ult. ad SCtum Vellej.*

(1) Sequitur in Lege: *& puto, committitur.* Pro quo Alciat. *Dispunct.* II. 9. legit *& putat Julianus, committi.* Sed, nescio quo auctore. Hal. pro *committitur* habet *committi*, & sic etiam Taurellius, in margine.

(2) Non exstat haec versio in Cod. Flor. De ipsa hac locutione vid. Curtium, Εἰκαστῶν, I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 113. & Bynkersh. *Obs.* VII. 25. *num.* 5.

L. XXX.

Lite apud Judicem suo ordine peragenda.] Forte a Triboniano (1). Nihil autem hic á ratione alieni. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Hoc etiam putat Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict.* *in expl. h. l.*

L. XXXI.

Ex doli clausula poterit conveniri:] Haec sunt in Basilic. (1), & sunt necessaria.

Hoc autem compromissum plenum est,] Alio sensu *L.* 21. §. 6. *h. t.*

(1) Etiam in Cod. Flor. Sed apud Hal. absunt.

L. XXXII. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Cujacius, *ad Lib.* XIII. *Paul ad Edict.*

§. 1.

Si poena commissa sit.] D. Goth. *in not.* „ *Nisi poena*, ut *L.* 11. §. 1. *eod.* (1) male, per *L.* 34. *in fin. h. t.* (2). Basilic. [*Tom.* I. *p.* 252.] μετὰ τὸ βεβαιωθῆναι τὴν ποινήν.

(1) *Nisi poena compromissa sit* jam legisse Accursium, teste Russardo, eamque lectionem etiam quaedam MSS. habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Add. Cujac. *d. loc.* Leonin. *Emend.* VII. 22. & Augustin. *Emendat.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512. — In *seq.* §. 2. pro *non erit pecunia compromissa* Graecos legisse *non erit poena compromissa*, putat Leunclav. *Notator.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508. *Poena compromissa* habet Hal. *Poena commissa* Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Sed pendeat, an ex eo &c.] *L.* 11. §. 5. *h. t.*

§. 4.

Sacerdotio obveniente,] Vid. *L.* 18. *de procurator.* (1). *Id enim non tantum honori personarum, sed & majestati Dei indulgetur:* &c.] *Non enim tantum honori personarum, quantum majestati Dei indulgetur*, &c. Constantinaeus, *Subtil. Enodat.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 599.] sine ratione, vel auctoritate.

(1). Basilic. *Tom.* I. *p.* 252. ἐὰν ἱερεὺς ἢ ἀρχιερεὺς γένηται.

§. 6.

Vetare debet Praetor sententiam dicere, nec dare dic-
tam

tae (1) executionem.] Vid. Sande *Decis.* V. 8. *Def.* 6. Sed vid. Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Tò *dictae* in Pand. Flor. adjectum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Alii etiam addunt *sententiae.* Vid. *ibid.*

§. 7.

Idem dicendum est, in populari *actione.*] D. Goth. *in not.* „ Al. *pupillari.*" & Basilic. [*Tom.* I. *p.* 253.] Sed male (1).

(1) Add. Leunclav. *loc. modo cit.* II. 13. *p.* 1506. ubi notat, earumdem vocum permutationem etiam alibi a Graecis factam esse. *Judices majores*, quorum mentio fit in praecedentibus verbis, Noordkerk. *de L. Petron. p.* 66. intelligit *Centumviros.* Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 10. *p.* 93. *Consulem*, aut *Praesidem Provinciae.* Vid. & Idem, *de Caussis Centumviral. ibid. p.* 261. Eodem modo Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ.* II. 21. *p.* 301. *fin. & seq.* aliique, quos citat van Leeuwen, *Diss.* II. *de Juris Studiosis*, *Cap.* 1. §. 3. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 392.

§. 9.

Item si qui (1) *Romae compromiserit*, &c.] Vid. Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 16. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 32. *seq.*]

Sed si nunc in legatione compromittat, puto, cogendum arbitrum sententiam dicere:] D. Goth. *in not.* „ Cur ita? vid. *L.* 2. §. 4. *de judic.*" add. *L.* 25. *eod.*

Quod facere ei licet.] *Non licet*, Cujacius, *Obs.* XXII. 22. (2). Vid. D. Goth. *in not.*

Quam si se defendat.] Id est, reus sit, non actor. Cujac. *d. loc.*

(1) Hal. & Vulg. *quis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. &

& Spang. qui locum sic interpungit: *item si*, *qui* &c.
(2) Reprehensus propterea a Suetin. *loc.* a *Schult. cit.* Sed *non licet* probare quoque videtur Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 10.

Qui cum defuncto compromiserat,] Facta utrimque heredum mentione. *L.* 27. §. 1. *L.* 47. *L.* 49. §. *ult. h. t.*

§. 11.

Dies compromissi proferri potest, &c.] Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1253.

§. 13.

Ut quam quilibet, *vel unus dixisset sententiam*, &c.] *Quam* abest a Cod. Flor. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 15. *num.* 8. *ut quilibet & vel unus si dixisset* &c. (1) *Quilibet vel unus.* Sic vetus formula *ambo alterve*, de qua Fornet. *Selection.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 14.]

(1) Aliter Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 10. §. 8. Sed vid. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 28. §. 3. *p.* 138. *seq.* qui Lectionem Florentinam tuetur; & Marckart. *Interpr. rec. lect.* L. 20. §. 4. *p.* 135. qui defendit τὰ *eo staretur*, pro quibus alii reponunt *ei staretur.*

§. 14.

Imperator Antoninus subscripsit, &c.] Judici alioquin non licuisset absolvere. Quinct. *Instit. Orator.* VII. 4. *p.* 542. [ed. Burman. *p.* 628.] (1).

Per hanc ergo exceptionem quaedam appellandi species est, &c.] Suspecta haec Fabro, *in Rat. ad h. l.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 13.

§. 16.

§. 16.

Quaesitum est de sententia dicenda? &c.] Huber. *Eun. Rom. h.* paucis.

Licet de quibusdam variatum sit:] *A quibusdam*, Pratej. *Jurispr. med.* III. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 572.] qui & alia hic carpit: non recte.

Parendum esse sententiae:] *Non esse*, Pratej. *d. loc. Cap.* 30. Basilic. etiam negant. *Parendum esse sententiae, Pedius negat: Idem Pedius probat*, &c. Suerin. *Repet. Lect. Cap.* 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 34.] ex MS. (1).

(1) Jac. Voorda, *Elect. Cap.* 5. *p.* 61. secutus Cujacium, *Obs.* XXII. 24. putat, verba *idem Pedius probat* ad priorem Juliani definitionem revocanda, non ad eam, quae proxime praecedit. Cujacium refutavit Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 7. *p.* 62. *seqq.* qui geminatis ultimis literis in *probat* sic legit: *Idem Pedius probat. At ne* &c. Sed Cujacium contra Virum Ampl. defendit P. J. de Fremery, *Diss. de Rat. Vett. JCtor. p.* 35. *seq.* Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.*


§. 18.

Potest jubere, ipsos etiam adesse.] An quia procurator hic non est dominus litis? Ita Brunneman. *h.* quod non probo (1).

(1) Ad edit. in 4to addidit: *Ob L.* 1. *h. t.* Pro *procuratores suos*, ut Taurellius edidit, in edit. Geb. & Spang. vitiose legitur *procuratorem suos.* Hal. *per curatores suos.* Vulg. *per procuratores suos.* Vid. Brencm. *h.*

L. XXXIII.

Arbiter ita sumtus ex compromisso, ut & diem proferre possit, hoc quidem facere potest:] Non partes. *L.* 32. §. 11. *h. t.*



Referre autem &c.] D. Goth. *in not.* „ *Anteverten* Cujac. *Obs.* III. 7." (1) add. Festum, h. voc. *Refer* *diem proditam, id est, anteferri* &c.

(1) Et *ad Lib.* I. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.* add Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 9. *circa fin.*

L. XXXIV.

Si duo rei sunt, &c.] Vid. Noodt. *de Pact. & trans act. Cap. ult.* (1). Ludov. Vital. *Lect. Variar.* I. 8 in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 633.] non recte.

Alias nec a te petitur, nec ego peto, nec meo nomine pe titur, &c.] Vid. *L.* 29. *h. t.* Jac. Gothofred. *Animadv. Cap.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 272. *seq.*] ubi improbat rationem Cujacii, quod sententia arbitri pro veritate non habeatur.

(1) Et Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand. hoc tit.* §. 4.

§. 1.

Nec amplius posse committi, &c.] *L.* 32. §. 1. *h. t.* Facit *L.* 5. §. 2. *judic. solvi.*

L. XXXV.

Praeterquam si fidejussorem dederit, a quo poena peti possit:] *L.* 127. *de V. O.*

L. XXXVI.

ULPIANUS *Lib.* LXXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *de feriis.*

Si feriatis diebus &c.] Vid. Voet. *ad tit. de feriis, num.* 6. (1).

Nisi alia lege eadem dies &c.] Triboniano nonnulli hanc exceptionem adscribunt ex *L.* 7. *Cod. de feriis*; ut Hotoman.

man. *Obs.* VIII. 16. Noodt. *ad tit. de feriis*, vs. *At non ad vindemiarum* &c. & *ad h. t.* vs. *Praeter haec* &c. (2).

(1) Et Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, tit. de feriis, p.* 480. *in not.*

(2) Etiam Brencman. *De Legum Inscript.* §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 170. & Wissenb. *de Emblem. Tribon. Cap.* 1. *p.* 22. *seq.* Contra quem tamen more suo disputat Wybo, *in Tribon. Defens. Cap.* 1. §. 16. *p.* 246. *seqq.* quocum facit Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 245. *in not.* Pro *nisi alia lege* &c. Pothier. *in not. ad h. l. nisi aliqua lege* &c. scil. compromissi. — De *seq. L.* 37. vid. Noodt. *ad h. t.* vs. *Multo minus* &c.

L. XXXVIII.

Arbitri sententiae *stari*,] *Sententia*, Flor. add. Vital. *Lect. Variar.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 631. *seq.*]

L. XXXIX.

Aut operam praebendam pertinent.] Id est, faciendam copiam sui, ut *L.* 21. §. 11. *h. t.* Noodt. *ad h. t.* vs. *Est quoque* &c.

Idem contumaciam litigatoris] *Siquidem contumaciam* &c. Noodt. *d. loc.* qui putat, praecedentia esse Cassii, haec Javoleni.

Arbiter punire poterit,] Cum scil. id ipsi est permissum. Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 1255. *seq.* — Id est, facere ut puniatur; ut *damnare L.* 6. §. 5. *de his qui not. infam.* & alibi. Noodt. *d. loc.* Nec enim ipse damnare potest. add. *L.* 27. §. 4. *h. t.*

Pecuniam cum adversario dari jubendo.] Hoc non potest arbiter, sed Judex. *L.* 2. *Cod. h. t. L.* 27. §. 4. *eod.* add. quod poena commissa solvatur compromissum. *L.* 34. §. 1. *h. t.* unde Noodt. *d. loc.* censet, haec esse a mala manu (1). *Dari.* Al. *dare.*

Quo in numero haberi non oportet, &c.] Sic sibi nocebit, & caussa cadet.

(1) Noodtium sequitur quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Graecos tamen haec etiam habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Varias aliorum de hoc loco sententias recenset Hier. van Alphen, *Diss. de Javoleno Prisco*, *Part.* II. *Cap.* 2. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 77. *seqq.* add. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 34. §. 1. *h. t.*

§. 1.

Alterius mora alterius ad poenam &c.] Lege *mora alteri* &c. (1).

(1) Sic etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quem vide.

L. XLI.

Cum Lege Julia cautum sit, &c. (1).] Vid. Sueton. *in August. Cap.* 32.

Ne minor viginti annis judicare cogatur,] *Potest* tamen. Vid. *L.* 57. *de re judic.* (2).

(1) Sequitur in Lege: *nemini licere* &c. Subaudi *constat*, aut simile verbum. Vid. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 7. *p.* 65.

(2) Add. Noodt. *ad h. t.* vs. *Similis quaestio* &c. & Bynkersh. *Obs.* VI. 17. Late hoc Fragmentum exposuit Matth. Temminck. *ad Fragm. quaed. L. Jul. de Judic. Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 76. *seqq.* — Ad *seq. L.* 42. vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Respons. in expl. ej. l.*

L. XLII.

De rebus controversiisque omnibus] Indefinite (1).

Quod si maligne hoc facit, peterè quidem potest, sed

poenae subjugabitur.] Triboniano adscribit Faber, nec contrarium evincit Huber. *Eun. Rom. h.*

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons. in expl. h. l.* qui etiam paucula notavit ad *seqq. LL.* 47. & 49. *ad Lib.* IV. *Julian. Digestor. Litigium*, qua voce utitur Julianus in *d. L.* 49. *pr.*, an recte dicatur, dubitat Curtius, Εἰκαςῶν, II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 160. Sed etiam Plautum hac voce plus semel usum esse, notat Otto, *ibid.* — De verbis postremis *L.* 50. *ideo, quod non esset arbitro compromissum, ut id haberet*, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. L I.

Quia se facere &c.] *Qua se* &c. Bynkersh. *Obs.* VII. 25. *num.* 3. (1).

(1) Voces *qua*, & *quia* saepe permutantur. Vid. notata ad *L.* 5. *de V. S.* & Drakenborch. *ad Liv.* XL. 29. 8.

L. L I I.

Si qui jussus est arbitro &c.] *Ab arbitro*, ed. Lugd. 1551. ed. Paris. 1527. in 8vo. (1).

(1) Haloand. *Si quis ab arbitro jussus est* &c.

TITULUS IX.

NAUTAE, CAUPONES, STABULARII, UT RECEPTA RESTITUANT (1).

(1) De ratione connexionis inter hunc & praecedentem titulum vid. Cujac. *Obs.* XXIII. 16. & Noodt. *ad h. t. pr.* Eodem ordine hunc titulum in Edicto Perpetuo collocatum fuisse, docet Heinecc. *in Edict. Perpet. restit.* Opusc. Posthum. *Tom.* II. *p.* 426. & 430. Differ-

sertationem ad hunc titulum Pand. conscripsit Jacobus Valckenaer. Lugd. Batav. 1737. Quaedam ad hunc titulum pertinentia, habet quoque Cujac. *Obs.* XXVII. 31. & Heinecc. *in Antiq. ad tit. Instit. de oblig. quae quasi ex del.* §. 5.

Nautae] Fides illis quando habenda, cum a se quid restitutum esse dicunt. Vid. *Cons. JCtor. Batav. Part.* I. *Cons.* 313.

Caupones] Male olim audivere. Const. Apostol. IV. 6. ubi Cotel. De *Cauponibus*, & *Cauponis* multa Salmas. *de Usur. Cap.* 12. *p.* 438. *seqq.* (1). Edict. Theoderic. 119. jurant de sua & suorum conscientia tantum.

(1) Add. Jac. Valckenaer. *d. Diss. p.* 6. *seqq. Caupones*, & *Stabularii* quomodo differant, vid. apud Noodt. *ad h. t.* vs. *Ait Praetor*, &c. & Heinecc. *d. loc.*

L. I.

§. 1.

Ne quem recipiant:] Hal. *ne quaequam* &c. Noodt. *ad h. t. in pr. ne quae* &c. ob *L. unic. furt. adv. naut. caup. stabul.* (1).

Cum ne nunc quidem abstineant hujusmodi fraudibus.] Facit huc Horat. *Lib.* I. *Sat.* 5. *pr.*

Inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Quem locum citat Jan. a Costa, *ad* §. *ult. Inst. de oblig. quae quasi ex del.* (2).

(1) Emendationem Noodtii rejiciunt Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 10. §. 4. & van Dorp, *ad Loc. quaed. Jur. & alia Obs. Cap.* 2. *in fin.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 38. licet rem varie explicent.

plicent. Vid. & Voet. *ad. h. t.* §. 4. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. p.* 112. *in not.* Jac. Valckenaer. *d. Diss. p.* 19. *seq.* Praeterea in praecedentibus verbis pro *ne quisquam putet* &c. legendum *nec quisquam*, vel *neque quisquam* &c. notat Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt. Cap.* 1. in eod. Thes. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 290. Frequens est vocum *ne* & *nec* permutatio in antiquis Codicibus. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 45. 16. add. H. Cannegiet. *Obs.* II. 7. & Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 7. *num.* 3.

(2) Add. Martial. *Epigramm.* I. 57. & III. 57. Vid. & Perizon. *ad Ælian. Var. Histor.* IV 1. *not.* 1. — *Mesonautae*, quorum mentio fit in seq. §. 2., qui sint, inter Interpp. non convenit. Cujac. *Obs.* XXVII. 31. dicit esse, *qui in medio remos agunt.* Alii aliter. Vid. D. Goth. *h. in not.* & Brisson. *de V. S. in voc.* & auctores ibid. citt. ab Heinecc. add. Augustin. *Emendat.* III. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1505. & Jac. Valckenaer. *d. Diss. p.* 13. *seq.*

§. 3.

Ut ναυφύλακες, id est, (1) *navium custodes, & dietarii* (2):] De his Cujac. *Obs.* XXVII 31. (3).

Quamquam ipse navicularius &c.] *Tanquam ipse* &c. Bynkersh. *Obs.* II. 14. (4) ubi & trajectionem tentat. Locus difficilis, quem non satis explicat etiam Bachov. *ad Πρῶτα Pand. p.* 1297. De eo & Noodt. *ad h. t. pr.*

Χειρέμβολον] De hoc Cujac. *loc. cit.* (5). De ἐμβολῇ, & similibus Salmas. *ad Vopisc. in Aurelian. Cap.* 45.

Sed si hoc non exstet, &c.] Lege *sed & si*. Pro *hoc* legit *hic* Bynkersh. *d. loc.* ubi notat, alios pro *exstet* habere *exercet*, vel *est* (6).

(1) Haec interpretatio abest a Cod. Flor. Vid. de his quoque Scheffer. *de Milit. Naval.* IV. 7. *p.* 308.

(2) Olim Florentiae erat *detarii*, sed superscripta est litera *i*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte monet, addi quoque debuisse *a*, ut efficeretur *diaetarii*. Vid. de his quos citat Duker. *ad Opusc. de*

La-

Latin. Vett. JCtor. p. 397. add. Pancirol. Thes. Var. Lect. I. 56. in Jurispr. Rom. & Att. Tom. II. p. 1022. Noodt. ad h. t. vs. Qui sint igitur &c. Jac. Valckenaer. d. Diss. p. 15. Jo. Wunderlich. de Usu Inscription. Obs. 2. Sect. 2. p. 94. seqq.

(3) Et ad Lib. XIII. Paul. ad Edict. in expl. L. 4. h. t.

(4) Quod probat quoque Schulting. in Enarr. h. t. §. 2. Aliter Schroder. Obs. II. 15. p. 198. qui nihil mutat. Jo. Cannegiet. Disq. de Not. p. 350. fin. pro quamquam. legit quemadmodum.

(5) Et ad Lib. XIII. Paul. ad Edict. in expl. L. 4. h. t. add. Bynkersh. loc. cit. Noodt. ad h. t. vs. Qui sint &c. Schulting. in Enarr. h. t. §. 2. Scheffer. de Milit. Naval. III. 1. p. 194.

(6) Vid. & de his verbis Schulting. d. §. 2. in fin. — Ad seq. §. 5. verb. Caeterum, si qui opera mediastini fungitur, &c. vid. Cujac. loc. modo cit. De atriariis vid. & Jo. Wunderlich. d. loc. p. 96. seq. & Jac. Valckenaer. d. Diss. p. 18.

§. 6.

Inde apud Vivianum relatum est, &c.] Noodt. *ad h. t. vs. Deinde ait Praetor &c.* (1).

(1) In pr. hujus §. cujus pro cujusque dici, monet Auctor. Obs. Jur. Civ. Cap. ult. p. 138. & Brencm. h. in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, in Cod. Flor. τὸ cujus recenter in cujusque esse mutatum.

§. 7.

Si ante eas suscepit.] Lege *si a me eas &c.* quod video & notari a Charond. (1).

(1) Sic etiam Schulting. in Enarr. h. t. §. 3. probante Herm. Cannegiet. Obs. II. 3. p. 152. & Pothier. in not. ad h. l. Utramque lectionem juri analogam, putat Wieling. Lect. Jur. Civ. II. 10. §. 7. — In seq. §. 8. adsignatae est traditae. Vid. Cujac. Obs. XII. 8.

L. III.

L. III.

§. 1.

Si vero res perferendas nauta conduxit, ex (1) *locato conveniet ur* &c.] Conf. *L.* 2. *ad L. Rhod. de jactu.*

Ut innotesceret Praetorem curam agere &c.] Flor. *Praetor curam* &c. (2) add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6 [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1279.]

Etiamsi sine culpa ejus res periit.] *Levi* scil. (3) Pertinet huc, quando in locis solitis non adhibuit vadorum peritos. Vid. *Consil. JCtor. Batav. Part.* I. *Cons.* 310.

Nisi si quid damno fatali contingit.] Quo pertinet furtum cum effractura. Grivell. *Decis.* 49.

Non esse iniquum, exceptionem ei dari.] *Ipso jure* tenetur, cum Praetor non distinguat. Aliter Bynkershl *Obs.* VIII. 3.

(1) Sic. Hal. Flor. *et locato.* Ceterum, minus bene Westenberg. *ad h. t.* §. 12. ex hoc §. colligit, *actionem de recepto* nasci ex contractu. Rectius dicitur haec actio neque ex contractu, neque, ut alii volunt, ex quasi contractu oriri, sed ex pacto tacito, Edicto Praetoris confirmato. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 112. *seq.*

(2) Quae lectio retinenda. Est Graecismus, ut apud Virgil. *Æneid.* II. *vs.* 377. *Sensit medios delapsus in hostes*, pro *sensit medios se delapsum in hostes*, notante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de hoc Graecismo Daviss. *ad Ciceron. Tuscul. Quaestion.* IV. 15. *p.* 294. *seq.* & Valckenaer. *ad Herodot.* III. 40. *p.* (194) add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 347. Noodt. *ad h. t. vs. Exposita* &c. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 31. *p.* 407.

(3) Sic etiam Pothier. *in not. ad h.* A & Wieling. *loc. modo cit.* §. 5. ubi dissentit a Noodtio, *ad h. t.* vs. *Exposita* &c. qui *sine culpa* interpretatur, si quid damno fatali contigit. Vid. hac de re quoque Gluck. *Ausfuhrl. erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc tit. p.* 118.

p. 118. *seqq*. & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad Pand.* hoc *tit*. §. 2.

§. 2.

Quo *exercentes negotium* &c.] Al. *qui*. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap*. 1. §. 12. *num*. 5. legit *quando exercentes* &c. (1).

(1) *Qui* probat quoque Wieling. *d. loc*. §. 6. & sic etiam mutatum in Cod. Flor. notat Brencm. *h*. in Corp. Jur. Geb. & Spang. Egit ea de re quoque Waechtler. *in Opusc. a Trotz. edit*, *p*. 456. & *p*. 490. Pothier. *in not. ad h. l.* ait, id est, *ita demum tenentur*, *quum* &c. lectionem tamen forte vitiosam esse, non negat. – De *seq*. §. 4. vid. Noodt. *Obs*. II. 9. & *ad h t. in fin. add*. Regium, *Enantioφ*. II. 7. in Thes. Otton. *Tom*. II. *p*. 1499. & Schulting. *in Enarr. h. t*. §. 5. Pro *haec autem reipersecutionem continet*, &c. Vulg. habet *haec enim* &c. Hal. *haec autem actio* &c.

§. 5.

Sed magis est, *ut vel officio Judicis*, *vel doli exceptione*, *alterutra esse contentus debeat*.] *L. unic*. §. 3. *furt. adv. naut. caup. stab*. Cujacius, *Obs*. VIII. 24. putat, hoc obtinere, quia non contra eundem, sed diversos competunt (1). Huber. *Eun. Rom. h*. putat, id fieri, quia de furto non potest agere, nisi cum interest, quod non est, cum habet duplum: an recte?

(1) Cujacium sequitur van Vianen, *Diss. de Concursu actionum*, *Cap*. 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jur. G. Oelrichs. *Vol*. I. *Tom*. I. *p*. 299. & Gluck. *loc. modo cit. p*. 143. *in not*. qui etiam alios citat. Pothier. *in not. ad h. l*. cum Glossa hanc rationem reddit, quod actio de recepto non jure communi, sed jure singulari, & ex speciali Praetoris providentia competit.

L. IV.

Sed & ipsi nautae furti actio competit, &c. *nisi si ipse subripiat,*] Vid. *L.* 12. §. 1. *de furt.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* — In *seq.* §. 1. pro *caupo cauponis receperit* ope geminationis legendum *cauponis res receperit*, notat Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 4.

L. VI.

PAULUS *Lib.* XXII. *ad Edictum.*] Pertinet *ad L. Aquiliam.* (1).

(1) Vid. Noodt. & Schulting. ad *seq. Leg.* citatos. Ad *actiones noxales* refert Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict.* ubi late hanc Legem explicuit.. Pro *deverteris*, ut Flor. est in *pr.*, Hal. habet *diverteris.* Sed *devertere*, & *deversorium* scribendum, notat Burman. *ad Petron. Satyr. Cap.* 9. *in fin.*

L. VII.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Ubi egit de *L. Aquilia*, & pariter de hoc damno. Noodt. *Obs.* II. 9. *in. fin.* (1).

Et (2) *consenserint Vectores praedictioni.*] Non itaque *semper*; adeoque nec semper verum illud Calpurn. Flacci, *Declam.* V. *Ubi, quid futurum est denunciatum, culpa patientis est.*

(1) Et *ad h. t.* vs. *Satis de actione* &c. & Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 5.
(2) De verbo *praestaturum*, quod praecedit, vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis*, *not.* 3.

§. 2.

Quos vulgo ναυτεπιβάτας (1), *id est, remum pro naulo,*

& vecturae pretio solventes, &c.] Interpretatio haec non est in Cod. Flor.

(1) Sic Florentiae legi notavit quoque Augustin. *Emend.* IV. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1551. Vid. de his Cujac. *Obs.* XXVII. 31. Pro *quod si quis* &c. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legendum putat *et quid si quis* &c.

§. 3.

Si servus nautae damnum dederit, &c.] Vid. Noodt. *ad h. ti circa fin.* (1).

(1) Verba *seq.* §. 6. *proinde, et si servus* &c. sic interpungenda *proinde et, si servus* &c. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 6. Lin. 4. *imprimis*: Ratio postulat *in primis*. Sic igitur ubique legendum, vel corrigendum.

Pag. 7. Lin. 11. *Pauw*. Corrige hic & alibi *Pauw*.

Pag. 10. not. 1. Add. Maran. *de Æquitate, sive Justitia, Oper. p.* 1. *seq.* & *in Paratitl. ad h. t. p.* 55.

Ibid. not. 5. Add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 10. §. 31. *seqq.* & I. 11. §. 4.

Pag. 15. Lin. 5. *Noodt. ad h. t.* &c. & *Obs.* II. 11. *in fin.*

Pag. 17. L. 2. not. 1. Add. Schroder. *Obs.* I. 14. *p.* 904 & *Diss. ad L.* 2. *D. de Legib.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 10.

Pag. 18. Lin. 17. *Plato ap. Clem. Alexandr.* &c. *Stromat. Lib.* V. *p.* 706. edit. Potter. Platonis locus est *de Republic. Lib.* III. *p.* 443. *H.*

Pag. 21. L. 5. not. 2. Cujacius, *Obs.* XI. 15. non rejicere videtur *collata*, quamvis nec *collocata* damnet.

Pag. 25. not. 1. *add. Gebauer.* &c. & Ernest. *in Clav. Ciceron.* voc. *Divinus.*

Ibid. L. 11. Ad verba *omnibus aut pluribus* conf. quoque Schulting. *in Enarr. tit. de Legib.* §. 4.

Pag. 26. not. 1. *C. F. Gluck.* &c. & *Verbesserungen und Zusätze zum* 1ten. *Bande*, *p.* 2. *seqq.*

Ibid. not. 2. add. P. de Greve, *Exercitat. ad Pand. p.* 5. *seq.* qui τὸ *inique* etiam late accipit.

Pag. 33. not. 7. *Romain* leg. *Romaine.* De Fragmento Juris Papiriani apud Macrobium, & Granii Flacci Commentario in Leges Juris Papiriani vid. Wesseling. *Obs.* I. 4. *p.* 11. *seqq.*

Pag. 37. not. 5. adde. In seqq. verbis *uti Leges et corrigerent, si opus esset, et interpretarentur:* Maran. *de*

Æquitate, sive Justitia, Oper. p. 25. τὰ et interpretarentur accipit de respondendi auctoritate.

Pag. 40. not. 2. *Optime Majans.* &c. Eodem modo Maran. *in Paratitl. ad tit. D. de praescript. verb.* Cum Jan. a Costa a Schulting. cit. facit Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad tit. Cod. de form. & impetr. act. sublat.*

Ibid. not. 4. De verbis Pomponii *ex quibus constituebatur* &c. vid. & Maran. *in Paratitl. ad tit. D. qui testam. fac. poss. p.* 259.

Pag. 42. not. 4. De Jure Flaviano, & conciliando Val. Maximo cum Pomponio add. Aug. Frid. Schott. *Unpartheyische Critik ueber Juristische Schriften, P.* I. *p.* 928. *seq.*

Pag. 45. Lin. 7. *Burman. ad Sueton.* &c. add. Idem, *ad* Valer. Flacc. *Argonaut. Lib.* II. *vs.* 396.

Ibid. not. 3. *correxit Xylander:* probante Wyttenbachio nostro.

Pag. 51. not. 2. De verbis *indicio suo,* quae apud Pomponium sequuntur, praeter Bynkersh. *h.* vid. & Drakenborch. *ad Liv.* II. 52. 8.

Ibid. not. 4. De hoc usu vocis *partim* add. Schoetgen. *ad Caton. de Re Rustic. Cap.* 6. §. 3.

Pag. 55. §. 30. not. 1. Add. Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *Quatuorviri.*

Ibid. not. 4. Add. Cellar. *ad Ciceron. Epistol. ad Divers.* VII. 13. 7.

Pag. 56. Lin. 2. *Festum, hac voc.* & voc. *citimus.*

Pag. 60. not. 6. *Sic plerique Interpp.* &c. add. Houck. *Diss. de Offic. Praef. Vigil. circa incendia* &c. §. 10. in Nov. Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 215.

Ibid. not. 8. Cum Bynkershoekio facit Houck. *laud. modo Diss. p.* 216.

Pag. 61. not. 2. Verba *publice professum* Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 58. secutus Cujacium, sic accipit, ut Coruncanius primus admiserit Discipulos, qui audirent, notarentque, quae Consultoribus responderet.

Pag. 62. not. 2. De verbis *& aquam Claudiam induxit,* praeter Verheykium, vid. & Cujac. *h.* & Jac. Gothofred. *ad L. ult. Cod. Theod. de aquae ductu, Tom.* V. *p.* 382. qui notat *aquam Claudiam,* quae frequentius *Appia* dicitur, non confundendam esse cum *aqua Claudia,* quae a Claudio Imp. perfecta est, ab eoque nomen habet.

Pag.

Pag. 65. Lin. 14. *Papillon*, leg. *Papillon.*

Pag. 66. §. 40. not. 1. Egit hac de re quoque Duker. *ad Liv. Epitom. Lib.* LXX. & Valeſ. & Reimar. *ad Dion. Caſſ. Vol.* I. *p.* 44.

Pag. 69. Lin. 13. *exhib* leg. *exhibet.*

Ibid. Lin. 19. *Sylpic.* leg. *Sulpic.*

Pag. 72. Lin. 15. Poſt *ſcripſit* adde: De ſcriptura *vicenſimae* vid. Weſſeling. *ad Antonin. Itinerar. p.* 113. *ſeq.* add. notata ſuperius ad §. 33. *h. l. not.* 1.

Pag. 79. not. 9. Maranus, *in Paratitl. ad h. t. p.* 58. verba *publice primus ſcripſit* ſignificare putat, Maſurium Sabinum publice primum auctoritate Principis Conſulentibus reſpondiſſe, reſponſis utique ſignatis.

Pag. 85. not. 2. Poſt *Schroder. Obſ.* &c. adde: qui etiam alios citat. Ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικεῖν, & ἀκουσίως ἐξαμαρτάνειν opponuntur quoque apud Diodor. Sicul. XIII. 27. ubi vid. Weſſeling. *not.* 82. & Ariſtotel. *Rhetoricor.* I. 13. diſtinguit inter ἀτυχήματα, ἁμαρτήματα, & ἀδικήματα. De quo vid. Weſſeling. *ad Diodor. Sicul.* XIII. 29. *not.* 76. Loca haec mihi indicavit Vir egregius, verus in paucis Juris Romani Cultor ac Fautor, cui plura, quae in his addendis notantur, debeo.

Pag. 86. Lin. ult. ὧν ποιητέων leg. τῶν ποιητέων.

Pag. 87. Lin. 1. δὲ ὧν &c. leg. δὲ τῶν &c.

Ibid. not. 3. Vulgatam lectionem *ſummae Stoicae* &c. defendit Duker. *in not. ad Petit. Comm. in LL. Attic.* II. 1. in Juriſpr. Rom. & Attic. *Tom.* III. *p.* 171. *ſeq.*

Pag. 88. not. 8. De hac Chryſippi definitione dixit quoque Wyttenbach. *ad Plutarch. Moral. p.* 1037. *F.*

Pag. 91. not. 3. Paulo aliter Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 59.

Pag. 93. Lin. 7. *Tertullian.* &c. Add. quae notat Jac. Gothofred. *ad. L.* 168. *pr. de reg. Jur.*

Pag. 94. L. 14. *Pertinet ad uſucapiones* &c. Sic etiam Cujac. *Obſ.* XXIV. 9.

Pag. 99. Lin. 3. *Vid. Briſſon.* &c. & J. F. Gronov. *Obſ. in Scriptor. Eccleſiaſt. Cap.* 19. *p.* 207.

Ibid. L. 26. not. 1. *De iisdem rebus* &c. Nominatim circa actionis genus. Vid. Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 2.

Pag. 103. Lin. 26. (2.) leg. (1).

Ibid. Lin. ult. *utrumque recte dicitur.* &c. Vid. & Drakenborch. *ad Liv. Epitom. Lib.* XLIX. *Tom.* V. *p.* 957.

Pag. 109. Lin. 6. adde: Ad verba *alienat*, *aut amittat* vid. Maran. *in Paratitl. ad tit. D. de adq. vel amitt. possess. p.* 473.

Pag. 116. §. 2. not. 1. in fin. Post *Vid. Ernest.* &c. add. Drakenborch. *ad Liv.* XXIX. 8. 9. & Oudendorp. *ad Apulej. Metam.* II. 28. *p.* 116.

Pag. 117. not. 1. in fin. Add. Burman. *ad Anthol. Latin. Tom.* II. *p.* 182.

Ibid. not. 3. in fin. *Pro nequaquam* &c. Similis varietas in MSS. apud Liv. IV. 12. 3. ubi vid. Drakenborch.

Pag. 118. Lin. 15. *Jac. Gothofred.* &c. Quem etiam de usu vocis *conditio* in hac Lege vid. *ad L.* 19. *pr. de reg. Jur.*

Pag. 119. not. 2. De Hermaphrodito Epigramma in *Anthol. Latin. Tom.* I. *p.* 260. *seq.*

Pag. 121. not. 1. in fin. De partu septimestri add. locum Diodor. Sicul. I. 23. ibiq. Wesseling. *not.* 84.

Pag. 122. not. 1. Menagii emendationem etiam probat Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *fatum*, *num.* 3.

Pag. 127. L. 18. not. 1. in fin. Add. de L. 19. Jan. a Costa, *Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 236. *in fin.*

Pag. 129. Lin. 11. *Puttman. Diss.* &c. & *Probab.* II. 16. *p.* 123. *seqq.*

Ibid. L. 24. not. 2. Add. Christ. Rau, *Diss. de Lege Mensia*, §. 6. Lips. 1786.

Pag. 131. Lin. 1. Add. de partu nondum nato pro jam nato habendo Barbeirac. *in Adnot. Gallic. ad Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent.* I. 1. 7. *not.* 4. Singulare est, quod de Proculianis, & Sabinianis hic notat Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* II. 5. §. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 130. Non tamen probo.

Pag. 135. L. 6. Post *Fab. in Cod.* &c. add. Forner. *Selection.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 52. *seq.* Voet. *ad h. t.* §. 6. & Jo. van der Linden, *in Adnotat. ad Voet. d. loc.*

Pag. 137. L. 10. not. 1. Add. de *L. ult.* Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 65. *seq.*

Pag. 140. L. 15. not. 1. Haud scio an recte dixerit Curtius propter ea, quae de usu vocis τυχὼν apud Graecos monuit Wesseling. *ad Diodor. Sicul.* XIII. 96. *not.* 50.

Pag. 142. L. 17. §. 3. not. 1. Add. de hoc §. Reinold. *Varior. Cap.* 42.

Pag.

Pag. 143. L. 18. not. 1. De arrogatione impuberum ad hanc & seqq. LL. vid. & Altamiran. *ad Priar.* XIII. *Libb. Scaevol. Quaest. Tract.* X. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 501. *seqq.*

Pag. 147. Lin. 2. *Brisson. de V. S.* &c. & *Parerg.* §. 14. in *Operib. Minor. p.* 393.

Ibid. L. 36. §. 1. not. 1. Add. de verbis *quam sortitus non est* Schulting. *in Enarr. tit. de offic. Praconf.* §. 3. *p.* 147.

Pag. 153. L. 5. not. 1. Si verba haec ad navem potius, quam ad retia referas, emendatione opus non esse, putat Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 68.

Pag. 159. L. 11. *Noodt. ad h. t. vs. Tertia species* &c. leg. *Tertia species rerum nullius* &c. Similiter apud Vellej. Patercul. II. 82. 1. pro *egressus*, ut edit. pr. habet, VV. DD. malunt *ingressus*.

Pag. 161. Lin. 12. Post Duker. add. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* II. 3. §. 11. *not. q.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 91.

Ibid. Lin. 15. *Crimen repetundarum* &c. Sic visum Jac. Gothofredo, *ad L.* 6. *Cod. Theod. ad L. Jul. repet. Tom.* III. *p.* 259.

Pag. 165. L. 12. pr. Similem, an eamdem? Imperatoris Antonini Heliogabali Constitutionem memorat Lamprid. *in ej. Vit. Cap.* 4. ubi vid. Casaubon.

Pag. 166. not. 2. Pluribus hac de re quoque disputat Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 71. *seqq.* & *ad tit. de offic. Quaest. p.* 78. Vid. & Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 51. *num.* 19.

Pag. 167. not. 1. De solennibus manumissionum, quibus serioribus temporibus Consules in primis honores auspicabantur, vid. P. Fab. *Semestr.* II. 20. & Gronov. *Obs.* I. 21.

Pag. 168. L. 1. §. 2. not. 1. Add. Cujac. *Obs.* XVII. 34.

Ibid. not. 2. *Ex sententia consilii* legit quoque Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 74.

Pag. 172. not. 1. *Cur Villicus dicatur* &c. Vid. & Burmann. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 38. *Tom.* I. *p.* 294. Cannegieterum laudat Burmannus Secundus, *ad Anthol. Latin. Tom.* II. *p.* 557.

Pag. 173. not. 4. Maranus tamen *in Paratitl. ad h. t. p.* 76. *fin.* hanc interpretationem duriorem dicit, quamvis probabilior non succurrat.

Pag.

Pag. 174. §. 5. De verbis *circa eudem patrimonium* &c. in *seq.* §. 7. vid. Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 9. *p.* 133.

Pag. 175. Lin. 2. (2) leg. (1). Add. de hoc §. Noordkerk. *de Lege Patron.* *p.* 104. & 127.

Ibid. §. 9. not. 1. Locutionem *probe se gerant* illustrat Ruhnken. *ad Rutil. Lupum*, *p.* 87.

Pag. 176. not. 1. Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 77.

Pag. 177. not. 2. Ad *seq. L.* 2, vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 77.

Ibid. L. 3. not. 1. Add. de hac Lege Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 77. & *de Jurisdict. p.* 512.

Pag. 178. Lin. 22. *suffragio* leg. *suffragio*.

Pag. 181. pr. *Aliter Noodt.* &c. & Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 79.

Pag. 184. Lin. 8. seq. *Utpote parum facientem* &c. adde: neque enim Ulpiani consilium proprie fuisse videtur, quaestionem illam, Barbarius Philippus jure an minus Praetor fuisset, examinare & excutere, sed potius duntaxat tradere, quid sibi videretur existimandum de iis, quae Barbarius, latente servitute, tanquam Praetor gessisset; etiamsi jure Praetor non fuisset. In quam sententiam forte Ulpianus magis inclinavit. Quod si ponas, Ulpianum hac in re aperte a Pomponio dissensisse, forte tentari possit, an ulla quidem emendatione opus sit, sed voluerit Ulpianus verbis *atquin verum est* &c. dissensum suum a Pomponio significare, hoc sensu: *atquin*, id est, certe, vel immo, *verum est Praetura eum functum*, quod facti est, *et tamen videamus* &c. Vid. de hac vi τοῦ *atquin* vel *atqui* Gesner. & Facciolat. in voc. add. Duker. *ad Flor.* III. 12. 11.

Pag. 185. L. 4. not. 1. Ad verba *neque specialem Judicem* &c. vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 23.

Pag. 187. not. 3. Praeter Houckium vid & Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 80.

Pag. 188. §. 3. not. 1. Flor. *calciatum*. Vid. Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 73. *Tom.* I. *p.* 394.

Pag. 189. Lin. ult. Add. notata inferius ad *L.* 10. §. 12. *de in jus voc.*

Pag. 191. not. 3. Add. Duker. *ad Liv.* XLV. 12. 13. Notari etiam possit, *Proconsulem*, & *Proconsulari imperio Provinciam obtinere* a Graecis interdum exprimi vocibus ἁρμοστής, & ἁρμόζειν, quibus olim denotabant magistratum, quem

quem Lectores in suae ditionis Provincias rerum ordinandarum gratia mittebant. Vid. Wesseling. *ad Diod. Sicul.* XIII. 66. *not.* 4. *Tom.* I. *p.* 593.

Ibid. L. 1. not. 1. Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t.* *p.* 81.

Pag. 194. §. 4. *Aristid. Orat.* &c. edit. Jebbii, *Tom.* I. *p.* 267.

Pag. 195. Lin. 13. Late de vocis καταπλους significatione & usu agit Spanh. citatus a Solano, *ad Lucian.* καταπλ. edit. Reitz. *Tom.* I. *p.* 626.

Pag. 200. §. 4. Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de offic. Rector. Provinc. Tom.* I. *p.* 45.

Pag. 201. L. 10. not. 1. Add. de hac Lege Cujac. *Obs.* XX. 37. *in fin.* & *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. L.* 20. *de offic. Praesid.* in fin.

Pag. 203. Lin. ult. Add. Cujac. *Obs.* XX. 37.

Pag. 204. not. 1. Add. Ritter. *in Praefat. Tom.* V. *Cod. Theod.* & Wesseling. *ad Hierocl.* Συνεκδ. *p.* 723.

Pag. 205. not. 3. Add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. L.* 20. *h. t.*

Ibid. L. 1. not. 1. De vocis *Praesidis* usu etiam extra Provinciarum Rectores vid. Wesseling. *ad Antonin. Itinerar.* *p.* 387. *in fin.* & *seq.* & de quarumdam Provinciarum Praesidibus, qui diversi a Consularibus, & Correctoribus, & illis dignitate inferiores, Idem, *ad Hierocl.* Συνεκδ. *p.* 634.

Pag. 207. §. 1. not. 1. *Gestorum* quoque vult Jan. a Costa, *in Praelect. ad illustr. quosd. titt. locaque sel. Jur. Civ. p.* 231.

Pag. 208. Lin. 7. De voce *Defensores* in *seq.* §. 2. vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 7. *Cod. Theod. de offic. Rect. Prov. Tom.* I. *p.* 57.

Pag. 209. §. 7. not. 1. Acerbior Ægyptiorum Lex apud Diodor. Sicul. I. 82. ubi vid. Wesseling. *not.* 40.

Pag. 212. not. 1. Facit huc locus Ciceron. *in Verr.* III. 88. Hortensium objurgantis: *Tu in hac Republica non ex Jure, non ex aequitate, non ex Lege, non ex eo, quod oportuerit, non ex eo, quod licuerit, sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes?*

Pag. 219. not. 3. Add. Jan. a Costa, *ad Decretal. p.* 99. *in fin.*

Pag. 221. Lin. 4. *Legi* 1. jungendam *L.* 5. *de jur. Fisc.* notat Schulting. *in Enarr. h. t.* §. 3. *p.* 156.

Pag. 223. Tit. 20. not. 1. Pluribus de potestate hujus Juridici disputavit quoque Maran. *in Paratitl. ad. h. t. p.* 83. *seqq.* Apud Sozomen. *ὕπαρχον τῆς Ἀλεξανδρείας* non esse hunc Juridicum, sed Praefectum Augustalem, notat Wesseling. *ad Hierocl. Συνεκδ. p.* 723. Verba *de Ægypti fertilitate* &c. referantur potius ad tit. *de offic. Praef. August.*

Pag. 225. not. 2. Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 4. §. 3. *not.* 24. in *Jurispr. Antejustin. p.* 747.

Pag. 228. Lin. 14. *Nuquam* leg. *Nusquam.*

Pag. 235. circa fin. Post Schulting. add. Ernest. *in Clav. Ciceron.* voc. *jurisdictio.*

Pag. 252. Lin. 1. *Meerwan* leg. *Meerman.*

Pag. 266. L. 4. not. 1. Praeter Schulting. vid. & Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 93.

Pag. 283. Lin. 26. *Si Vir* &c. leg. *Si modo Vir* &c.

Pag. 290. Lin. 12. *Manzalvo* leg. *Monzalvo.*

Pag. 297. §. 3. not. 1. Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 95. quem etiam vid. *ibid.* de *seq.* §. 4.

Pag. 307. L. 1. not. 1. Flor. olim erat *messum*, & adjecta *i* recentior est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sic etiam *mexsum* Flor. scriptum in *L.* 101. *de reg. jur.* ad quam vid. notata. add. Drakenborch. *ad Liv.* XXIX. 3. 5. & Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. Tit.* 5. §. 3. *p.* 209. *in fin.*

Pag. 314. not. 3. in fin. Praeter Noodt. & van Hees, vid. & Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 97.

Pag. 315. §. 5. not. 1. Conf. Maran. *in Paratitl. ad h. t. p.* 97.

Pag. 321. Tit. 14. not. 1. De pactis hic agi *liberatoriis* latius docuit P. Roscam, Diss. docte conscripta, *de Pactis nudis*, *p.* 8. *seqq.* Lugd. Batav. 1754.

Pag. 327. not. 1. Add. A. Francken. *Specim. contin. Pactorum divisionem, quae exstat in L.* 5. *& L.* 7. *D. de pactis.* Lugd. Batav. 1754.

Pag. 332. not. 5. Van der Waay leg. van Waay.

Pag. 333. not. 2. Add. Duker. ad Flor. II. 18. 12. p. 461.

Pag. 338. §. 15. not. 1. Paulum in *L.* 27. §. 3. *de pactis* verbis *quamvis* &c. intelligere *dolum jam commissum* statu-

tuit quoque B. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 20. *Thes.* 2. Nolim tamen praetermitti conjecturam alterius Viri eruditissimi, qui Pauli mentem hanc fuisse putat: omnino non, ulla pactione, effici posse, ne dolus futurus praestetur, ne ea quidem pactione, quae valet, *ne depositi agat*, *quamvis*, id est, quantumvis, etiamsi, licet, sic pactus vi ipsa pactus *videatur*, ne de dolo agat: ut τὸ *quamvis* connectatur verbis *vi ipsa pactus* &c. & verba *quod pactum proderit* pertineant ad τὰ *ne depositi agat*. Paulus igitur, significans, pactum *ne depositi agat* prodesse, innueret, tali pacto interposito, *actione depositi* nec de dolo agi posse, & rursus, negans, ulla pactione effici posse, ne dolus praestetur, indicaret, ne ea quidem pactione *ne depositi agat* obligationem ad dolum futurum praestandum prorsus tolli. Egregie huc facit *L.* 1. §. 10. *deposit.* verbis: *Sequemur tamen, ut Pomponius ait, & quid habuerunt proscriptum, aut quid convenerit*, quae igitur probari videntur, & servanda. Additur: *dummodo sciamus, etsi quid fuit proscriptum, dolum tamen eos praestaturos, qui receperunt, qui solus in depositum venit.* Postrema haec verba *qui solus in depositum venit* quum videri possint frustra hoc loco addita, id suspicionem movet, superiora illa *& quid habuerunt proscriptum, aut quid convenerit* plenius olim à Pomponio esse exposita, additis Legum pactorumque exemplis, & in his nominatim, *ne depositi agatur*, sed quae a Compilatoribus Pand. omissa sunt: ut in seqq. verbis aperte fuerit indicatum, etiam addita lege, *ne depositi agat dominus servi custodiendi*, quamvis pactum illud servandum sit, & solus dolus in depositum veniat, dolum tamen praestaturos, qui receperunt: & sic idem prorsus hoc loco doceretur, quod secundum modo allatam interpretationem traderet Paulus in *d. L.* 27. §. 3. Cessante igitur vulgari depositi actione, alter nihilominus ad dolum aliquando commissum praestandum compelli poterit *actione in factum*, seu *praescriptis verbis*, secundum *L.* 1. *pr. praescript. verb.*

Profecto, cum Ulpianus in *L.* 7. §. 15. *de pact.* & Paulus in *L.* 27. §. 3. *eod.* nominatim de pacto *ne depositi agat* loquantur, & ita quidem, ut Ulpianus doceat, pactum illud *secundum Pomponium* valere, Paulus vero nominatim addat, *hoc pactum prodesse*, admodum probabile est, JCtos significare voluisse, jus aliquod singulare in hoc peculiari pacto obtinere, quod dici non potest, si pactum

il-

illud de dolo jam commisso intelligas. Ratio autem, quare JCti Vett. peculiarem hanc vim ei pacto tribuerint, forte haec fuit, ut locum darent evitandae actioni depositi, ex qua condemnatum infamia sequi possit. Forte etiam, ut admisso hoc pacto is, qui rem receperat, alia actione conventus, levi quoque culpae praestandae obnoxius posset fieri. Conf. *L.* 1. §. 6. *deposit.*

Pag. 340. Lin. antepen. Post verba *reg. jur.* add. & ad *L.* 6. *de in int. restit. not.* 2.

Pag. 346. §. 2. not. 2. Add. P. Roscam, *Diss. supra laud. de Pactis nudis, p.* 30. *seq. in not.*

Pag. 349. L. 25. §. 2. *tebitur* leg. *tenebitur.*

Pag. 357. L. 33. not. 1. Add. J. Deutz. *Specim. Mathem. Jurid. ad explicationem nonnullarum Legum, Cap.* 1. Lugd. Batav. 1765.

Pag. 394. not. 9. De ellipsi praepositionis *cum* vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXIV. 26. 11.

Pag. 398. L. 10. not. 1. Add. Drakenborch. *ad Liv.* IV. 33. 4.

Pag. 407. L. 3. not. 1. Add. Burman. *ad Quinctil. Instit. Orat.* III. 6. *p.* 241.

Pag. 421. L. 20. not. 1. Add. P. J. de Bye, *Diss. de Delicto calumniae in Public. Judic. p.* 169. *seq. in not.* Lugd. Batav. 1790.

Pag. 464. Lin. 8. *hic* leg. *hi.*

Pag. 470. Lin. 7. Add. Schulting. *in Enarr. tit. de minor.* §. 1. & Dompierre, *Specim. de Restitut. in int. p.* 194. *seq.*

Pag. 478. L. 45. pr. Pro *pertinentes* Hal. habet *obtingentes.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 20. malam e Graeco versionem putat.

Pag. 521. Lin. 13. *eum* leg. *cum.*

Pag. 535. Lin. 16. *Dicis.* leg. *Decis.*

Pag. 564. not. 4. Add. Vict. Amad. Heyliger. *Diss. de Restitut. major. 25. ann. in Edicto Praetoris non memoratis.* Lugd. Batav. 1790.

Pag. 608. §. 5. not. 1. P. de Greve, *Exercit.* VII. *ad Pand.* §. 3. *p.* 168. verba *furti agendum* accipit de *condictione furtiva.* Sed vix est, ut haec condictio possit intelligi, saltem ex mente Compilatorum, propter mox subjectam *L.* 4. *pr.* ubi haud dubie *furti actio poenalis* intelligenda.



